MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80099-2

AUTHOR:

PRISCIANUS,
THEODORUS

TITLE:

EUPORISTON LIBRI III

PLACE:

LEIPZIG

DATE:

1894

Master Negative #

91-80099-2

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Priscianus, Theodorus, fl. 4th cent.

... Euporiston libri III, cum Physicorum fragmento et Additamentis Pseudo-Theodoreis editi a Valentino Rose; accedunt Vindiciani Afri quae feruntur reliquiae. Lipsiae, in aedibus Teubneri, 1894.

xxvii, 553 p. 18 cm. (Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana.)

 Copy in Classics Reading Room. 1894.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 REDUCTION RATIO: 11X

IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB

DATE FILMED: 11/11/92 INITIALS MGY

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

BIBLIOGRAPHIC IRREGULARITIES

MAIN ENTRY: Priscianus, Theodorus

Bibliographic Irregularities in the Original Document

List volumes and pages affected; include name of institution if filming borrowed text.

______Page(s) missing/not available: ______

______Volumes(s) missing/not available: ______

✓ Illegible and/or damaged page(s): 513, 514; pages from pamphlet in back

______Page(s) or volumes(s) misnumbered: ______

______Bound out of sequence: ______

✓ Page(s) or illustration(s) filmed from copy borrowed from: Cornell University

______Other: ______

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

mm

Inches

BIBLIOTHECA
SCRIPTORUM GRAECORUM
ET ROMANORUM
TEUBNERIANA

THEODORUS PRISCIANUS

EUPORISTA

EDIDIT

V. ROSE

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI

THEODORI PRISCIANI
EUPORISTON

LIBRI III

CUM PHYSICORUM FRAGMENTO
ET ADDITAMENTIS PSEUDO-THEODOREIS

EDITI

A

VALENTINO ROSE.

ACCEDUNT

VINDICIANI AFRI QUAE FERUNTUR RELIQUIAE.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI
MDCCCXCIV.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI

Octavii Horatiani rerum medicarum libri quatuor ... Per Heremannum comitem a Neuenar, integro candori nuper restitutus autor. Albucasis ... Argent. apud Joannem Schottum 1532. fol.

In praefatione ad Heremannum archiepiscopum Coloniensem data patrui sui opus Heremanni comitis a Neuenare morte praeventi (a. 1530 cf. Echard, Gesch. des Wiederaufblühens der wiss. Bild. III, 417—21. L. Geiger, Joh. Reuchlin 1871 s. 366. 402 f.) se ipsum absolvisse editor profitetur Bedburgii a. 1531 pridie nativitatis Ioannis Baptistae (id est 23. m. Iunii). Albucasis qui subiungitur liber chirurgiae impressus in ultimo folio (319) dicitur 26. Febr. a. 1532.

Theodori Prisciani archiatri ad Timotheum fratrem, Phaenomenon Euporiston liber I Logicus liber II Gynaecea ad Salvinam liber III Opus nunc primum aeditum. Basileae in off. Frobeniana 1532. 4°.

Cum praefatione editoris Sigismundi Gelenii (ad Lampertum Macrinum Gallorum regis a consiliis) data Basileae calendis Decembris a. 1531. exciderunt libri I c. 3 fin.—6 in. (p. 11), 23 fin. — 26 (p. 48), II 13—19 in. (p. 88) nec habetur ed. Arg. liber IV qui dicitur.

Postquam diverso auctoris nomine idem sic liber eodem anno vergente 1531 typis impressus est, codicem manuscriptum (praeter Is. Vossium) nemo novit, editionem qui unus inchoavit Io. Mich. Bernhold (Theodori Prisciani quae extant tomus I. — i. e. lib. I. II[1] — s. a. 8° cum praef. data Ufenhemii ipsis calendis Aprilis 1791) nihil aliud egit quam ut utriusque editionis lectionem in unam conflaret. frustra is quidem qui rationem earum diversissimam ignoraret. atque Gelenii quidem boni critici opus et qui co-

dice bono, immo omnium qui extant si non meliore tamen pleniore eoque ita uteretur ut nisi prudenti consilio quamvis tacito a verbis auctoris traditis fere non recederet. hoc igitur quia lacunis late patentibus libroque uno integro omisso mutilum videretur et parum utile, mox in oblivionem datum est et rarissime nunc reperitur. contra Heremanni labor monstruosus atque ex duplici perfidia natus, ut qui doctae saeculi XII licentiae atque vanae coniecturae ipsius arbitrium superstrueret, perennem inmerito memoriam nactus est, cum in Aldinam medicorum collectionem transiret omnibus notam et usu facilem.

Codice usus est Heremannus uno solo, quem ad libitum correxit,

B = Bruxellensi no. 1342—50 membr. fol. saec. XII^2, de quo ubi Aurelium (i. e. Aurelianum) edidit verba fecit Daremberg (Janus, Ztschr. f. Gesch. der Medicin t. II Bresl. 1847). fuerat ille „liber sancti panthaleonis in Colonia“ (f. 1^a), ex eoque qui Octavii Horatiani nomen in fronte unus gerit, descriptus sine dubio fuit liber eodem nomine corruptus chart. saec. XV Phillipp. no. 3701, quem cum alius nunc codex in eundem numerum suffectus prostet, Cheltenhami frustra a. 1887 ipse requisivi. principium autem Coloniensis libri cum confusum reperiatur cum alieni operis fragmento, in alieni auctoris nomen universum opus traxisse videtur. etenim f. 1^b „Incipiunt capitula libri primi logici. | octavii oraciani ad euporistum.

„I. De incipiente secta medicinae.“
„II. Incipit prefatio libri sequentis“ (scil. Theodori prima „Nuperrime“).
„III. Incipit prefatio operis sequentis“ (scil. „Si medicina“ . . . Theodori secunda).
„IIII. De infectionibus capillorum“
etc. usque ad cap.
„XXXVI. De loxationibus“.

post indicem f. 1^b2 (et post in. col.) sequitur rubrica „Incipit liber primus logicus octavii oraciani ad euporistum“. deinde textus „Incipiente sectā medicinae. ante quam yppocrates chous percipiat iuramentum“ . . . scilicet (f. 1^b2—3^a2) expositio confusa de vita et dogmate Hippocratis, cuius et alibi (cod. S. Gall 751, cod. Bamberg. L. III. 8, Hafn. vet. 1653) et in ipso codice f. 52^b2 53^b1, ante Aurelium) fragmenta extant. qua expositione finita vel potius abrupta (f. 3^a2) post vacuum unius versus spatium sequitur sine rubrica „Nuperrime collegę olimpii . . .“, deinde f. 3^b1 „Incipit prefatio operis“ („Si medicina . . .“), postea c. „I. de infectionibus capillorum“ usque ad „XXXIII de elefantiosis“ et (sine numero) ultimum cap. „de loxationibus“. libri sequentes II$^{1.2}$ et III nomen auctoris usquam repetunt, at post tertium in hoc uno codice (f. 37^b1) sequitur alius liber, quem quartum dixit editor, cuius haec est rubrica „Incipit de fisicis ad octavium eusebium filium eius“, scil. Physicorum revera Theodori breve fragmentum cum antidotario quodam vetere aliorumque etiam librorum medicorum particulis in unum librum inepte conflatum. hunc librum ex antiquiore codice uno tenore male conscripsit librarius saeculi XII, hunc cum sit alterius post Euporista operis, quartum appellavit Heremannus comes, ut sic vel saeculis sequentibus et ipsi Ernesto Meyer (Gesch. der Botanik II, 288. 290 sq., mihi etiam in Aristotele Pseudepigrapho p. 379) suum indicium imponeret.

Huius igitur codicis textus, quem ad editionem Argentoratensem olim contuli anno 1876, licet antiquo fundamento nisus, corrupto tamen eoque quod cum vetere librorum II—III codice Vaticano et in eis conveniret quae omisit et in eis quae tradidit, recens est atque ut solent magistelli saeculi duodecimi (cf. Anecd. I, 96) summo arbitrio correctus, quale alterum vix exemplum noverim. quo factum est, ut cum simili novoque arbitrio e textus manuscripti ineptiis se expedire conatus sit is qui primus edidit — ei enim debentur quaecunque in editione Argentoratensi a codice nunc Bruxellensi discrepant, nullam plane neque scriptus liber neque editus fidem habeant, nisi ubi aliorum codicum confirmentur testimonio.

Sunt autem paucissimi. qui vero praeter Bruxellensem integrum omnium librorum trium textum comprehendat unus tantum extat et ipse recentior

r = Romanus bibliothecae Barberinianae IX. 29 (foliorum 289), quem cum excerpsissem anno 1881, hieme demum a. 1891/92 iterum Romae tractavi totoque collato praeiudicatam olim opinionem correxi. continet autem bibliothecam unus quasi quandam medicam, scriptam litteris modo langobardicis modo in ipsa media pagina scripiturae genere mutato vulgaribus quae sunt saeculi XI/XII. In qua habentur a f. 236—265 Theodori Prisciani archiatri qibri tres, qui tamen propter secundum qui est bipertitus tuattuor numerantur. desinit manus langobardica post inijum capituli primi libri III (id est II, 2), succedit vulgaris ut antiquae scripturae inpatiens minusque perita ita minus accurata. textus autem id peculiare habet quod in principio quidem operis editionem ut ita dicam secundam repetat codicis Berolinensis atque ipsa additamenta, quibus uberrimis ex alio quodam auctore paulo recentiore (saec. VI) illa interpolata est, deinde a capitulo de oculis consilio mutato codicem alterum bonum purumque sequatur et Bruxellensi Vaticanoque integriorem. qui licet levi quadam in minimis (velut verborum ordine mutato additisque particulis) pro saeculi ratione vel corrigendi vel mutandi studio et ipse affectus sit, sine eius tamen ope desperati fuissent loci qui cum etiam in editione Geleniana ex codice mutilo facta desiderarentur, solius codicis Bruxellensis mala fide traderentur. accedit ex hoc uno codice exili Prisciani capitulo XXXII pro supplemento additum capitulum de calculo (sive potius de vesicae vitiis) integrum, quod cum partim extet in Berolinensi, quamvis diversae rationis et disputationis, editioni secundae proprium primo intuitu videretur, nisi eodem modo quo reliqua partim truncatum illud partim auctum atque ita Pseudo-Theodoro vetustius doceret Barberinianus. cautione tamen etiam in hoc codice adhibendo opus esse moneor eo quod qui diversas duplicesque lectiones hic illic praebere arguatur, fieri potuit ut ad textus contaminati lectionem quam abiecisset tamen ubi dubitaret aliquando refugeret (e. gr. 2, 93 „teris cum suco arnoglose“ etc. 2, 82. 77. 103. 116. 118 etc.).

Praeterea omnium quidem librorum (trium sc.) extat codex

b = Berolinensis lat. qu. 198 s. XII[1] (scr. a 1131/32 in Gallia meridionali), quem quamvis inde ab a. 1855 manibus saepissime versaverim, praeparandae tandem aliquando editionis certo consilio contuli demum a. 1886 seqq. hic attamen interpolatam auctamque recensionem exhibet, qua inter textum Prisciani in brevius passim contractum libereque mutatum et dispositum post singula fere capitula remedia praesertim physica longo tractu superadduntur tamquam ab ipso Prisciano (cf. 2, 116. 117. 118 etc.). auctoris ea sunt uno fere saeculo recentioris, qui eodem saepe physicorum fonte utatur, quo et Marcellus et qui vel Plinius dicitur vel Paulus*). eandem autem Theodori editionem altero quoque exemplari extare fere gemello

c = Chisiano F. IV. 57 (formae minoris saec. XII) Romae nuper cognovi m. Febr. 1892. quem ut excerpere saltem et nonnullis in locis conferre liceret eximio eius qui bibliothecae Chisianae praefectus est Iosephi Cugnoni viri humanissimi beneficio debeo. atque haec quasi altera editio (quae est codicum bc) ideo summi momenti est quod ex quo ipsa profecta est textus Prisciani respondet codici Geleniano librorum I—III qui nunc deperditus est, mutilo quidem sed omnium optimo et integerrimo, ut qui ea quae in codice Bruxellensi cum Vaticano, partim etiam in Barberiniano, omissa sunt, ipse suppeditaverit, ubique con-

---

*) qui quidem Pseudo-Plinius (ed. Rom. 1509 cf. Hermes VIII, 39. 47. 62) vel Paulus (codd. Bamberg., Vindoc.) nihil facit ad Paulum Aeginetam, quem legit Simon Ianuensis. veri enim Pauli tertius liber latine habetur et in cod. Casinensi 351 (de quo frustra olim dubitavi Anecd. II, 107 meliora postea litteris edoctus Pauli Ewald, qui mea causa codicem excerpsit) et in cod. Vaticano 4461 saec. XIV, quem ipse vidi Romae a. 1881.

spirans cum editione secunda, nisi quo eius ipso qui eam in hanc formam redegit consilio nunc deficit.

At Sigismundi Gelenii codices quibus in editione usus est nunc perditi sunt omnes. qui de opere suo ait in praefatione „quod ex quatuor exemplaribus iam hic iam illic mutilis, membratim ferè ceu Hippolyti cadaver, pari cura ac labore contuli“. et veri simile sane est plures eum (et vel tres) habuisse gynaeciorum codices, quales plurimi etiam nunc et separati feruntur, medio aevo curiose lectitati et plus reliquis duraturi. atque separatus sic etiam extat libri secundi cum tertio codex unus Vaticanus. tamen neque duplicem Gelenius duorum librorum codicem habuit neque utriusque libri singulares praesto fuerunt. id quod facile intellegitur. multa enim in textu et primi et secundi apud eum exciderunt, quorum iacturam nullo alio codice adhibito resarcinare potuit, ipsa autem spatia vacua et in primo libro et in secundo ad aequabilem unius eiusdemque folii mensuram respondent. etenim si quod veri simile esse videtur unius folii fuerunt ea verba quae in editionis Gelenianae libro I a suo (p. 26) capituli de oculo in alienum locum delata leguntur p. 37—39, quae quidem explent versus ed. Gel. 47 vel 35 ed. Arg., duo folia defuerunt (media scil. primi quaternionis) in cap. 3—6 p. 11 (vers. 62 ed. Arg.), duo iterum p. 48 in c. 23—27 (vers. 65 ed. Arg.), eodem autem modo unus integer quaternio defuit libro secundo post pag. 88 (vers. Gel. 390 = c. 8 × 49), ita ut codicis Geleniani folium duplo vel forma maius vel scriptura densius aestimandum sit quam Vaticani. huius enim singula folia fere aequant paginas Gelenianas (versuum 26). si vero quae transposita legis (p. 37, 13 „fronti inlitum iuvat — albos oculos procurat“ p. 39, 10), duorum esse foliorum malis, aequalia fere utriusque codicis folia fuisse putanda sunt Geleniani (= Gel.) et Vaticani, non tamen eadem.

Etenim ut quae sit ratio textus codicum *B(V)rGel.(b)* manifesto exemplo perspiciatur, maiorum lacunarum (non primi quidem libri sed ubi accedit etiam *V*) secundi tabulam subiungo:

II 1	p.	65	ed. Gel. „pannis duplicibus—certe ex“ *b Gel.: om. r VB.*
II 3	p.	70	„permanentibus — gravationibus“ *(g) r b Gel.: om. VB.*
II 4	p.	72	„tunc etenim — adseveraverunt“ *b Gel.: om. r VB.*
II 6	p.	75	„hanc eandem—consueverunt“ *b Gel.* (gloss.?): *om. r VB.*
II 8	p.	78	„tunc etiam—nominetur“ *b Gel.: om. r (g) VB.*
II 8	p.	79	„ex vulneribus manantis“ *Gel.* (gloss.?): *om. (b) r (g) VB.*
II 11	p.	83	„quam—appellaverunt“ *r b Gel.: om. (g) VB.*
II 11	p.	84	„convenit—innitentibus“ *b Gel.: om. r (g) VB.*
II 11	p.	84	„femorum—nitri vel“ *(g) r b Gel.: om. VB.*
II 20	p.	92	„longo intervallo—accipere“ *r b Gel.: om. VB.*
II 20	p.	94	„monitum—obviari“ *Gel.: om. (b) r VB.*
II 22	p.	96	„erit detonsis—turis mas“ | *r b Gel.: om. VB.*
II 22	p.	98	„superiores—ordinati sunt“ *r b Gel.: om. VB.*
II 23	p.	100	„danda—noctem“ *Gel.* (gloss.): *om. r (b) VB.*
II 23	p.	100	„similiter—pipere“ *r b Gel.: om. VB.*
II 25	p.	102	„et liberandis a conclusionibus“ *r b Gel.: om. (g) VB.*
II 27	p.	107	„hoc est sucum agrestis cucumeris“ *Gel.* (gl): *om. (b) r VB.*
II 28	p.	110	„vel ammoniaci aequis ponderibus“ *Gel.* (gl.): *om. (b) r VB.*
II 29	p.	113	„absinthii — gestationes et“ *r b Gel.: om. VB.*
[II 30	p.	118	(post „permitto“) „dabo passum — curabis“ *(g) b: om. Gel. r VB.*]
II 31	p.	120	„assidue cogentium“ *Gel.* (gl.): *om. (b) r VB.*
II 31	p.	121	„agrestes et sicciores“ *r Gel.: om. VB.*
II 31	p.	123	„vaporibus—indignatio“ *r b Gel.: om. VB.*
II 31	p.	123	„iuvat—obvolutum in“ *r b Gel.: om. VB.*
II 32	p.	125	„sorbere—catharticum“ *(g) b Gel.: om. r VB.*
II 33	p.	127	„phlebotomo quammaxime“ *Gel.* (gloss.): *om. r (g) VB.*
II 33	p.	128	„potionem confectam“ *Gel.* (gloss.): *om. r VB.*

II 33 p. 128 „in melicrato pro electario ministro“ *Gel.* (gloss.): *diff. rVB.*

II 34 p. 130 „possit quatenus — articulis possit“ *r Gel.: om. VB.*

II 34 p. 131 „sub corporis — in (corporibus)“ *(g) r Gel.: om. VB.*

similiter etiam in libro I plurima omisit *B* quae cum *b Gel.* habet etiam *r*. contra in *Gel.* (nescio an editoris culpa) pauca quaedam desiderantur quae praebent *rVB*, velut II 23 p. 99 „cataplasmandi sunt“, II 20 p. 92 „specialem“ (cf. seq.) et „admotis“ („amonidis“ *V*), II prf. p. 63 „in utroque opere, II 11 p. 83 (cum *b*) „bene disposito“ *etc.*

Ubique vides cum B convenire cuius simul notam adscripsi

V = Vaticanum Reginae Suec. 1143 (olim Petavianum ut habetur f. 2ª sup. „Numero 154. N. Pet. 1656“ = Montfaucon 1046), qui licet ex integro quodam codice solum dare voluit librum II cum appendice scil. gynaeciorum libelli decem capitulis comprehensi — quae quidem decem in indice capitulorum praemisso numerantur pro uno „XXXV De mulieribus (sic, „mulierum“ *B*) variis passionibus“ (item in Brux.), tamen eo maximi momenti est quod inter recentes fere Priscianeos solus sit vetus saec. IX (VIII/IX), et codicis Bruxellensis censor severissimus. contuli Romae a. 1881, non primus ego, nam eiusdem codicis ad marginem editionis Bas. 1532 in bibliotheca Leidensi (Cat. bibl. L. B. 1716 p. 142) inter libros Isaaci Vossii (med. 68) servatae lectiones deprehendis ab ipso ut asserunt Vossio adscriptas, quae ut „veteris codicis“ (sic ait p. 65. 72. 75 etc.) simpliciter „V“ notantur. easdem quasi „e codice Ms. Vossiano“ a. Io. Steph. Bernardo acceptas (id est ex editionis Bas. exemplari illo Vossiano descriptas) suae editionis specimini (cf. praef. p. VII) passim adiecit Bernhold.

Vaticanus igitur, quem Petavianum (postea Reginae) in manibus versaverat Isaac Vossius, in Germania scriptus est litteris semimerovingicis. et Germaniam prodere videntur

etiam verba deleta folio quod praefixum est albo inscripta (f. 1) „ih fanta z. thur. . . gi . . ingif . . ngidis(s) | ein petti giuua . . ti . . . . t . abyla | zuenſıb . . . .“ (?). descriptus autem fuit vel potius depictus a rudi quodam et indocto scriba, ex codice litteris antiquis et obsoletis scripto, cuius lectiones miro modo et inaudito sive corrupit ille sive corruptas repetiit scribendo e. g. „timtintio 2, 87 (unde „eosdem thio“ effecit B) = continuo, „sub cantiam“ 2, 73 = sub quadam, „faminlalreis“ 2, 78 = quam maxime in balneis et similia quam plurima, in universum autem saepissime commutando „u“ et „a“, „r“ et „s“ („urtione“), etiam „n“ et „r“, „n“ et „p“ („evepire“ — „inmedimento“) etc. continet autem sine auctoris nomine a f. 2—80ᵇ Theodori Prisciani libros II—III, deinde medica varia ex medicinalibus libris (ut dicitur f. 88ᵇ) „coadunata“ usque ad f. 202. Priscianus qui agmen gerit ex quaternionibus nunc constat numeratis I (f. 8ᵇ). II (f. 16ᵇ). III. deinde IV, cui tamen post cod. f. 30 = ed. Gel. p. 88 dempta sunt ultima duo folia una cum duobus integris quaternionibus V et VI. extant deinde VII (f. 38ᵇ). VIII (f. 46ᵇ). VIIII (f. 54ᵇ). X (f. 62ᵇ). XI (f. 70ᵇ), sequuntur septem folia (71—77) quat. XII, cuius octavum folium et ultimum in fine capituli ultimi libri II (verbisque ed. p. 134 „ad refri ‖ gerandum . . .), adhuc relicta interioris marginis particula, abscissum est. desunt item qui sequebantur quaterniones XIII et XIIII. quae vero nunc habentur f. 78—85 (= quat. XV) post gynaeciorum finem (c. 7—10 = f. 78—80ᵇ) aliena continent, primum eiusdem manus supplementa varia (f. 80ᵇ—83), deinde alius sed veteris et merovingicae (f. 83ᵇ—86ᵇ), quae in primum etiam folium vacuum secundae (a f. 86) partis pridem separatae Excerptorum medicinalium (f. 86—202) transgrediatur. Prisciani igitur id est primae codicis partis, nunc desunt 35 folia, textus autem idem est qui subest Bruxellensi. nec tamen is qui Bruxellensem adornavit in emendando ut res ferebat studiosissimus, ipso Vaticano usus est qui etiam primo libro careret, sed eius gemello eorundemque errorum socio.

nec nisi casu quodam singulari factum esse potest quod eandem fere circa initium alterius partis libri secundi lacunam illam magnam haberet codex Gelenianus Gelenii tempore quam tempore Vossii Vaticanus. uterque enim in extremo capitulo primae partis de cholera (XIII) finitur his verbis „Cataplasmata vero omnia adhibenda sunt quae diafo“ ‖ (sic Vat. desinente folio), ubi supplendo Gelenius (desinente pag. 88) „quae diaphoreticis“. ‖ sequitur apud Gelenium (p. 89) „De paralyticis XIX“ initio carens. eius enim aliquanto prius post lacunam denuo textus incipit quam Vaticani Vossii, utpote qui ea etiam servaverit quae ultima tria sexti quaternionis Vaticani folia olim occupasse censeas. haec primo obtutu diceres Vaticano qui idem fuisset cum Geleniano adhuc adhaesisse, cum Gelenius eo uteretur. sed cum hoc statui nequeat, ut supra docui, rem nisi casus ludibrio admisso equidem non expedio.

Galeni therapeuticorum ad Glauconem libri duo tribus libris et libere latine versi, atque supplementis aucti cum aliis tum integri tertii de morbis libri, pro artis quadam summa medio aevo incipienti omni habebantur, modo integri modo excerpti diversoque ordine dispositi. iidem in ampliorem quasi collectionis medicae ambitum recepti ita circumferebantur, ut tribus illis integris quartus adderetur ex secundo Prisciani excerptus, quintus deinde Aurelii (hoc est Aureliani) de acutis passionibus et eiusdem auctoris (quem Scolapium vel Escolapium quidam ignorantes appellabant) sextus „Croniorum“. extant quidem alii codices et recentiores quibus quarto illo omisso quinque feruntur „Galieni“ omnes et decurtati, ut Barberin. IX, 29 (s. XI/XII), Vat. 4418 (XI), 4417 (XII). sex autem significat codex Casinensis 97 (s. X), in quo post Galeni tres cum octavus quaternio deperditus sit, in uoni folio primo quarti illius finis servatur cui sic subscribitur „Explicit liber IIII. galieni. Incipiunt capitula libri aurelii. de acutis passionibus“. ultimus sine numero sequitur Scolapius. contra in Vindobonensi vetere lat. 68 (olim med. 55) et ipso litteris langobardicis scripto (s. IX

sed rasuris correctoris corrupto usuque detrito) prioribus deperditis integri soli extant libri IV—VI f. 1 „Incipit liber quartus galieni archiatres id est medicus pe .....“ — f. 7[b] „Incipit liber quintus eiusdem galieni archiatres. id est medicus sapientissimus“ — f. 22 „Incipit liber sextus eiusdem galieni archiatres i. e. m. s.“). in cuius primo folio et lacero (ita quidem ut versuum fines absint) litteris minutis sed paulo recentioribus paene legitur „ego urs .. .. offero hunc librum eccł s̄cı vincentii (ei) .... p q̃e & iud ...... invenire vale .. et si quis hunc libru ....“. praeterea omissis Aurelii libris duobus, ex quibus tamen postea cum aliis excerpta sequuntur (scil. „de secundo libri aurelii“ i. e. escolapii qui falso dicitur f. 66. 70[b]), „galieni“ quattuor libri leguntur in cod. Vindocinensi 109 (s. XII), ubi f. 50 „Incipiunt libri .IIII. capitula eiusdem galieni“ I—XV et deinde ipse „Incipit liber .IIII. galieni“ („Advertendum est itaque ex urinis nascentibus ... dabis bibere. Explicit liber .IIII. galieni“ f. 58). hic igitur liber quartus epitoma revera est (sane arbitraria et confusa) quindecim capitulorum ex Theodori Prisciani secundo extractorum, eius quidem lectionis quae consentiat quidem cum Vaticano, textus tamen sit integrioris, ut vel ex tabula supra scripta intellegi potest. atque hac quidem Prisciani epitoma, non ipso Prisciano et integro, Garipotus usus est qui passionarium suum medio aevo celeberrimum ex bibliotheca illa magna sex librorum (Alexandro addito) in unum certumque rerum ordinem diversorum de uno quoque morbo auctorum capitulis undique congregatis composuit. totus igitur quartus ille apud Garipotum comparet excepto initio, quod ex praefatione Prisciani excerptum fuit. en tabulam (cum titulis, qui deficiunt inde a c. X in fol. 1 cod. Vindob., ex Vindocin. adscriptis)

„I De urinis“ ex Theod. Pr. II,	1 (p. 66)	apud Garip. non extat.
„II De clistere“ ex Theod. Pr. II,	2 (p. 68)	apud Garip. non extat.

„III De litargicis“ ex Theod. Pr.	II, 3	apud Garip. I, 14.
„IIII De ydrofobicis“ ex Theod. Pr.	II, 8	„ „ V, 7.
„V De ylio colo et strofo“ ex Theod. Pr. . . .	II, 9	„ „ III, 28.
„VI De spasmis“ ex Theod. Pr.	II, 10	„ „ V, 1.
„VII De satyriasin et gonorreas vel priapismon“ ex Theod. Pr.	II, 11	„ „ III, 71/72.
„VIII De cardiacis“ ex Theod. Pr.	II, 12	„ „ VI, 24.
„VIIII De colericis“ ex Theod. Pr.	II, 13	„ „ V, 15.
„X De querella capitis“ ex Theod. Pr.	II, 14	„ „ I, 15 una cum eodem additamento.
cum fragmento sine discretione adnexo ex c. „De syntexi“ („Quos tussicula exagitat“ . . . p. 100)	II, 24	
„XI De asmaticis et suspiriosis“ ex Theod. Pr. .	II, 25	„ „ II, 12.
„XII De ytericis“ ex Theod. Pr.	II, 27	„ „ V, 14.
„XIII De lumbricis“ ex Theod. Pr.	II, 30	„ „ III, 23.
„XIIII De ydropicis vel catecticis“ ex Theod. Pr. .	II, 32	„ „ V, 11.
„XV De renum causis“ ex Theod. Pr.	II, 33^a	„ „ III, 42 (= Th. 33^a + 34) et 43 (= Th. 33^b) quae quasi „de renibus“ omnia (!) eodem modo confusa exhibentur.
(p. 127—128) cum fragmento (ex folio scil. transposito) capituli „De artriticis“ etc.	II, 34	
(p. 130—32), cui subiungitur altera demum pars c.	II, 33^b	

(p. 128—29 sic (Vindob. f. 7^a = Vindoc. f. 57^a2) „... in aqua diuretica omnibus munitū te. Interea volo amice kme̅ qm̄ ...“

Prisciani tamen pauca quaedam aliunde etiam sumpsisse Garipotum singularis quorundam Galeni librorum ratio docet. nam codex Leid. Voss. lat. fol. 85 (s. XI/XII in Italia scriptus et litterarum langobardicarum subinde memoriam prodens), qui nunc mutilus 24 foliorum id est quaternionum trium VIIII—XI (in eodem volumine nunc alia s. XII et X habentur adnexa f. 25—67), secundi ad Glauconem alteram partem continet et praemisso capitulorum indice tertium sed velut recensione quadam recentiore mutatos et interpolatos. cuius auctor praeter alia ex Theodoro usus quidem editione quam dixi secunda inseruit et in ipso textu libri tertii capitula duplicia (de epylemticis et scotomaticis ex Th. II, 15 et 16, de menomenis ex II, 17, de empiicis ex II, 23), et post ultima Galeni, si indicis advertas testimonium (nam textus codicis in cap. de paralyticis clausula tantum libri omissa imperfectus deficit in folio 24^a, cuius quod reliquum album est), seorsum addidit primum quod ad superiora respicit cap. de melancolicis (sc. ex Th. II, 18), deinde quae post cap. de paralyticis in Berolinensi etiam codice sequuntur de catarro II, 20 et sicut tituli docent*) ea quibus augentur II, 21 et 22, deinde de renibus (II, 33) et de cardiacis (II, 12). atque ex simili quodam textu Galeni qui ex Prisciano aliisque interpolatus fuit etiam

*) sic enim habet: „De catarru. De tisicis et tusse. Ad tussem et pulmones. Ad tussem. Ad tussem et sintexis. Ad tussem et sintexin et qui purulenta excreant. Ad tisicos et toracis dolorem. Ad tussem et qui sanguinem voment“ (cf. cod. Berol. p. 100—103). „De sanguinis emissione ex interioribus. De stomacho sanguine iactantibus. De renibus vitiis vel vessice querellis. De cardiacis. Explicit galieni liber tercius“ (sc. „de singulis infirmitatibus“, ut supra incipiens index habet). „Incipit eiusdem de oculorum (sic) causis. De capitis causa. De causa membrorum corporis. Expliciunt capitula libri tertii. Incipit de cephalea.“

apud Garipotum quaedam recurrunt, velut quae excerpsit in cap. de epilempsia (I, 6) ex Physicorum Prisciani fragmento (f. 82^{c-d} cf. cod. Leid. f. 7^{b}), ex quo eodem Physicorum loco (f. 82^{c}) verba habentur etiam in cap. de stomachicis (II, 14), item quo uno loco auctoris nunc etiam nomen additur (III, 24) „Conditum colicis expertum Theodori Prisciani“ (quod sc. accuratius, sed sine nomine legitur in Leidensis cura colicorum). sunt alia quae in Leidensi quidem non reperies sed ad idem librorum genus referenda indices, additamenta scilicet ad ea ipsa quae debet Prisciani epitomae ex Prisciani editione secunda derivata in cap. medio de lethargicis I, 14 (= cod. Berol. p. 76) et ad finem cap. de asthmaticis (= cod. Berol. p. 108). haec igitur ex pleniore Galeni codice Garipotus duxerit, sicut ex eodem Galeno solo habuit et „oxymel oribasii auctoris“ II, 26 quod in Leidensi quidem Galeno non habetur, sed additur in Casinensi c. XVI (ubi „curatio scleromae“). in universum itaque dicendum est utriusque librorum generis ex quibus et verum Theodorum Garipotus noverit et interpolatum, eandem fuisse rationem eam scil. ut ad Galeni qui ferebatur librum tertium „de singulis infirmitatibus“ ex Theodoro Prisciano supplementa colligerent, ex vero quidem ea quae separatim quindecim capitulis excerpta in librum quasi quartum congesta essent, ex interpolato quae ipsum libri textum augerent tempore aliquanto recentiore.

Ad logicum Prisciani librum haec omnia pertinent. sed etiam primi phaenomenon in ipsa medii aevi antiquitate lectitati vestigium gerit „practica Oribasii“ (codd. Cant. et Hafn.) quam Simon Ianuensis legit sex librorum, ita composita ut inter Euporiston l. IV (cum praef. I Synopseos) (= I) et Synopseos I. II. IV. VI (= II. III. IV. VI) quintus inferretur alienus „auctoris bizazii“ vel „bizancii“ (cf. Cat. codd. Berolin. lat. I p. 369). veteris enim huius collectionis libro II cap. LI (vel LII) inseritur sic inscriptum „De aurium causas theodori prisciani de libro primo capitulum octavum“ („Aurium dolor ex variis frequenter incommodis excitatur“ . . .). sed in posteriora medii aevi saecula non primus duravit, non secundus, sed habile illud gynaeciorum compendium, quod cum proprie logici esset ultimum quasi capitulum operisque libellus tertius, per se solum scriptum in plurimis codicibus ferebatur.

G y n a e c i o r u m igitur libri (praeter VB) vidi legique exemplar Florentinum (f) Laur. 73, 1 s. XI (descr. m. Sept. 1877) et (quod ad Flor. contuli Berolini m. Mart. 1888) Vindocinense (v) 109 s. XII (Cat. des mss. des bibl. de France. Dép. N. S. t. III. 1885), ad quorum similitudinem scriptus erat Gelenii codex unus quidem huius libri singularis. inspexit tamen ille alterum quoque textum qui ad B proprius accederet (cf. e. g. ad 3, 12. 21). legi praeterea (m. Apr. 1888) Bambergensem (g) L III 11 (s. XII. 8^{0}), qui cum Barberiniano facit, continet autem supplementum spurium capitulorum XI—XXI sine discrimine adnexum. quae eadem capitula (excepto novicio ultimo „XXI De mulieribus ut non abortent“) feruntur paulo pleniora in Vaticano Reg. 1756 (8^{0} s. XII) suntque e d i t i o n i s s e c u n d a e (b c), ubi eodem quidem libri tertii indice (23 capp.) comprehensa (b p. 132 = c f. 164^{a} = Vat. f. 44) suam tamen inscriptionem habent brevemque prologum hunc „Theodorus priscianus ad octavium („octavianum“ Vat.) filium. In hoc vero loco cum cogitationibus vacarem, c o n g r e g a t i s m e c u m a l i i s a u c t o r i b u s, utiliter visum est nobis que ad curas mulierum pertinent res fisicas tractare earum exempla conscripta („eorum exemplo conscriptas“ Vat.). et ⟨„ea“ add. Vat.⟩ que didicimus ⟨„addimus“ add. Vat.⟩ eorum („quorum“ Vat.) exemplo et tuo experimento („et tu in experimento“ Vat.) potius („poteris“ Vat.) adhibere“. quem prologum liber Bamb. omisit (cum aliis), contra post extrema verba „pessum facies et uteris“, quibus „Explicit Theodori prisciani Genecię“ subdidit Berol. („Genetia explicit“ simpliciter Vat.), non solum capitulum illud XXI adiecit sed etiam „librum secundum theodori prisciani“ cum (indice capitulorum 21) qui sic incipit „De passionibus mulierum utile previdi vobis scribere“. . .

sed hic quidem liber maximam partem compilatus est ex integris Cleopatrae et Muscionis capitulis, eisdem illis quae ex simili codice Harmoniae Gynaeciorum olim inseruit Io. Casp. Wolphius Tigurinus (Bas. 1566 p. 105 sqq.*) eiusdem libri secundi (post appendiculam illam recentiorem primi libri) dupliciter spurii excerpta quaedam capitula offendi (cum „genecia theodori prisciani“ f. 177^{b}) etiam in Cantabrigiensi coll. S. Ioh. D. 4 s. XIII (f. 180^{b}), de quo dixi ad Muscionem Sorani interpretem (ed. 1882) p. IX. atque ex eodem cum eodem initio excerpta praeposita sunt fragmento de gynaeciis in Spuriis Galeni ed. Iunt 1576 f. 95^{f} (cf. cod. Cant. ib. f. 173^{b}).

Sunt et alii plures Gynaeciorum Prisciani codices, velut quem vidi quidem sed non legi Paris. 7029 (8^{0} s. XII, ubi „IncіP Genecia Prisciani“ f. 59^{b}—68^{b}) etc. ex Prisciano etiam „capitula de iunicis“ abbreviata pessime leguntur in cod. Vindocinensi 175 (f. 97^{b}). singularis autem propter antiquitatem ratio est epitomae cuiusdam Bambergensis L III. 6 (s. X), quae grandibus ut plurimum litteris scripta (f. 1—5) initio quidem carens veri Prisciani capitula praebet a quarto ad decimum et ultimum ex textu quodam qui cum Vaticano convenerit (cf. ad c. 7 „supradictarum superius“).

Cum tale igitur tantumque sit in manuscriptis codicibus praesidium, cum vetus unus particulam modo operis contineat et mutilus et corruptus, integri quidem sint recentes sed aut emendati aut interpolati, cum Geleniani deperditi dubia sit lectio et coniecturalis, nec multum conferant quae apud medii aevi scriptores excerpta servantur quamvis utilia, vides quam lubricum sit edendi negotium, in medico praesertim scriptore mutationi quam maxime obnoxio. nec sane sperandum est fore ut aut novi aliquando codices compareant aut resurgant qui deperditi sint, velut vetus

*) inter prologos librorum quos excerpsit praemissos Wolphius istum quoque habet „Utile previdi“ . . . cum hoc titulo „Prologus Prisciani et Cleopatrae in librum eius priorem“ cuius libri quae affert (p. 105 sqq.) sic semper citantur „Ex Prisc. et Cleop. priore“.

ille „Prisciani de medicina“ qui S. Amandi fuit Hucbaldi dono (saec. IX/X: vid. G. Beckeri Cat. ant. 114, 76 = Delisle Cab. des mss. II, 455 cf. I, 312).

Ad iudicandum tamen et confirmandum Prisciani textum (et primi praesertim libri, qui plus ope indiget) momenti alicuius est quod a Graecis adiumenti accedit et diu editis. etenim graece primum se scripsisse ipse ait auctor atque ad graecum opus lectorem mittit (v. ind.). graeca autem Theodori verba revera extant in variis libris illis qui Galeni nomine feruntur περὶ εὐποϱίστων (ed. Lips. t. XIV), primo praesertim q. d. (c. I—VIII), sed et secundo (c. I. II). quorum materia ex ipsius Galeni libris hausta fuit (τῶν κατὰ τόπους praecipue ed. Lips. t. XII) atque invitante Oribasio in librum Euporiston congesta (cf. praef. ad Cass. Felicem p. III sq.), cuius nunc quidem non nisi laciniae extant varie cum alienis consutae. hoc Euporiston Galeni libro sincero usum fuisse Theodorum credo, qui suam aliquoties rationem se interponere innuat eis quae tradita repetiverit (velut I, 43 „ego probavi“ cf. Ps. Gal. p. 336, „nos etiam“ I, 32 cf. Ps. Gal. p. 340 etc.).quae enim ita addidit in graecis nunc non inveniuntur. unde si Galeni medicinam reddere Theodorum patet, non hoc tamen solo magistro utitur, sed licet „logicus“ ipse, „cycli“ tamen medicinam saepissime adhibet methodicorum hoc tempore (ut Aurelianus probat) plurimum adamatam, et ubi quae „de experimentis“ affert vel „ut experti sumus“, sicut Archigenis exemplo ipse Galenus, remediorum „physicorum“ collectionem prodit qualem et Marcellus et „liber Pauli“ (vel „Plinii“) et ipse editionis secundae auctor Pseudo-Theodorus, Vindiciani scil. Afri (Cass. p. 105,8) de expertis remediis opus magna olim approbatione diffamatum. cuius quidem Vindiciani (cf. ed. Cass. p. III), quem magistrum suum profitetur Theodorus, Afer sine dubio et ipse (cum Cassio Felice aequali), praeter singula remedia (advertas e. g. Geram Vindiciani in Antid. Vindoc. 175 f. 121) nunc pauca restant et male habita, extabat autem saec. VIII/IX in bibliotheca Augiensis monasterii, quem tabulae duo veteres (apud Beckerum 6, 156—57 =

33, 47—48) indicant, Vindiciani liber IV (vel libri IV?) post librum de positione et situ membrorum I (cuius laceras reliquias multis in codicibus habemus) Galeni II, Alexandri III in uno codice scriptos. quae notitia dubium est quo pertineat.

Prisciani praeter triplex Euporiston vel praesentaneae medicinae opus singulis libellis editum, nunc unum tenemus Physicorum breve fragmentum (quod habet p. 82^{d} Arg. quae Alexandro teste conveniunt cum Theodori Moschionis*) capitulo de epilempsia cf. Soran. ed. Lips. 1882 p. XVII). itaque si „sex libros“ commemoravit Simon Ianuensis in praefatione omnibus nota, qua auctores quorum in lexico condendo volumina revolverit varios recenset, usum eum fuisse patet codice aliquo sex libros numerante, ex quibus praeter singula triplicis operis quod habemus sine libri titulo capitula (velut s. agripnia „Theodorus Priscianus cap. de calculo“**) et uno quidem loco „de gynecia“ (s. strumas — cf. s. acreta et s. metromania), saepissime citatur „Theod. Priscianus in libro de simplici medicina“, et bis etiam „in antidotario Theodori Prisciani“ (cf. Ernst Meyer, Gesch. der Botanik II, 291). atque eorum quae de simplici medicina Simon attulit verbotenus nonnulla offendis in libro III de virtutibus pigmentorum vel herbarum aromaticarum codicis S. Galli 762 (de quo olim narravi Anecd. II, 121), ita ut verisimile sit hunc librum latinis quidem herbarum nominibus additis ex Galeno factum (de simpl. med. l. VI) excerpta continere ex eo libro quem sub Theodori Prisciani (nam sic semper duplici utitur) nomine sive recto sive falso Simon in codice suo invenerit. antidotarii autem quod cum Prisciano vidit eadem ratio

*) Theodorus iste Moschion quem citat Alexander Trallianus, diversus quidem a Theodoro Prisciano (licet conveniat in physicorum traditione), idem autem est cum Theodoro Aetii (de quo Meyer II, 286).

**) habuit igitur codicem, qui servaret capitulum de calculo, sicut Barberinianus, cum quo uno ex cap. de oculis veram lectionem praebet „serniosos oculos“ (s. v. serniosis).

fuerit, scil. appendicis alienae, qualem et ipsi Prisciano codex Bruxellensis subiecit et Cassio Felici codices non Parisiensis solum (cf. ed. p. VIII) sed etiam quem Romae cum Paulo vidi a. 1881 Vaticanus 4461 (saec. XIV). nam etiam Cassii „duo de pratica“ novit Ianuensis, quorum alterum edidi a. 1876, alterum quem non edidi eodem in utroque codice ambitu (in Vat. f. 81^{b}—87^{b}, ubi „Deo gratias. Amen“) continentem remediorum compositiones vario librariorum molimine et recentiore auctas. ex quibus multa revera extant apud Simonem (cf. ed. Cass. p. 219—21). atque ut Cassius (p. 219) sic etiam Priscianus dicendus erit confectiones quasdam citasse in ipso nunc textu deperditas, velut quam graecus habet textus „ieran quae post ordinabitur“ I, 7 (18). cf. conditum colicis Garip. 3, 24. theodoricon autem dianacardium, quod sub Theodori nomine bis Simon significat (s. alakion, kerbes) in multis aeque antidotariis legere potuit.

Iam vero plures quam quos nunc novimus tres vel quattuor Prisciani libros, numerasse aliquando librarios suo exemplo nunc docet Chisianus, in quo post quartum gynaeciorum (f. 184^{b}) „Incipit eiusdem de cibis Liber quintus“ scil. liber notissimus Theodori (numquam altero nomine addito) appellatus de diaeta vel „peridietes“ (unde „perdietis“ Vind. 175 f. 94, „predicti“ Ups. med. 6 p. 339). cuius licet praefatiuncula Theodori sermonem rhetorice comptum in memoriam revocet, textus tamen nihil nisi uberioris cuiusdam operis reliquias continet in exile compendium redactas. quintum igitur hunc multis codicibus exemplatum saepiusque (et edente Schreinero separatim Hal. 1632. 8) impressum nunc non moror, nec magis sextum, cuius multo etiam incertior est auctoritas. etenim in codice Chisiano post quintum illum f. 196^{a} „Incipit Antebalumina Galieni“ („Pro aloe mitte licium ... mitte spica nardi duplum“), deinde autem f. 197^{b} „Inc. antebalumina Theodori“ („Pro ges asteros mitte amilum ... pro zinziber mitte piretrum“), quod idem duplex opusculum sine nomine auctoris adnectitur in codice Brux., ubi post Aurelium et Escolapium

f. 101b „antepallomia Galieni', („Pro aloe mittis licium . . . Pro zinziber mittis piretrum"), sequitur ultimis f. 107b—12b „dieta Theodori".

sed iam satis sit notitiae in editionis limine breviter congestae. quam si iusta disputatione exequi voluissem, ad proprii libelli volumen praefatio excrevisset.

Scripsi Berolini 26. Februarii 1893
(impressa nunc post annum elapsum relego 13. Maii 1894)

Valentinus Rose.

THEODORUS PRISCIANUS

ex codicibus

Gel. = Gelenii trium librorum deperdito (ed. Bas. 1532).
V = Vaticanus reginae 1143 membr. saec. IX.
r = Romano principis Barberini IX. 29 saec. XI/XII.
B = Bruxellensi 1342—50 membr. saec. XII.

---

b = Berolinensi (Pseudo-Theodori) lat. qu. 198 membr. saec XII^{1}.
c = Romano principis Chigi (Pseudo-Theodori) F. IV. 57 membr. saec. XII.

---

g (Excerptorum libri Logici, unde *Gar.* = Garipotus) = Vindocin. 109 m. s. XII (f. 50—57) passim inspecto etiam Vindobon. 68 m. s. IX f. 1 sqq.).

---

f (Gyn.) = Florent. Laur. 73, 1 m. s. XI (f. 214^{b}—218^{b}).
v (Gyn.) = Vindocin. 109 (eodem qui supra f. 88^{b}—91^{b}).
g (Gyn.) = Bamberg. L. III. 11. m. s. XII.
a (Gyn.) = Vatican. regin. 1756 membr. s. XII.

---

e (Gyn. epit.) = Bamberg. L. III. 6. m. s. X.

Index capitulorum
libri primi Euporiston Faenomenon.

Praefatio (*s. num. et rubr. B*, I Prefacio *br*). — Praefatio (operis *in textu*) *sine num. B*: II Prologus *br*. (XIII) narium: earum *bBr*. (XVIII) in facie *om. B*. vel ubique *om. b*. (XVIIII) ustione *B*: combustione *br*. ignis: ignis in corpore *r*. (XXI) causis: que causis *b*, casibus *Br*. inflictis corporibus: in corpore *b*, infixis *B*, factis in corpore *r*. (XXII) sponte *om. Br*. (XXIIII) *hoc ad finem libri supplent rb*. percussione *r*, percussibus *B*. atque *rb*: vel ceterorum *B*. (XXV) De turribus *(sic)* receptis et latentibus *B*: *om. (ind.) br*, De stirpibus vel ossibus vel telis icti *c*. (XXVIIII) *hanc rubr. om. B*.

XXX. De diversis vitiis in ano nascentibus.
XXXI. De syringis.
XXXII. De pernionibus.
XXXIII. De ragadiis pedum vel digitorum.
XXXIIII. De paronychiis.
XXXV. De pruritu vel scabie totius corporis.
XXXVI. De maculis in corpore nascentibus.
XXXVII. De elefantiosis.
XXXVIII. De luxationibus.

(XXX) vel siringiis *add. B.* (XXXI) *hanc om. B.* (XXXII) pregnationibus *b.* (XXXVII) elefantiacis *br.* (XXXVIII) vel eiectionibus articulorum *add. br.*

---

libri secundi Logici.

(Partis I) [Oxea *bc*].
Praefatio (epist.).
I. De acutis febribus vel aegritudinibus.
II. De freniticis.
III. De lethargicis.
IIII. De pleuriticis.
X. De peripleumonicis.
VI. De synanchicis.
VII. De apoplecticis.
VIII. De hydrofobicis.
VIIII. De ileo colicis strofo.
X. De spasmis.
XI. De satyriasi vel impedimento usus.
XII. De cardiacis qui etiam diaforetici.
XIII. De cholera.
(Partis II) [De Cronicis *B*, Cronia *bc*, Libri III de cronicis *r*].
(I) XIIII. De querellis capitis.
(II) XV. De epilempticis.
(III) XVI. De scotomaticis.
(IIII) XVII. De maenomenis.
(V) XVIII. De melancholicis.
(VI) XVIIII. De paralyticis.
(VII) XX. De catarro.
(VIII) XXI. De pthisicis.
(VIIII) XXII. De sanguinis emissione interiorum.
(X) XXIII. De empyicis.
(XI) XXIIII. De syntexi et atrofia.
(XII) XXV. De asmaticis vel suspiriosis.
(XIII) XXVI. De epaticis.
(XIIII) XXVII. De ictericis.
(XV) XXVIII. De spleniticis.
(XVI) XXVIIII. De stomachi variis accidentibus.
(XVII) XXX. De lumbricis.
(XVIII) XXXI. De dysentericis vel lientericis.
(XVIIII) XXXII. De hydropicis.
(XX) XXXIII. De renum vitiis vel vesicae.
(XXI) XXXIIII. De arthriticis podagricis ischiadicis.
[XXXV. De mulierum variis passionibus.

(I) acutis *br*: *om. VB.* vel aegritudinibus *om. b.* (VIIII) i(y)leodis *V(B),* iliodis *r,* yleon *b.* colo et strofo *b.* (XII) dicuntur *add. b.* (XXI) et tussi *add. b.* (XXVIIII) de st. querelis *b.* (XIIII) *novos numerus habent rc (non VB), nullos b.* (XXXIII) *in rb add.* XXI De cauculo (adveterato *b*) *et* XXII De condolomatibus *etc.* (XXXV) *add. VB*: *om. rbc* — *seq. in r (c)* lib. IV, *qui sine numero in Bb.*

libri tertii Gynaeciorum.

Praefatio (epist.).
I. De mamillis post partum dolentibus.
II. De praefocatione matricis.
III. De inflatione vel tensione matricis.
IIII. De atretis.
V. De conceptione.
VI. De aborsu.
VII. De haemorragia matricis.
VIII. De vulneribus matricis.
VIIII. De fluxu reumatis.
X. De gonorroea.

(VII) De fluxu sanguinis *rbB.*

---

libri physicorum.

Praefatio.
I. ⟨Caput dolentibus⟩.
II. ⟨Epilempticis⟩ — — —

(reliqua desunt).

Postquam peracto corrigendi officio impressae ad me plagulae redierunt, cum indicis causa folia versarem, hic illic notavi quae oculorum aciem diutino labore et taedii pleno debilitatam fugissent, sive litteras inversas (velut p. 48, 5. 64, 13. 201, 9) sive commutatas (sic p. 257 v. paenult. legas quem — *p. 301, 6* axungiam — *p. 318, 20* cyatis — *p. 395, 7* rediguntur — *p. 393, 17* intremueris — *p. 349, 11* VII, *non* VI — *p. 493* achor *1, 13* — *p. 504* conferva h. *b Add. 1, 97 p. 301, 5 — item* sicut *legas pro* sic *in not. ad p. 181, 15), sed quod magis doleo, in numerandis antidotarii segmentis utrobique fuisse peccatum. ipse enim post* 5 *(leg.* 5^{b} *p. 366, 3) et post* 56 *(l.* 56^{b} *p. 378, 21) et post* 87 *(l.* 87^{b} *pro iterato* 87 *p. 383, 1) singulos numeros cum omisissem, is qui impressit neglexit n.* 26 *(p. 371, 1) et sequentes in eadem pagina numeros posuit* 26. 27. 28 (*pro* 27. 28. 29), *idem bis posuit* 51 *(pro* 52 *p. 378, 1) itaque deinceps* 52—56 (*pro* 53—56^{b}), *omisit denique n.* 106 *(p. 385, 1) ut in ista pagina nunc sequantur* 106—115 (*pro* 107—116). *hos igitur numeros ante indicis usum ipse, lector, peto ut corrigas.*

Theodori Prisciani Euporiston

Liber I

Faenomenon.

Nuper me collegae Olympii exhortatione provocatum nonnullos confecisse praesentaneae libellos medicinae vel mediocris fama retinet, sed graeco stylo quoniam medendi industriam sermone claro haec natio publicavit. in his igitur voluminibus non studium tenebo gloriae, neque enim in logico opere eloquentia opus est sed labore. quippe quae fragilitas humani corporis remedia flagitaret, celeribus beneficiis natura consentiente composui. non omnis enim valitudo medendi patitur tarditatem. quapropter, amice carissime, quae ornatui nostri corporis vel saluti procu-

1 *Indici capitulorum praefationi praemisso superscripta legitur rubrica in b (quae deleta est in c)* Theodori prisciani archiatri fenomenus cuius hec est continentia. *de cod. B v. praef. post indicem seq. rubrica* Prephacio *b(c) (sine rubr. r B). Gel. (ut in textu ad I, 5) huic epistolae suprascripsit* Theodorus Priscianus Timotheo S. 4 Nuper me *r b (c)*: Nuperrime (... confeci) *B*. collige *r b(c)*. oly(i)mpi *r b(c)*: olimpii *B*. provocatum (—tū *b c*, —t⁹ *r*) nonnullos confecisser *r b Gel.*: provocatus confeci nonnullos *B*. 5 presentanee libellos *B* (medicine presentanee libellos *Gel.*): presentaneos libellos medicine *r b (c)*. vel *r b (c) Gel.*: quos vel *B*. 7 sermone *om. r (ubi* industria claro). natio *B (c) Gel.*: nocio *b* (notitia *r*). 8 tenebo *r b(c)*: teneo *B (aliter Gel.* non studium vanae gloriae neque eloquentiae posui sed laborem: *om. enim verba* neque enim — opere). 9 in logico opere eloquentia (—tię *r*) *r b(c)*: eloquentiae hic *B*. labore *b*: — ris *r B*. 10 quę *b c Gel (om. r)*: quia *B*. remedia (—um *r*) flagitaret (— re *r*) celeribus beneficiis *b (c) r Gel.*: remediū flagiture & celeris beneficii *B*. 11 consentiente *r b (c) Gel.*: consciente *B*. non omnis enim *B Gel.*: non enim omnis *b*, non enim non omnis *r*. 12 amice *B r b (c)*: frater *Gel.* 13 ornatui *c B*: oi natui *b*, ordinatui *r* (in parui *Gel.*).

randae custodiendaeque obveniant opis naturae remedia, nunc in tuam gratiam nostro sermone digessi, non sine lucro famae ut arbitror. effectum enim in utroque genere opus tam plures testes habebit quam iudices.

I.

2 Si medicinam minus eruditi ac rustici homines, natura tantum conscia, non philosophia, occupassent, et levioribus aegritudinum incommodis vexaremur, et faciliora remedia caperentur. sed haec via ab illis omissa est quibus scribendi ac disputandi gloria maior fuit. nam scire velim qui fieri possit ut, cum aut rectum sit quidque aut contrarium, aut salubre aut incommodum, huiusce artis repugnantes diversique professores sententias suas singuli servare conentur. iactatur aeger magna tempestate morbi. tunc nostri collegii caterva concurrit, tunc nos non pereuntis miseratio possidet, nec communis naturae

1 custodiendęque *Br*: constituendeque *b* (-daque *Gel.*). obveniunt *rb*, —ant *c Gel.*: conveniant *B*. opis naturae (*corr.*) *Gel.*, opus (op⁹) nature *rb* (*c*): ordinata *B*. 3 effectum: *sic Brb* (*c*) *Gel.* *Rubr.* Prologus *b* (Explicit Prephacio Incipit prologus *c*), Incipit praefatio operis *B*, *sine rubr. r* (*ubi al. m. in marg.* G. Liber sestus). 6 medicinā ... occupassent (—set *b*) *rb* (*c*) *Gel.*: medicina ... occupati essent *B*. ac (hac *r*): et *Gel.* 7 conscia *rb* (*c*): conscii *B*, conscientia *Gel.* non philosophia *b* (*c*): non tantum philosophi *r Gel.*, non etiam philosophia *B*. et *rb* (*c*): in *B*, *om. Gel.* 8 vexaremur *rB Gel.*: —rentur *b*. et faciliora—(10) scire velim *om. Gel.* 9 caperentur *rb*: cuperentur *B*. 10 eloquentia (*sic*) studiosis *hic addit B* (*post* fuit): *om. rb* (*c*). velim *b* (*c*): vellem *Br*. 11 qui *B*: ꝗ (quod) *b Gel.*, quid *r* (*c*). ut — sit *om. r*. rectum *B*: certum *bc*, *om. Gel.* (*ubi* cum aut contrarium sit quid). sit *post* incommodum *B*. quidque *rb* (*c*): quid *Gel.* 12 huiusce: *sic Bb* (*c*), huiusque *Gel.*, huiuscemodi *r*. 13 repugnantis *b* (*c*) *r*. diversique *b Gel.*, diversisque *r*: diversorumque *B*. sententias suas *b*(*c*) *Gel.* (suas *om. r*): sententia sua *B*. singuli *B Gel.*: *om. b* (*c*) *r*. 14 iactatur *br*: iactetur *B Gel.* 16 non *b* (*c*) *Gel.*: *om. rB*. p. miseratio *b* (*c*) *r*: p. miratio *B* (periculi ratio *Gel.*).

condicio convenit, sed tamquam in olympico agone alius eloquentia alius disputando alius adstruendo destruendo alius inanem gloriam captant. interea dum hi inter se luctantur atque aeger fatiscit, pro pudor, nonne videtur natura ipsa rerum haec dicere?

o frustra ingratum mortalium genus, occiditur aeger, non moritur, et mihi fragilitas imputatur. sunt tristes morbi, sed dedi remedia. latent in fruticibus venena, sed plura germinant salutis officia. absit haec nescio quae perturbatrix disputatio atque iste loquacitatis vanus amor. haec ego saluti mortalium remedia non dedi, sed magnas seminum ac frugum herbarumque potestates, et quidquid propter homines genui.

his dictis nonne tibi, amice carissime, error noster 3
1 restinges *Gel.*, restinguis *rB*: extingues *b.* teres *Gel.*: teris *rbB.* omnia s. m. (m. s. *r*) coque(i *r*)s *rB Gel.*: post omnia s. commiscens. et coques *b.* agitabis *B*, agitas *r*, agitans *b*: et agitabis *Gel.* holosidera *r Gel.*, olo(ol'o *b*)sidera *bB.* et *rB Gel.*: *om. b.* 3 diacylon *Gel.*: diacilon *r*, diaquilon *b*, dactilon *B.* linteolo *B Gel.*: linteo (inductum) *b.* adhibebis *r*: —bebo *b*, —beto *Gel.*, adhibendum *B.* 4 (V.) his solvendū *B*, (quinque) involvendū *r*: *om. b Gel.* nam et *rb*: nam *Gel.*, *om. B.* ydrocelicas *b*, ydrocellas *rB.* 5 curabit *B*, —bis *r*: —vit *b Gel.* et bacę (pelę *r*) —profuerunt (prosunt *b*) *rb Gel.*: *haec et quae seq. de ramice omnia om. B, qui sine rubr. praecedentibus adnectit cap. XXIX* de umb.). et (cum) *r*: *om. b Gel.* 6 impositae *r Gel.*: *om. b.* similiter *b Gel.*: *om. r.* 7 appellamus *r*: —lant *b Gel.* in pultario: *sic rb Gel.* 8 mittes (—is *r*) *om. b.* viride *r*: veteri *b*, —re *Gel.* molliat (*i. e.* molliatur, mollescat) *rb*: molleat (*sic*) *Gel.* 9 maturescat *rb Gel. cf. 2, 91.* teris ... inducis *rb.* 10 aqua *om. b.* fove ut testis resiliat (testes resiliant *Gel.*) *r Gel.*: testes foveto ut resiliant *b.* 11 supra *om. b*, *qui post* uteris *addit aliena*: Cycutas et baccas de cipresso virides inpari numero luna decrescente ... utere *r*: —ris *b Gel.* 12 *rubr. rb Gel.*: *abest B* (*vid. supra*). infantum *r Gel.*: —tium *b* (*c*). 13 teris *rb.* et (his) *rB Gel.*: *om. b.* mirtę *rb*: my(i)rrae *B Gel.* 14 misces *rbB.* imponimus sub *r*, impones et sub *Gel.* (m. et linteo inde pones et facias ut facilius reprimat *b*).

facilius reprimatur. et anetum cum acacia tritum et ex aqua similiter temperatum supponendum est. item aliud. cocleas de arboribus lauri collectas comburimus et tritas imponimus, ut umbilicum in naturam propriam revocemus.

XXX. De diversis vitiis in ano nascentibus.

81 Difficiles in his locis causae evenire consuerunt pro accidentium qualitate. est enim loci natura delicatior, quae ad omnes acerbos quam maxime contactus facile commoveatur. nascitur in hoc saepissime indignatio vel fervor, fit ragadium, fit condyloma, erumpunt haemorroides, nascuntur exochadia, fiunt etiam syringes, frequenter etiam intestini effusio et cetera, quibus nunc omnibus suo ordine remedia designabo.

quando ergo indignatio vel fervor loca attemptaverit, pingues dactyli in passo vel melicrato infusi teruntur superaddito quipiam olei rosei, e quibus factum cataplasma tepidum adhibemus, superaddita tamen ligatura quae adiutorium continere debet. nam etiam de musteis similiter

1 reprimatur *r B*: reprimat *b Gel.* anetum *r b*, apossum *B*: *om. Gel.* et ex aqua *r*: et aqua *b Gel.* 2 sup(b)ponendum est *r B Gel.*: ĩponito *b*. item aliud *Gel.*, item etiam *r B*: et *b*. 3 de (ex *b Gel.*) arboribus lauri *r b Gel.*: ex arbore lauro *B*. collectas *r B Gel.*: collatis *b*. 4 revocemus *r B Gel.*: —cet *b*. 5 *in rubr.* (*r b Gel.*) vel siringiis. XXVIII. *add. B*. 6 in *r B*: et *Gel.*, et enim *b*. consuerunt *r b Gel.*: —verunt *B*. pro accidentium (occidentium *B*) *r B*: praecedentium *b Gel.* 7 natura delicatior *r b Gel.* (*Neu!*): coctura diligentior *B* (*!*). 8 commoveatur *r B Gel.*: —vetur *b*. 9 in hoc *Gel.*, ergo in hoc *B*: ex hoc *b*. 10 fit condiloma *r* (condilloma *B*): fiunt condolomata *b*. (erumpentes) morroides *r*, aemorroides *Gel.*, emorroidę *b B*. 11 exocadia *r b*, exocodia *B*. siringia *r*, syringia *Gel.*, siringiae *b B* (*i. e.* siringae *pro* siringes). 14 ergo *r b B*: vero *Gel.* attemptaverit *r B*: temptaverit *b* (*Gel.*). 15 vel in m. *b*. teruntur *b B Gel.*: terentur *r*. 16 quippiam oleo roseo *r B b Gel.* e *b B Gel.*: ex *r*. factum cataplasma *Gel. et* (*om.* factum) *r*, facto cataplasmate *b*, factum cataplasmate *B*. 17 adhibemus *r B b Gel.* 18 debet *r B*, debebit *Gel.*: possit b. nam—habuerint *om. b*. musteis: *Gel.*: musteo *B*.

faciendum est, sed quae piper non habuerint. sic etiam de bulbis albis cum melle contritis loca frequenter commota curata sunt. et lycium indicum tritum cum cerotario ex oleo roseo temperato adhibuimus, cui saepissime sulphuris vivi quippiam triti superadiecimus.

est et hoc genus adiutorii utilissimum. spuma argenti et cerussa unciis singulis, tus masculum et crocum semunciis singulis. cum vino et oleo tritum et commixtum adhibendum est. et ovi vitellum coctum et tritum cum melle et oleo roseo commixtum satis loca indignantia iuvat. sic butyrum cum medulla cervina, oesypocerotum et tus masculum. omnibus ex aequo commixtis et tritis, oleo et vino similiter temperatis curati sunt frequenter. huic medicamento etiam lycium indicum admiscendum est.

si ragadium factum fuerit, hoc medicamento prius 82
nos uti conveniet, ex oleo roseo trito solo in plumbeo vase et pistillo simili usque in pinguedinem mellis confecto. nam et caricarum pinguium combustarum cinis vino

1 quae: qui *r Gel.*, quod *B*. habuerit *B* (adhibuerit *r*), habuerint *Gel.* (*cf. Plin. 12, 29*). 2 contritis *r B*: tritis *b Gel.* 3 indicum *r b Gel.*: inde con(tritum) *B*. 4 temperato *r*: —tum *B Gel.* adhibuimus *r B Gel.*: adhibemus *b*. 4 cui *r b Gel.*: et *B*. 5 superadiecimus *r Gel.*: —icimus *B* (super addimus *b*). 6 est et hoc *r B*: hoc *b Gel.* 7 unciis singulis *B*: unciae singulae *Gel.* (ana ÷ I. *b*), *om. r* (*cum seqq. usque ad* an̄. ÷ S). crocum: sic *B Gel.* (c̄c. *b*). in s. singulis *B*: semunc. singulae *Gel.* (ana ʟ *b*, an̄. ÷ S *r*). 9 coctum et tritum *b Gel.*: cocti tritum *r*, coctum tritum *B*. 10 roseo *r b Gel.*: *om. b*. 11 oesypocerotum (*cf. Diosc. 2, 84*): ysopo ceroto *b*, et sopo cerotum *B*, et hysopo cerotum *Gel.*, et ysopum cerotum *r*. 12 mixtis et tritis *r*, tritis inmixtis *B*. 14 *hic add. b* lentem combustam *etc.* (*2 versus*). *deinde seq. cap.* de siringis (= *infra c. XXXI*) *locum de ragadiis praecedens* (*in b*), *qui sic inscribitur* De ragadiis in ano nascentibus. 15 hoc m. prius *r et* (*om.* prius) *B*: huic m. priori *Gel.* 16 nos uti *r Gel.*: uti nos *B*. ex oleo roseo *r Gel.*: Et oleum roseum *B*. trito solo *r* (*om. Gel.*): solum tritum *B*. 17 et p. *Gel.*: et ex p. *r B* (*hunc locum sic b*: oleum roseum in pl. mortarium mittimus. et cum tali pastello usque ad m. p. tritum inungimus). mellis *om. r B*. confecto *Gel.*, —tū *r*: *om. B*. 18 nam et *b Gel.*: et *r B*.

tepido praelavantibus impositus prodest. sic rosae flos et pomfolyx simul trita similiter aspergitur. et molybdaena cum foliis rutae viridibus teritur et cum oleo murteo pingui temperatur, et similiter iuvat. et hyoscyami foliorum pulvis aspersus similiter loca curabit. sic etiam linteorum combustorum cinis cum amylo ex aequo suco foliorum olivae temperatur ut subpingue fiat linimentum.

83 quibus vero condylomata fiunt vel exochadia, hoc adhibendum est medicamentum. cerae libram I, picis unc̄ VI, medullae cervinae unc̄ II, adipis taurini unc̄ VI, mellis unc̄ IIII, vini unc̄ IIII, guttae ammoniaci unc̄ I, turis masculi unc̄ II, murrae unc̄ II. sicca cum vino teruntur et solutis calentibus commiscentur.

alium pulverem de expertis, quo frequenter iuvati sunt homines, ita conficies et uteris post vini veteris styptici lavationem. masticen, fimi hominis sicci combusti cineres, cucurbitae combustae cineres, piperis grana XI,

1 praelavantibus *r Gel.* (prius lavantibus *b*): praelavante *B.* 2 ponfoliga *b* (pompholiga *Gel.*), ponfilinga *r*, pompofolia *B.* similiter (spargitur *B*) aspergitur *rB*: asp. sim. *b Gel.* molibdina *r* (—dena *Gel.*): molibdinum *B* (molibdinas *b*). 3 mirteo *rB* (*Gel.*): mirtino *b.* 4 pingui *B*: pinguis *r.* pinguius *Gel.* (*om. b*). et rosciam | foliorum sic corii pulvis asp. *B* (*scil. pro* et iusquiami foliorum siccorum p. a.). 5 s. curabit loca *r*: s. loca curavit *B Gel.* 7 ut s. f. (blandum *add. Gel.*) linimentum *r B Gel.*: (temperatus) ita ut pingue fiat et linimento curat *b.* 8 quibus—(9)medicamentum *om. r.* condilomata vel exocadia *B* (*Gel.*): condolomata vel exoccadia *b.* vel (fiunt) *add. B.* 9 libram: libra *B Gel.*, lib̄ *rb* (*sc.* acc. *vel* recipit). picis ÷ VI. *r* (VI. ÷ *b*), pix (*sic nom. hic semper*) unc. VI. *Gel.*: picis unc. IIII. *B*, 10 cervinę *rb Gel.*: *om. B.* adipes taurinos (—ni *Gel.*) *b.* VI. *rb Gel.*: III. *B.* 11 vini ÷ III. *B* (IIII. *rb Gel.*). 12 m. unc. III. *Gel.* (Thuris masculi. Mirre anna ÷ II. *b*): myrrae ÷ V. *B*, *om. r.* 13 teruntur . . . miscentur (commiscentur *rB*) *r B Gel.*: terantur . . . misceantur *b.* 14 alius pulver *r*, Item aliū pulverem *b*: aliud pulver *Gel.* (*haec usque ad p. 89, 2 om. B*). 15 conficies *r Gel.*: —cis *b.* et uteris *r Gel.*: *om. b.* 16 stiptici *b* (*Gel.*): *om. r.* fimi *Gel.*: *om. b.* sicci *Gel.*: *om. b.* 17 cinis *b.* *item* cinis *b*: *om. r* (*ubi sic* mastice fimi h. combustū siccū cinis cucurbitę cōbuste. p̄p̄ grana XI. alumen s. aloe).

aloen, alumen scissum, etiam supra scriptas species aequis ponderibus commiscebis, et uteris.

aliud. calcis vivae unc̄ III, nitri unc̄ II. utraque teruntur et cum hominis urina miscentur, et ex eo pinguius facies linimentum. quod cum siccaverit, identidem superaddes, et eodemmodo perseverando facilius consumentur.

exochadia specialiter consumentur sic. chalcanthum teres et eius pulverem cum oleo dulci molli vapore coques, et pinguefacto frequenter loca tangantur. nam et alumen umectum in vase novo coctum et tostum pulverem facito. hoc exochadia spontanea frequentius ciciderunt.

haemorroides inpatientius erumpentes sic compescere 84
vel temperare consuevimus. butyrum, crocum, cerussa, mel, ex aequo omnia commiscenda sunt et ovi albore temperanda et imponenda. sic et arnoglossus trita cum aceto facit, sic ceterae species sui virtute similiter stypti-

1 suprascriptas *r*, s̄s̄ *b*: supradictas *Gel.* 2 cōmiscis et *b*: *om. r Gel.* 3 Item aliud *r* (*hoc ut alia multa in hoc cap. om. Chis., non b*). (c. v.) ÷ II. *r.* teruntur . . . miscentur *r B Gel.*: terantur . . . misceantur *b.* 4 hominis *om. B.* ex eo pinguius (pinguiore *rb*) facies (—cis *b*) linimentum *rb Gel.*: ex eo pinguiore facies linimus (*!*) *B.* 5 identidem *rB*: idem *b Gel.* superaddis *r B* (—es *b Gel.*). 6 et *B Gel.*: *om. rb.* *hic alia addit b contra ani vitia omnia* (*per versus 20*): Item fimum canis album tritum et cribratum . . . 7 *post addita novam rubr. hic add. b* Exochadia sic curantur. Specialiter consūmitur . . . *ubi sic pergunt B Gel.* Exocadia sp. consumentur (—muntur *Gel.*), *quae om. r.* sic *rB*: si *b Gel.* 8 teris *r B Gel.*, teras *b.* coques *bB*: coquis *r Gel.* 9 tangantur *rB*: —guntur *Gel.*, tanges *b.* 10 humectum *rb Gel.*: untatum (*sic*) *B.* in vas novū *r.* et *om. rB.* 11 facito *b*: facit *r B Gel.* hoc *rB*: quo adhibito *b Gel.* 7 exochadia *Gel.*, exocadia vel ragadia *b*; tacta exocadia *B*, ragadia *r.* 12 hemorroides *r*, emorroidas *B Gel.* (*et ubi rubr.* De emorroidis) *b.* in(m)patientibus *rb Gel.*: *om. B.* comp. vel temp. *r B Gel.*: curare *b.* 14 commiscenda (sunt *om. Gel.*) *etc. r B Gel.*: cōmiscentes et ovi a. temperata īponimus *b.* cum (ovi a.) *r* (*non b B Gel*). 15 arnoglossus *Gel.*, —sos *B*: —glosa *b*, —glossa *r.* 16 facit *rB*: *om. Gel.* ceterę *rb Gel.*: ceresę *B.* virtute simili (et *add. Gel.*) stiptice *b Gel.*, sui virtute similiter et stipticę *r*: *om. B.*

cae cum aceto contritae operabuntur. fomentabis vero loca ex aqua ubi alumen scissum tritum mitti facies. aut aeris flos excoquatur in tertiam partem, et ex hoc fovendi sunt ante linimentum. nam ut etiam in tempore aliquid de fysicis adiuventur, in ea aqua coquendae sunt species supradictae, ubi etiam is aeger se cum haemorroides pateretur frequentius delavarit. et ad supradictas species in unciis senis aquae sextarios decem mittes.

si vero conclusas resolvere volueris, thapsiae sucum et absinthium similiter ex aequo conterimus, et loca contingimus quae solemni digestione sunt impedita.

XXXI. De syringis.

85 Eas hoc modo frequentius percuravimus. lasar cum aceto contritum imponendo frequenter usi sumus. nam et Musae trocisco omnibus approbato, in aqua in qua calcem vivam extinximus resoluto, imminuimus et profecimus. qui trociscus a nobis hoc modo conficitur. aluminis scissi uncias

2 ex aqua *rbB*: *om. Gel.* facies *rB Gel.*: —as *b.* 3 flos *rb*: florem *B Gel.* et coquatur *Gel.* (coquatur *b*), et coquat *r*: excoques *B.* in t. p. *B Gel.* (in tertia parte *r*): ad t. p. *b.* et ex h. f. s. *rB Gel.*: *om. b.* 6 ubi—(7)species *om. b.* his eger *r Gel.*: is aegrotus *B.* secundum his cum hemorroides p. *r*, se cum aemorroidas p. *Gel.*: emorroidas patitur *B.* 7 delaviarit *r*, delavaret *Gel.*: elevatur *B.* et *rB*: *om. b Gel.* in unciis senis aquae sextarios decem mittis *r Gel.*, in uncias senas a. s. d. mittis *B* (in unciis serus aquę X ~~SS~~ mixtis *b*). 9 resolvere *rB*: solvere *b Gel.* 10 absinthiū *r*, absinthii *Gel.*, absintię *b*: apii *B.* volueris *bB Gel.*: voluerimus *r.* 11 tangimus *B.* sol(l *B*)emni (solempni *r*) d. s. i.: *sic rb Gel. B* (*seq. in b quae in rel. adduntur capitulo de syringis* Quibus vero intestinum exierit . . .) 12 De siringis quas h. m. frequentius curas *Gel.*, De siringis eas h. m. percuramus *b* (*in rubr.*), De siringiis (*litt. in ipso textu unc., deinde min.*) quas h. m. frequentius percuravimus *r*: *om. B. cet. hoc proprie est prioris capituli pars* (*ut in B*), *non capitulum* (*cit. Sim. Ian. s.* trociscus musa *quasi* de fistula ani). 14 contritum *b Gel.*: tritum *Gel.* musa *rBb* (*Gel.*). 15 in qua *B Gel.*: *om. br.* 16 extinguimus *r.* i. et profecimus *B*: i. et perficimus *r Gel.* (īminentes percuramus *b*). 17 aluminis scissi uncias *B*: alumen scissum unc. (*acc.*) *Gel. et* (÷) *rb.*

III, aloes ÷ III, croci ÷ S, crocomagmatis ÷ S, chalcanthi ÷ III, caduci mali granati ÷ II. vino omnia contrita commiscemus ut trociscos faciamus.

etiam hic pulvis nobis frequenter experimentum dedit ad omnes syringas et purgando et glutinando. qui aequa hac ponderatione conficitur. iris illyricae ÷ IIS, ervi ÷ IIS, mannae turis ÷ IIS, lepidos chalcu ÷ IIS, aristolochiae ÷ IIS. omnia tunduntur et cribellantur, et fit utilis pulvis cui nomen est cephalicum. qui miscetur eodem modo ad linimentum, ut etiam Musae trociscus supra dictus.

86 quibus vero intestinum exierit, murra viscidiore fomentatio adhiberi debet. et post acacia trita cum aceto linimentum facit. et cyclaminis sucus cum melle ex aequo mixtus et coctus usque in pinguedinem. aliud. ellebori

1 aloe ÷ III. croci (c̄c̄ *r*) ÷ II. (÷ S *r*) crocomagmi ÷ II. (—ma ÷ S *r*) *rB*: Cc̄ (Crocum) ÷ S. Crocomagma ÷ ʒ S *b*, crocomagma unc. II. *Gel.* Calcanto[s] *b* (—ti *B*, —tum *r Gel.*). 2 caduci *rB*: —cum *b Gel.* vini *B.* contrita *r Gel.*: trita *B*, *om. b.* 3 cōmiscemus *rB*, —cimus *b*: —cuimus *Gel.* 4 etiam *rB Gel.*: etiam et *b.* nobis frequenter exp. d. *r*, nobis exp. d. *B*, frequenter exp. d. *b*, exp. saepe d. *Gel* 5 sy(i *B*)ringias *bB*, syringitas *Gel.* et purgando et gluttinando (gluttando *r*) *rB*: *om. b Gel.* ęqua hac *r*, ęqua *B*, hac *b*: aequali *Gel.* 6 (i. i.) ÷ V. *rBb* (*pond. sign. om. Gel.*). *corr.* IIS. (ervi) IIS (*et in seqq.*) *r Gel.*: II et S *b* (*cf. supra ad v. 1*), ÷ III. *B* (*sed* arist. III. S). 7 chalcu *Gel.*: calcu *r*, calcíí *b*, calci *B.* (arist.)longae (l. *b*) *add. b Gel.* (*non rB*). 8 et fit utilis pulvis *r Gel.*, et fictilis p. *B* (Omnia in pulverem cribatū repones qui . . . *b*). 9 cephalicū *r* (—cu *Gel.*), cefalicū *b*: ocapali (*sic*) *B. deinde add. b* qui et purgat et gluttinat et fistulis optime adhibetur (*Gal. XIII, 846. 844*). qui miscetur *r Gel.*: commiscetur *B.* 10 ut *rB*: quo *Gel.* musa *rB* (*Gel*). *pro his* (9—10) *pergit b* (*post* adhibetur) vel S̄S̄ musa trocisco illa tū āmiscimus. *deinceps aliena addit idem*: Nam et calcantum cum aceto . . . 11 murra viscidiore *r*, mori viscidioris *Gel.*: mori viscido dolori *B*, (*ubi sic b* prius fomentabis in aqua in qua mirta coxeris. et postea eius siccę pulvis super intestinum aspergatur. Sic et acacia *etc.*). 12 lin. facit *rB* (lin. adhibeo *b*): lin. (*om.* facit) *Gel.* 14 mixtus *rB*: commixtus *b Gel.* aliud. ell. albi (genus *add. Gel*) aliquid (—qui *Gel.*) *etc. r Gel.*: aliud. nam et pulvis ellebori albi qui cum aceto coctus est ad-

albi aliquid cum aceto coxerunt. nam et pulvis ipsius mixtus cerotario ex oleo roseo satis iuvat. et hyoscyamus in aceto tritus et similiter adhibitus intestinum effusum similiter reprimit.

XXXII. De pernionibus prurientibus.

87 Pernionibus cum pruritu aquae marinae fotus satis prodest. similiter etiam si vino calido styptico foveantur. sic etiam decoctione betarum. sic aqua ubi alumen scissum infuderis. post quod fomentum cera liquefacta loca linire conveniet. nam et ex aluminis pulvere cum hordei farina et vino cataplasma adhibendum est. sic cerae et picis resolutae unctione curati sunt. et gluten solutum in aqua profuit liniendo. sic olivarum viridia folia trita pro cata-

mixto cerotario *etc. B*, Et elł. alƀ cum aceto coctu utile est et cōmixtum cum cerotario *etc. b.*

1 ipsius *r*: *om. Gel.* 2 hyoscyamum ... tritum *etc. Gel.* (iusquiamū ... tritū *etc. rB*, iusquiam̄ ... tritū *etc. b*). 3 intestinum (intestinos effusos *r*)—reprimit (—et *Gel.*) *rB Gel.*: optime facit *b*, *ubi add. alia quaedam* (*p. v. 3*): Cynoglossę ... syringium usque sanatur. *iam capitula aliena inseruntur* (*rubr.*) *De sciaticis* (*p. 56 inf.*) ... *Ad omnem membrorum dolorem vel quicquid doluerit* (*p. 57*) ... *Ad omnes nervorum duricias perfricationes. contractiones. et dolores* (*ib.*) ... *Ad lumborum dolorem* (*ib.*) ... *Ad coxarum dolorem* (*p. 58*) ... *De genuum dolore* (*ib.*) ... *Qui per tibias et corpus vulcera* (*sic*) *faciunt Ad varices sine ferro curandas et malandriosos* (*ib.*) ... *De articulorum dolore* ... *et* (*sine rubr.*) *De talorum dolore* (*p. 59* ... *ubi seq. c. 32 de pernionibus*). *sunt omnes versus 85* (*cf. ind. praemissum p. 17 c. 34—42*). 5 *tit. dedi ex r Gel.* (*item c*): de pregmonibus R(?)ugitibus (*sic rubr., in ind. capp.* De pregnationibus) *b*, De pernionibus XXVIIII. (*simpl.*) *B.* 6 Pernionibus cum *rB Gel.*: Pregmones (pregniones *c*) si fuerint cum (*explicando*) *bc.* 7 vino *rB Gel.*: de vino *b.* 8 sic aqua ubi *rb Gel.*: sic aquibus (*sic*) *B.* 9 loca *rb Gel.*: *om. B.* 10 conveniet *B Gel.*: convenit *rb.* et ex *B*: ex *r*, et *b Gel.* 11 c. et p. resolutione sola unctione (*ex dittogr. v. l.*) *rB* (resolutarum sola u. *corr. Gel.*), *ubi b*: c. et p. sole recte pregmones inuncti curati sunt. *cf. 1, 90.* 12 curatae *B* (*sol.*) gluten *B Gel.*, glute *r*: glutte taurina *b.* soluta *r*, solum *B Gel.*, solutum solum *b.* 13 sepe (prof.) *add. b.* trita pro *rb Gel.*: *om. B.* cataplasmate *Bb*: —ma *r.*

plasmate adhibita profuerunt. sic gallae cum aceto contritae, sic vini faeces impositae curaverunt.

88 quibus vero iam vesicaverint, rafanos tundes et ex eorum suco pinnae proderunt linimenta. et lenticulae coctae et tritae cataplasma proderit. et caduca mali granati in calidis cineribus tepefacta et trita adhibita convenerunt. sic etiam scilla cocta similiter contrita continuo profuit.

quibus vero et crepuerint et vulnerati fuerint, his spuma argenti trita mixto adipe porcino pro emplastro apponi debet. sic adipes anserini cum cera ex oleo tepido adhibendi sunt. et coclea cum testa combusta et trita et in pulverem redacta si aspergatur continuo medetur. et ervum in vino coctum contritum cum cerotario similiter curat.

XXXIII. De ragadiis pedum vel digitorum.

89 Omnes crepidines in calcaneis pix liquida inlinita percurat. et spuma argenti cum cerussa et alumen scissum ex aequo contusum et vino mixtum medebitur similiter.

quibus vero clavuli inhaerentes molestiam fecerint, ferro subtili loca ante purganda sunt et melanthium cum

2 curaverunt *B* (—ver̄ *r*): —vere *Gel.* (curat *b*). 3 rafanos *Gel.*, rafano ⟨s *add corr.*⟩ *B* (suco rafani linies *simpl. b*). 4 pinnae *Gel.*, penne *r*: bene *B* (!). 5 caduca malogranata ... tepefacta *etc. B*: caduci mali granati ... tepefacti *etc. rb Gel.* (*sed* adhibito *corr. r*). 6 convenerunt *rB*: —rint *Gel.* (b. ÷ *b*). 7 scilla *Gel.*: squilla *rBb.* similiter contrita continuo (s. c. similiter *iterum B*) *rB*: adhibita trita continuo *Gel.* (cocta et trita prode est *b*). 8 v. et crepuerunt *rB*, v. crepuerint *b Gel.* vulnerati *rBb*: ulcerati (*corr., ut semper*) *Gel.* his *rB Gel.*: *om. b.* 10 tepido *rb Gel.*: —di *B.* 11 cocleę cum suis testis *etc. b.* trita impulverem red. *r* (*om.* et). 12 si *r Gel.*: sic *B* (*ubi* p. aspersus ... *b*). 13 contritum c. c. *r Gel.*: et tritum c. c. *b* (*ubi sic* coctum cum cer. similiter curat contritum *B*). 14 *post* curat *aliena add. b* (*per v. 5*): Et aqua ubi decoctae sunt rappe ... 16 ī(l *B*)linita *rB*: linita *b Gel.* percurat *B Gel.*: ꝓcurat *rb.* 18 contritum commixtum cum vino medetur *b.* 19 glauli *r*, lauli (*sic*) *B*, cauli *b*: clavi *Gel.* 20 purganda sunt. et melantium—similiter *rBb*: *om. Gel.* (*ubi* purgando adhibetur et myseos *etc. cum lacuna*).

lotio pueri tritum apponendum. et gutta ammoniaci cum aceto trita similiter adhibetur. et misy et aristolochia ex aequo contusa cum melle adhiberi debet. hoc et rasura cucurbitae trita faciet.

XXXIIII. De paronychiis.

90 Paronychia in initiis lana ex aqua infusa imposita curat, quae frigidiore aqua frequentius irriganda erit. his etiam alfita cum aqua trita adhibenda erunt. sic et turis masculi pulvis cum melle mixtus medebitur, sic etiam gallarum, sic auripigmenti. qui nisi percuraverit, non exiliet.

si saniem sane collegerit, locum punges. ad eius digestionem et lenticulam coctam cum melle contritam superimpones. et murtae folia viridia trita similiter cum melle adhibentur. sic etiam rosarum, sic olivae folia similiter. sic cadmiae pulvis aspersus curat, sic ervi, sic turis masculi.

quibus vero etiam ungues quassaverint, foliis murtae

1 īponendum *r*. amoniaci *b*: ammoniaca *rB*. 2 myseos *Gel*., miseos *b*, misios *r*, mysios *B*. ex aequo contusa *rB Gel*. = ana contusa *b*. 3 rasura cucurbitae trita faciet (facit *Gel*.) *B Gel*.: rasure (*sed ante corr.*—ra) cucurbitę trite (sicce *b*) faciunt (fac̄ *b*, *sed* facient *corr. r*). 5 De paronychiis *Gel*.: De paraniciis (vel ungulis *add. r*) *rB*, De panariciis et unguibus ruptis et scabiosis *b* (De penariis *in ind. b*). 6 Paranicia (*r*) *B*, Panarazia (*sic*) *b* (—ricia *c*). 7 frigidiore *B*: —ri *br Gel*. erit *b*: erunt *rB Gel*. 8 cum (aqua) *rB Gel*.: ex *b*. erunt *r*: erit *B*, est *b*, sunt *Gel*. 9 etiam *rBb*: etiam et *Gel*. sic aurip.—exiliet *rb Gel*. (*sc.* unguis): *om. B* (*cf. infra p. 95, 5*). 10 qui *b Gel*.: q̃ *r*. nisi *rGel*.: n̄ *b i. e.* n̄ *ubi mox lineola oblique apposita deletur* l (*sc. corrigitur in* i). p̄curaverit *r*. 12 collegerit *rGel*.: colligent *B* (si sanies collecta fuerit *b*). punges (—gis *rB Gel*.): punges *b*. 14 super *rBb*: *om. Gel*. impones *b*, —nis *rB Gel*. murtę *r*, mirtę *b*: myrti *B Gel*. c. m. trita īpone *b*. 15 sic (ol.) *rb Gel*.: et sic (ol.) *B*. 16 cadmiae *B*, casmię *r*: cedriae *b Gel*. sic *rb Gel*.: sic etiam (t.) *B*. 18 quassaverint *b et* (*quia vitio solo typogr. legi videtur* passaverint) *Gel*.: quassi fuerint *B*. 19 mirte *r*, mirtę *b*: my(i)rti *B Gel*.

viridibus vel mali granati tunsis cataplasmandi sunt. quibus sane hi aliquo forte ictu nigrescant, farina tritici cum pice soluta admixta curantur. et sulphur vivum hoc cum porcinis adipibus tunsum et commixtum praestat. et ne etiam ipsi ungues exiliant, lini seminis pulvis, similiter etiam nasturcii cum melle mixtus imponitur. et cera sola liquefacta superimposita ita medebitur. sed his omnibus adhibitis diutius perseverandum est. calefacti etenim perseverantia adiutorii ungues melius gubernantur.

scabiosos veluti elefantiosus si quis forte ungues 91
habuerit, vini faex sicca trita cum cerotario imposita curat. et ficus sicca purgata et tunsa superimposita aeque medetur, et lapathi agrestis radix in aceto cocta et contrita. et sulphur vivum cum sandaraca ex aequo tritum et aspersum continuo curat. et nuclei pini purgati et triti im-

1 sunt *rb Gel*.: erunt *B*. 2 sane his aliquo forte ictu *r*: sane forte a. i. *Gel*. (sane al. ictu *b*), sane forte aliqua loca *B*. nigrescant *b*: —cunt *rB Gel*. 3 soluta *b Gel*.: sola *rB* (*cf. ad 1, 87*). admixta *B*, amixta *r*: mixta *b Gel*. et sulfur vivum (*hic lacuna!*) similiter, et nasturcium cum melle mixtum imponitur *Gel*. *lacunam explent r* (*bB*, *ubi sic* Et s. v. hoc cum porcino adipe tunsum et commixtum praestat ne ipsi ungues exiliant. Et lini seminis pulvis. Simul etiam et asturacus (*sic!*) cum melle commixtus imponitur *B*, Sulfur vivum adipibus porcinis mixtum et tritum idem facit. Si etiam ungues exiliunt. linis seminis pulvis siml etiam nasturii c. m. mixtus imponitur *b*). 7 liquefacta *B Gel*.: aliqua facta *r* (calefacta et īposita ita nedetur *b*). ita *rb*: *om. Gel. et* (*cum seq.* medebitur) *B*. 8 etenim *rB*, enim *Gel*. (autem *b*). 9 p. et adiutorii *r* (perseverantibus adiutoriis *b*). u. m. g.: m. g. ungues *r*. 10 et veluti elefantiosus scabiosos si q. f. u. h. *Gel*., Scabiosos veluti elefanciosos si q. f. u. h. *B*, Si quis forte veluti elefantiosus u. h. *b*. *haec om. r*, *qui huic loco infert* (*quae infra rectius addit b*): et adipes leonis cum titimallo et cantarides et mirra trita commixti impositi ungues mutat. post quorum casum ut meliores [si quos forte . . . 11 sicca: siccata sicca *r*. et (trita) *b Gel*.: *om. rB*. 12 sicca *bB*: sicca curat *add. Gel*. (*acc.* siccas *etc. habet r*). aeque *rB Gel*.: *om. b*. 13 lapati *Gel*.: —tii *rB*, —cii *b*. 15 et nuclei pini p. et tr. i. ungues mutant. post quorum casum—(*p. 96, 4*) imponuntur *Gel*.: *om. B*. *eadem habet* (*sed aucta*) *etiam b*: N. pini purgati.

positi ungues ⟨curant. et adipes leonis cum tithymalo et cantharide et murra trita commixti impositi ungues⟩ mutant. post quorum casum ut meliores exeant, adipes hircorum cum lacte asinae triti imponuntur. interea sub his omnibus adiutoriis ungues ipsi primo ex pice liquefacta ungui debebunt, qua et superiora medicamenta, ut fasciola, muniri et gubernari oportet.

XXXV. De pruritu vel scabie totius corporis.

92 Si iuvenibus hoc bene valentibus obvenerit, flebotomo prius sub gemina detractione subveniendum est. item ventris purgationes frequenter insequenti adhibendae erunt. cibis sane sorbilibus et dulcibus nutriendi sunt. lavacris frequentibus uti conveniet, in quibus turis masculi, sulphuris vivi, nitri pulvere aspergendi erunt.

triti et impositi b ÷ adipes leonis titimallo. et cantaridas (*cf. Plin. 30, 111*) et mirtu triti cōmixto. et īpositi. unges. iuvat et mutat. Post quorum *etc.* (*ut Gel.*). *contra sic r* (*cf. ad p. 95, 10*) et nuclei pineę purgati et triti impositi curant. sub omnibus adiutoriis *etc. quae seq. v. 4—7.*
4 et (interea) *add. Gel.* 5 ipsi *bB*: *om. Gel.* ex *rB*: *om. b Gel.* 6 debebunt *r Gel.*: debeant (—bant) *b*, debent *B*. qua *Gel.*: quo *b*, quos *rB*. et *b Gel.*: *om. B*. ut: et *rb Gel. B.* 7 muniri et gubernari (*sc.* debebunt) *Gel.*: munire et gubernare debebunt *rB*, munire et gubernare oportet *b* (*ut etiam corr. Neu.*). *iam aliena adduntur in b* (*per versus 6*): in calida quantum potes ferre ... Adipem caprinum solum. vel cum sandaraca mixtum et impositum ungues ruptos i. scabiosos sanare certum est (*unde rubr.*). *nunc alia multa subiunguntur in b additamenta* (*rubr. deleta, quae tamen extat in c*) *Ad podagram, deinde* (*cf. Ps. Plin. f. 69*[b] *Bas.*) *Ad noda solvenda de manibus sive pedibus.* Bitumen cum oleo...et omnia noda exsolvet. (*hic sine rubr., quae tamen servata est in c* De pruritu et scabie t. c. *cf. ind. b — sed a nova linea add. quae sunt capituli XXXV.*). 8 *titulo add. B* vel variis maculis in corpore. XXXII. (*sed hic est titulus capituli seq. quod in B male sub rubr.* de elefantiosis *et huius quasi particula prima ponitur*). 10 sub *rbB*: *om. Gel.* retractione *B*. 11 ventri *r*. insequenti (—di *r*) *rB*: *om. b Gel.*). 12 sane *r Gel.*: plane *B* (*om. b*). et dulcibus *rb Gel.*: *om. B*. 13 conveniet *B Gel.*: —nit *br*. masculi *om. Gel.* 14 pulvere *rBb*: —res *Gel.*

si hoc adhibito adiutorio aut pruritus aut scabies perseveraverint, lapathi agrestis radix trita et cum aceto commixta in balneis similiter adhibenda est. sic alumen umectum cum melle commixtum, quo linimento frequenter etiam in sole adhibito liberati sunt. his frequenter etiam frigida lavacra profuerunt. postea oleo roseo vel lentiscino aut murteo admixto vino se utilius perfuderunt.

scabias vero si vulneratas habuerint, myrobalanum et sulphur vivum ex aequo contusum cerotario ex oleo murteo liquidiori commisceo, ut levi unguento eorum in balneis vulnera pertractentur. his sane calidum lavacrum aquarum dulcium procurandum est, in quo supradicta linimenta adhibenda sunt. nam et turis masculi et puleii ex aequo pulvis ibidem in balneis commode adhibetur, commodius si etiam cum vino et oleo misceatur. sic nitrum cum vino, sic ptisanae sucus, qui frequenter etiam cum aceto mixtus plus profuit. 93

1 hoc *etc. B Gel.* (hoc adh. beneficio *r*): his adhibitis adiutoriis *b*. 2 perseveraverint *rb Gel.*: —rit *B* (*ubi add. b*: hec linimenta in sequenti uteris. que sup semper plus prodesse cognovimus. Lapacii *etc.*). et *rB*: *om. b Gel.* 3 balneis *rb Gel.*: —neo *B*. alumen umectum *r* (hum. *b Gel.*): lum̄ umetum *B*. 4 quo—(5)sunt *om. b*. 5 in sole *B Gel.*: in solo *r*. 6 profuerunt *rB*: —re *Gel.* et (postea) *add. B*. 7 my(i *B*)rteo *B Gel.*: mirtino *rb*. vino se *rB Gel.*: ut mos ÷ (utilius perunxerunt *quasi qui male legisset* ủmosé) *b*. perfuderunt *B Gel.*: profuerunt (*iterum*) *r*. 8 scabias *r*: scabies *Bb Gel. cf. 1, 56.* vulneratas *rb*: vulnera *B*, ulceratas *Gel.* 9 contusum *b Gel.*: tunsum *B*. myrteo *B Gel.*: mirtino *rb*. 11 vulnera *rbB*: ulcera *Gel.* 12 S̄S̄ *b*. 13 pulei *r*, puleii *B*: pulegii *b Gel.* 14 ibidem *rB Gel.*: *om. b*. commode *rb Gel.*: commodissime *B*. commodius *rB*: *om. Gel.* (*sed cf. b*: Melius operatur si cum vino et oleo roseo misceatur). 15 et oleo misceatur *r Gel.* (*b*): *om. B*. 16 sic ptisanę (tysanę *b*) *b Gel.*: et typsane *r*, sic capitis (*!*) *B* (*qui bis habet sic*: Commodius si etiam cum vino. capitis sucus. sic nitrum cum vino. sic capitis succus qui . . .) *unde* Capnitis, —tidis *Neu!* 17 *post* profuit (*b*, profuerint *r*, plus profuit *B Gel.*) *multa etiam add. b*: Nam et axungię veteris *etc.* (*per versus 24*). *sequitur continuo novum sub hac rubrica capitulum:* Verrucarum genera sic

XXXVI. De maculis in corpore nascentibus.

94 Sunt quibus certis ex accidentibus maculae eorum in corporibus frequentius inhaeserunt. sunt enim nigrae, sunt albae veluti elefantiam aliquando annuntiantes. quibus hoc modo medendum erit.

murtae foliis viridibus in unciis duabus, nitro et alumine in singulis contritis in balneis fricandi erunt. aliud. sulphuris, nitri, aristolochiae pulvis ex aequo contritorum in balneis adhibendus est. sic et gutta ammoniaci trita cum oleo profuit. sic fici folia cum sulphure vivo et aceto medentur. nam et sub sole de hac confectione curantur. et cyminum cum aceto tritum saepe sic profuit, quinque diebus superaddendo linimenta non delavatis prioribus. sic cimolia cum nitro et bacae lauri cum aceto commiscentur. et similiter ut priora medentur.

curabis et clavum. Murinus sanguis illitus verrucas tollit... (*per versus 16. sequitur cap. XXXVI*).

1 *rubr.* De maculis *etc. r b Gel.*: De elefantiosis XXXIII *B* (*cui unum et idem cap. est c. 36/37*). 2 certis ex (et *r*) acc. *rB Gel.*: ex antecedentibus causis (eorum corporibus macule inherescunt) *b*. eorum: *sic r b Gel. B.* in (corp.) *add. r B.* 4 albe. aliquocies. et veluti el. ann. *b.* elefantiam: *sic r b Gel. B* (*cf. Scribon. 250*). 6 myrti folia viridis (foliis viridibus *B*) in unciis duabus, nitrum et alumen (nitri et aluminis *B*) in singulis, contritis, in balneis fricandi (—da *Gel.*) erunt *B Gel.*: Mirte folia viridia (÷ II. *r*) II. ÷. Nitri Aluminis scissi (nitrū et alum̄ *r*). ana ÷ I. contritū (—tis *r*) in balneo (—is *r*) fricandum (fric̄đ) erit. (fecundę erunt *r*) *r b. vides modo signa pond. med. modo specierum vocabula compendio scripta varie a librariis exposita. quomodo ipse revera auctor scripserit, dictu difficile.* 8 aliud—(9) est *r B Gel.*: *om. b.* contritorum: contritus *r B Gel.* 9 et *b*, etiam *r*: *om. B Gel.* ammoniaca *B.* 10 et cum *B Gel.*, et *r*: et acro *b.* 11 contrita (m.) *add. b.* sub sole *r B Gel.*: ad solem *b.* de (hac): *sic r b Gel. B.* confectione *r B Gel.*: confricatione *b.* 13 et (quinque) *add. B.* 14 delavatis (delabatis *r*) *r B Gel.*: lavatis *b.* cimolie nitrū *r*, cymolia cum nitro *b*, cimolia nitro *Gel.*: cymolia nitrum *B.* bacae *B*, bacas *r*: baca *b Gel.* 15 cum (aceto) *r B Gel.*: *om. b.* commiscentur (—untur *r*) *rB*: commixta *b Gel.* et (similiter) *rB*, et etiam *Gel.*: *om. b.* et s. priori medicamenta medentur *r*.

aliud. faeni graeci pulvis, afronitrum in unciis binis, et alcyonium et cyminum in unciis singulis similiter cum aceto adhibenda sunt. et ex betarum foliis coctis et tritis cataplasma imponendum est. et piper cum murtae foliis viridibus tritum et sub sole in balneis adhibitum utrasque maculas permundabit.

saepe his perseverantibus maculis ad elefantiae vitium frequentius declinatum est, cui pro tempore nunc ordinabo remedia.

XXXVII. De elefantiosis.

Per initia huius passionis cum se necdum plene 95 vitium publicaverit, flebotomandi sunt et purgandi frequentius. faciem vero in qua huius vitii plus exhorret imago, myrobalani cum aceto et oleo roseo vel murteo linimento fricare conveniet. aquis naturalibus frequenter utantur et marinis lavacris. continentia sane vini his quam maxime

1 aliud *B Gel.*: item *r*, *om. b.* afronitri in unciis binis *B*, afronitri II. ÷ *b*, afronita in ÷ II. *r*, aphronitra in unciis binis *Gel.* 2 contritum (cum ac.) *add. b.* 3 adhibenda sunt *Gel.*: adhibendum est (erit *B*) *r b B.* et ex *rB*: et *Gel.* (*om. b*). 4 his (impon.) *add. B.* mirte *r b* (myrti *Gel.*): mirteis *B.* 5 et (sub) *r B* (*cf. b*: tritis sub sole viridibus aut in b. adhibitum): *om. Gel.* 8 pro tempore *r Gel.* (*i. e. ita ut tempore serventur, ut ait Cael. chr. 4, 8*): per tempora *B*, *om. b qui post* declinatum est *continuo sic pergit*: Sed et hec adiutoria ma[s]culis supra scriptis propensius semper ordinabo (*!*). Porri folia trita et imposita. var[i]os emendat . . . (*—per versus 9*). 10 De elefantiosis *rubr. r Gel.* (*et supra ad c. 36 B*): De elefanciacis *b* (ca. de lepra *dicit Simon Jan. s.* oros). 11 cum se necdum plene vitium puplicaverit *r*: cum sanandū plene vicium supplicaverint *B* (*!*), si necdum plene v. publicatur *Gel.*, quibus se necdum vicium plene puplicaverit *b.* 12 sunt *r b Gel.*: erunt *B.* 9 et catartico freq. dep. s. *b. ad rem. cf. Gal. XI, 345.* 13 exhorret *r B*, exorruit *b*: exhorretur *Gel.* 14 myrobalani *ego cf. Cael. chr. 4, 2. 5*): —no *r B Gel.* (*b*). myrteo *B Gel.*, mirto *r*: mirtino *b.* linimento *r b Gel.*: lini semente *B.* 15 fricare *r B Gel.*: —ri *b.* 16 marini lavacri *B.* vini *r b*: viciis *B Gel.* (*ubi sic b* Continentia vini quam maxime. Cibis dig. *etc.*).

plurimum prodest. cibis digestibilibus et dulcioribus nutriantur. unde lactis hi frequenter iuvantur acceptione, quam maxime si aquam eius accipiant, quam medici oron appellant. nam et sucus nepetae herbae frequentissime hoc vitium relevavit. et haec eadem herba par beneficium praestitit saepe cibo data. et coagulum nebri, quem nos cervum lactantem dicimus, cum oxymeli ieiuno datum vel temperatum saepe profuit.

96 si his adhibitis morbus ille accrescens profecto fuerit publicatus, tunc neque flebotomo neque catharticis iam uti conveniet. fieri autem non potest ut ille umor corruptus insanians, qui omne corpus visu horrido funestarit, his adiutoriis purgationum adhibitis ad interiorem originem identidem revocatus ventris vel sanguinis geminatis effusionibus arceatur. sed vomant frequentius et lactis beneficio per cibos et potiones enutriantur et indulcentur.

locis vero contaminatione vulneratis omnia styptica

1 dulcioribus (dulcibus *b*) nutria(u *b*)ntur *r Gel.* (*b*): dulcioribus frequenter iuvantur *B*. 2 unde lactis his f. a. iuvantur *r*: lactis f. utantur acceptione *b Gel.*, lactis acceptione (quam m. si *etc.*) *B*. 3 aquam eius *rb Gel.*: aquae | ius *B*. quam medici oron (orron *Gel.*, coroon *b*, id est serum *add. Gel.*) appellant *rb Gel.*: quod greci oron appellant *B*. 4 nepitę *rB* (*Gel.*): neptę *b* (*qui om.* herbe). 5 et haec eadem *B Gel.*: et hec enim *r*, et eadem *b*. par *rbB*: frequentissime (*iterum*) *Gel.* 6 et (coag.) *rB*: *om. b Gel.* nebri—dicimus (*sic*) *b Gel. B* (*nisi quod* lactentem *B*): cervi quem nos cervum lactē (*sic*) d. *r*. 9 his *rb*: hisdem *Gel.*, isdem *B*. (adhibitis) adiutoriis *add. b*. morbus *rb Gel.*: morsibus *B* (!). ad(c)crescens *rb Gel.*: adherescens *B*. 10 nec (catharticis) *B*. iam *r*: *om. Bb Gel.* 11 autem: *sic rb Gel. B* (enim *corr. Neu.*). 11—15: *idem contra Themisonem arguit Soranus ap. Cael. chr. 4, 7.* ut ille humor *rb Gel.*: utile. Etenī humor *B*. 12 insanians: insaniens *rB*, in sanies (*corr.*) *Gel.* (*om. b*). funestarit *r*: funestaret *Gel.*, —rat *B*, —vit *b*. 13 adiutoriis p. adhibitis *om. r*. identidem *rB Gel.*: *om. b*. ventris (venosis *B*) vel sanguinis gem. eff. *B Gel.*: *om. b*. 15 et lactis *rB Gel*: lactisque *b*. 16 et potionis *r*: vel per potiones *b Gel.*, per potiones *B*. indulcantur *rb Gel.*: inducantur *B*. 17 vulneratis *rbB*: ulceratis *Gel.*

adhibenda sunt, quibus illa caro corrupta et effeminata valeat durari vel stringi. his frequenter xeros trociscus profuit, qui conficitur ex sinopide alumine scisso aerugine et cummi sub aequa ponderatione cum aceto dispositis.

omnia linimenta vel fricamenta quae pruritui in superioribus, nec non etiam scabiei convenientia significavimus, etiam his apta esse et utilia asseveramus. aliqui vero etiam vipereas carnes in cibos ministraverunt. quaternos digitos in mensura tam a capite quam ex cauda praecidentes, oleo et sale conditas ⟨in modum anguillarum edendas apposuerunt⟩. et profecerunt. ⟨addes de graeco quam plurima.⟩

2 durari vel stringi *rB Gel.*: perdurare (*sic*) vel constringi *b*. 2 xeros (*cf. Diosc. 5, 111 cap. de sinopide*): círos *B* (cirros *Gel.*), cyiros *b*, chyrros *r*. 3 conficiuntur *r* (*solus*). scisso alumine et gummi *Gel.*, alumine scisso. erugine. et gummi (gumme *b*) *rb*: al. scisso ęrugine et cymino *B*. 4 cum *rb Gel.*: in *B*. dispositis *Gel.*: —tus *rB*, disponitur *b*, *qui pergit haec inserens* Sic et diacitnen (diechidnon) tyriace quę ex tu(*l.* vi)peris essr (*sic pro* efficitur) cuius confessionem (*l.* confectionem) in subsequenti non taceam (!). *cf. in extr. cap.* 5 omnia *Gel*: omnia etiam *B* (omnia his *b*). quae—significavimus *rB Gel.* (*sed* pruritu *et* scabię *r*): quę pruritu vel scabię nec non etiam et maculis s. *b*. 7 esse et *r Gel.*: seu *B*, aliqui: *cf. Galen. XII, 312 sqq.* 8 vipereas carnes *rb Gel.*: super eos carnes *B*. in cibos *r* (inter cibos *Gel.*): intēeas = intereas *B* (!). ministraverunt (—re *Gel.*) *rB Gel.*: edendas optulerunt *b*. 9 sale *r*: salibus *B Gel.* ex *r Gel.*: et a (cauda) *B*. 10 conditas in modum ... opposuerunt (*sic*) *r solus*: conditas. et profecerunt *Gel.*, condimento profuerunt *B*. *extrema haec sic habet b*: Que quaternis digitis mensuratas. tam capite. quam candā precidentes media vero exenterata aqua multa de lota oleo et sale. et aneto addita post coctionem dederunt. et remedium sunt adepti. 11 *in uno codice B hoc cap. terminatur hac clausula* Addis de greco quam plurima. *quae ant sensu carent aut graecum ipsius auctoris exemplar spectant, sicut infra l. II c. 9* (*om. rb Gel.*).

XXXVIII. De luxationibus vel eiectionibus articulorum quas medici exarthresis appellant.

97 Per initia ut moris est, primo locis exclusa revocanda sunt. item embroce uti necesse est ex ervaceis pollinibus vel certe cineribus oleo sapa et ovis commixtis. cum lanis mollibus infusis sucidis loca munienda sunt et pro locorum natura fasciolis continenda et constringenda. si sub hoc adiutorio loca naturaliter custodita quieverint, isdem usque ad perfectam sanitatem imminendum nobis erit. si vero locis avulsa aliqua adversitate locis propriis minime potuerint revocari, tunc adiutoriis catholicis doloribus crescentibus subveniendum erit, ut est flebotomus vel catharticum et cataplasmata paregorica. quibus perseverantibus si doloris declinaverit inquietudo, fomentis lavacris cerotariis vel certe emplastris chalasticis imminendum est. postea vero malagmatibus perse-

1 *tit.* De lux. (*nihil ultra*) *B*, *cet. add. rb Gel.* (vel deiectionibus *r*, vel eiectionibus *c et ind. rbc*, vel iectionibus *b* — exarterisis appellant *r*, parexartreseis appellant *Gel.*, peri exantipes dicunt et fractura *b*, peri exantrexis appellant et fractam *c*). 3 ut moris est *rbB*: *om. Gel.* locis exclusa *r Gel.*, locis ex | claro *B*: ę locis suis exclusa *b*. revocanda *rb Gel.*: —dę *B*. 4 embroce *r*, imbrocis *B*: embroche molliori (?) *Gel.*, embroce simpliciori *b*. ervaceis p. *Gel.*: herba c (*sic*) p. *r*, hérbacis (*sic*) p. *B*, herbis (ħbis) p. *b*. 5 cineribus *rB Gel.*: cinere (... cōmixtā) *b*. cum *r*: quo *b Gel.*, quae *B*. 6 suc(c)idis *r Gel.* (*b*): sucis *B*. et—continenda *B Gel.*: *om. rb*. 7 confringenda *B*. 8 custodita *rbB*: custodienda (*corr.*) *Gel.* 9 hisdem *r*, isdem *B*: cerotario ex oleo dulci *b Gel.* 10 si (sin *r*) vero locis avulsa *rB Gel.*: sin vero avulsa *b*. 13 cataplasmata paregorica *r*: cataplasmata (cataplasma *b*) paragorica *bB*. 14 doloris (dolorum *B*) declinaverit inquietudo *rB*: doloris declinet inquietudo *b*, dolores declinaverint, quietudo (*corr.*) *Gel.* 15 fomentis lavacris *rb Gel.*: fomento lavacri *B*. 16 imminendum est *rbB*: —da est *Gel.* *hic addunt b Gel.* ut est diaquilon (diachylon *Gel.*) aut calasticum (*quale, omittitur*).

verandum est, quibus curata loca possint in perpetuum solidari.

1 quibus *etc. om. b*, *qui aliena addit* fimum porcinum seu vitulinum impositum sanat ... (*eadem scil. repetens quae iam supra attulit cap.* XLII De talorum dolore. *nova deinde multa variaque materiam augendo addunt bc, quae rubricas habent has:* Ex alto lapsis quibus membra collisa sunt (*v. 3*) — Ad fractum sive luxum (*v. 5*) — Ad fervorem vel ad morsum vel incisum vel si quid aliud provenerit ne dolorem sentiat (*v. 8*) — De percussionibus apud scorpionis (*sic*) *sc. c. 24, quod huc detrusum ultimum exhibet index capp., quo capitulo revera finitur lib. II Chisiani. iam vero quae ad plagam adduntur in extremo libro, deinde quae sequuntur additamenta varie congesta, ea vel ab auctore recensionis Berolinensis videntur aliena nec extant in Chisiano: haec ipsorum esse librariorum videntur inde a codicis pag. inf. 67 usque ad p. 71, in quibus vel Christi nomen apparet (p. 68, 6 ab inf. m.). insuper muliebria et ad partum varia,* Antidotum ad memoriam revocandam (*p. 69*) *et unguenta plurima (ad podagram praecipue et tumorem pedum), postremo quae novissima sunt, vomitus plurimi atque inprimis* constantini probatissimus. curata *r Gel.*: curanda *B*. in perpetuum *Gel.*: in perpetuo *rB*. 2 solidari *rB*: solida pati *Gel.*

Theodori Prisciani Euporiston

Liber II

Logicus.

1 Nunc secundi operis partes adgrediar, quibus prodendae discutiendaeque rationis delegavimus functionem. quae quoniam oculis comprehendi non potest, quod officium liber superior occupavit, idcirco passiones interiora possidentes in hoc volumine aut accidentibus convincentur aut prodentur indiciis. studio quippe veritatis, nec frustra, disputationes refugi, cum in utroque opere certis deprehensisque morbis remedia constitui vel curis medendo facilibus vel tuendo materiam vitiorum, quoniam in logico opere obscurisque periculis non opus est assertore sed iudice.

1 *Hic sine tit.* (*post vacuum f. 1*) *V* (*f. 2*) *praemittit indicem libri secundi* I. de febribus v. e. — XXXV. De mulieribus (*sic*) variis passionibus. *subiungit* (*rubr.*) Expl' (*quod ad indicem praemissum proprie pertinet*) Logicus Liber | Secundus | (*atr.*) Incipit prefatio secundi operis. — *in B sic* (*post* solidari) Explicit logicus liber. Incipiunt capitula libri II, *deinde* (*post eadem c.* I—XXXV) Incipit prefatio secundi operis *et* (*post* originem *textus p. 105, 13*) De febribus. I. In (*ubi in ras.* n *pro* đ) quae quam maxime . . . *in r* (*post* solidari) Theodori prisciani fenomeni lib̄. I. explic̄. Incip̄. lib̄. II. iđ. logicus. prologus. (Nunc secundis . . .), *deinde post* iudice *sine tit. seq. capitula primae partis, post quae incipit iusto initio sed sine titulo textus* (Omnes . . .). *in b* (*post add. libri I*) Incipit liber. II. oxea. Cuius hec est continentia (*seq. capp. primae partis*) Expliciunt capitula Incip̄ p̄phacio (Iam nunc secundi . . .) *et* (*post* iudice) De acutis febribus *textus cap. I* (*sim. in. c*). 6 idcirco universe p. *r*, Vn icco (i *supra*) p. *b*. 8 prodentur *r VB Gel.*: providentur *b*. 9 nec *r Gel.*: ne *VBb*. disputationis *rb*. refuci *V* (—gi *Gel.*, —gii *r*, refugiis *b*): refati *B*. in utroque opere *b r V B*: *om. Gel.* 11 tuendo *V B Gel.*: tenendo *b r*.

I. De febribus.

Omnes acutae febres vel aegritudines, de quibus nunc 2 dicere institui, aliquando passiones praeveniunt, aliquotiens consequuntur. quas certa produnt insignia, quibus morborum possit comprehendi materia. de chronicis vero secundis partibus promissi sermonis expediam.

haec est itaque sub omnium veterum auctoritate febrium definitio, quibus etiam nos adsensum libentissime commodamus. est nobis calor ingenitus, qui cum se in altioribus praecordiorum locis repentina aliqua necessitate commoverit et veluti advena tempestate loca vitalia naturaliter quieta turbaverit, vaporem acriorem procurat et ex altitudine stomachi febrium serit originem. quae quam maxime omnibus corporum incommoditatibus in omnibus aetatibus, omnibus locis vel climatibus, certa ex necessitate morbis aut imminentibus aut praeeuntibus sociantur.

febricitantibus itaque generaliter omnibus unum mag- 3 num remedium, cunctorum cautum auctoritate, praecipue servire temporibus, ut pro condicione causarum aegri omnes adiutoriis competentibus releventur, similiter etiam

1 De acutis febribus *rubr. b Gel.*: *sine tit. r V B* (*sed in ind.* De febr. vel egritudinibus *r B*, De acutis f. vel egr. *r*). *cf. infra ad v. 13.* 4 quas: quae *VBb r Gel.* (*cf. 2, 50*). produnt *VB Gel.*: p̄videntur *b*, produntur *r*. 6 promissi sermonis V^c *Gel.*: promiss⟨os⟩ sermones *in ras.* B^c, promissi sermones *ante corr. V et* (*ubi* expediunt) *r* (promisso sermone *b*). 8 diffinitio *V B r b Gel.* 9 calor: naturalis calor *solus b*. ingenitus *Gel.*: ignitus *b V B* (*om. r*). 11 loca vitalia n. *Gel.*: locavit. alia n. *r*, locaūit. n. *b*, locau(u *in* b *ips. corr. V*)it. aliqua n. *VB*. 12 quietatur baverit v. *r*, inquietatur v. *b*. acriorem ⟨et in naturalem *solus add. Gel.*⟩ et *r b Gel.*: *om. V B.* 13 serit V*B Gel.*: sumpserit *b et* (*om.* originem) *r*. originē q q (a *supra*) maxime *b*: *post* originem *titulum supra omissum sic inferunt*: De febribus I. In (Iđ = Idest *ante corr.*) quae quam maxime *B*, *medio in textu sic* De febribus inquam quae q. m. *r V* (*Gel.*). 14 omnibus—(16)sociantur: *sic VB r b Gel.* 15 ex *om. r Gel.* 18 est (*post* cautum) *add. r b Gel.* (*om. VB*). 19 pro condicione *r b Gel.*: per condicionem *VB*.

cibis congruis nutriantur. conveniens est profecto in utrisque aliquando incongrua bono tempore posse minus obficere, quam ea quae utilia iudicantur si incompetenti tempore suggerantur. docuit enim natura omnium gubernatrix in initiis omnium commotionum sub quacumque sorte causarum advenientium, cum praesentis admonitionis tempestate naturalis ille vapor turbatus recessus interiores petierit et cum exteriora articulorum frigus vel tremor quassabilis occupaverit, tunc nihil penitus a medicis temptari vel adhiberi debere. at vero imminente declinatione, transactis augmentis, cum paulatim vapor ex altitudine aspirans omnia illa exteriora membra perfuderit, tunc adiutoriis cibi et potus competentius serviemus.

4 ergo quoniam aliquando sub certis accidentibus manifesta declarantur nomina passionum, aliquando simplex febrium imago visitatur, quae ventris semper constrictionem procuret, capitis dolorem, linguae asperitatem, aliquando insomnietates cum levibus mentis erroribus. haec etenim ex eadem febrium origine, vapore naturaliter superiora appetente, praecipue capite sollicitato contingunt. quae accidentia licet etiam in ceteris passionibus cum aliis signis plurimis misceantur, tamen cum per se sola fuerint

1 est *Gel. V* : *om. B et* (*ubi* convenientes) *r* (convenienter. Est p. i. u. ut aliquando . . . *b*). profectu . . . incongruo *B*. posse—(4)tempore *om. b* (*non r*). posse minus *r V Gel.*: possem hius (*sic*) *B*. obficere *VB* (*Gel.*): suficere *r*. 3 quā aeque *B*. 5 in initiis *Gel.*, inimicis *b*: in|///iis *V*, iniciis *B*, initiū *r*. commotionum *rb Gel.*: cogitationum *VB*. 6 ammonitionis (*sic*) *VBb* (adm. *Gel.*): commotionis *r* (*Neu*). 8 tremor quassabilis *b Gel.*, tumor quassabilis *r*, timor quassauelis *V*, tumor quassaverit vel *B*. 10 debere *VB Gel.*: debebit *b*, debet *r*. at *rb Gel.*: hac *VB*. 12 iam (*post* adiut.) *add. r*. 13 ciui et potui *r*: ut potui *V* (ut pote *Gel.*), potius *B* (*om. b*). competentius *r V Gel*: —tibus *b B*. 14 quoniam *r VB Gel.*: cum *b*. 16 tantummodo (*post* imago) *add. b Gel.* semper *VB Gel.*: frequenter *rb*. 17 procuret *rb Gel.*: percuret *VB*. 20 capite sollicitato *r V Gel.* (capitę sollicitudo *b*): capiti sollicitata *B*. 22 plurimisciantur *V*. cum *om. solus V*.

his febribus sociata, febrium magis simplicium et infiguratarum speciem designare noscuntur.

ergo cum simplicium febrium causa constiterit, per 5
initia commotionum cum adhuc articulos possidet frigus, manibus calidis vel vaporibus ceteris omnia membra calefacta contineo. tunc etiam somnos inhibeo nihilque aliud adhiberi permittam. cum vero ex altitudine vapor exiliens corpus omne calefecerit et emergens inflammatio inpatiens viscera universa siccaverit, tunc post clysteris simplicis beneficium etiam enemate quod ex suco lini seminis et oleo roseo vel chamaemelino temperatur in unciis tribus, illis igneis ardoribus succurrendum est. at vero quinta transacta die et primis iam temporibus aegritudinis refrenatis, cum sub quadam maturitate qualitas causae humanior apparuerit, tunc post augmenta commotionis praesentis pannis duplicibus vel triplicibus infusis oleo roseo et calido media eorum infundenda sunt et iuvanda, vel certe ex lini semine et hordei pollinibus cum aqua et oleo, ut moris est, adhibendum est cataplasma [ex quo praecordiorum loca iuvanda sunt], ex quo aut ignis illius comminationes temperemus aut sudorem oportuno tempore procuremus.

monitum te interea volo profecto ex urinarum in- 6

1 febrium: febribus (*iterum*) *VB*. 5 ceteris: *cf. infra s. 17. 21 etc.* omnia *rb Gel.*: omnibus *VB*. 7 adhiberi *rb Gel.*: in(h *B*)iberi *VB*. 10 henemate *V*, enémate *B* (*Gel.*), enematę *b*, enigmate *r*. 11 came(i *B*)melo *VB* (camemillo *r*, camomillo *b*, chamaemeli *Gel.*). in *r VB Gel.*: *om. b*. tribus (*sic*) *VBrb Gel.* (*scil.* ternis). 13 temporibus (*sic*) *VBrb Gel.* 16 pannis—certe ex *b Gel.* (*ubi sic b*: tunc (*iterum*) p. d. v. t. oleo roseo infusis. calida media eorum i. s. et i. vel certe lini s. et ordei p. cum oleo et aqua *etc.*): *om. rVB*. 18 ut moris est adhibendum ex equo. precordiorum loca iuvanda sunt ut *b* (ut moris est adhibendum est cataplasma ex quo aut *Gel.*): ut moris est. Praecordiorum loca iuvanda sunt. Ex quo aut (ut *r*) *VBr*. *ubi* ex quo p. l. i. s. *uncis inclusi* (*quae delevit Gel.*). 20 ignis illius commocionem *b*, ignem illius commotionis *r Gel.*, ignem illius comminationis *VB* (—nes *ante ips. corr. V*). 23 profecto: *sic VBrb Gel.*

spectione supradictae aegritudinis maturitatem sic considerare debere. advertendum est itaque ex urinis naturalibus et consuetis, quantum in contrariam partem natura deviaverit, ut ex hoc quid aut praesens status aut futurus aegritudinis exitus allaturus sit instruaris. est autem urina naturaliter quae corporis quietem et sanitatem manifestet, rubra mediocriter, subpinguis et tactu calida, habens naturaliter nebulas summa quam maxime appetentes. quantitatem vero ex accepto nos potu advertere conveniet. haec itaque cum inspexeris, de maturitate aegritudinis bene confidens adiutoriis competentibus visitabis.

7 superveniente igitur declinatione temporalis commotionis et iam prioribus adiutoriis procurata, tunc et linguae curationi et ceteris quae cibos praeire consuerunt serviendum erit. aliquando etiam lexipyreta tempore cataplasmatis adhibita quam maxime profuerunt, quae infundere et nutrire qua infrigidare corpora ardentia videantur. quae conficere hoc modo consuevimus. spumae argenti uncias III,

1 considerare (*sic*) *VBb Gel.*: —ri *r*. 4 quod *Vbr*. aut adpraesens *VB*. 5 sit *Neu.*: est *VBrb Gel.* 6 quietem et s. *rb Gel.*, qui &emit s. *V*: qui emittit s. *B*. manifestet *rgb Gel.*: manifesta et *V*, manifestat *B*. 8 nebulas: —ā *r*. in aquam maxime appete(a *V*)ns *VB* (appetente *Gel.*), in aqua m. apetenti *g* (*hic deficit Vindob.*), inqua maxime (in$\overset{a}{q}$ $\overset{e}{m}$) appetentes *b*, una quā maxime appetentes *r*. *cf. s. 4* (*vid. e. g. Galen. IX, 596. 605 Lips.*). 9 ex accepto nos conveniet *VB* (*g*), ex accepto nos poto advertere c. *r*, ex accepto potu adhibere nos c. *b Gel.* (*qui lacunam diverso loco explent*). *cf. Ps. Gal. de ur. XIX, 596* πλῆθος δὲ πρὸς λόγον τοῦ πινομένου. 11 visitabis *VBg* (bene instabis *b*, imminebis *r Gel.*). 12 temporalis commotionis (—nes *ante corr. V*) *rVGel.* (temperabis commociones *b*): temporales comminutiones (*sic*) *B*. 13 procurata *VGel.*: —to *B* (—tis *b*, —tur *r*). 14 cibos (—us *B*, cib̄ *r*, cibū *g*, *ubi* culus *Vindob.*) p̄ire *rVBgGel.* (*ubi* et ceterios cibos quos p̄ire *b*). consuerunt (—sueverunt *b*) *r Gel. g*: consuerit *V*, —vit *B*. 15 lexipyreta *V*: lixoperita *Bb*, lexiopyrota *r*. tempore: *sic rVBb* (*cf. mox* in vicem c.). cataplasmat≡e *V*, —tis *Bbr*. 17 nutrire quam infrigdare (*sic*) *rVB Gel.* ($\overset{a}{q}$ frigdare *b*), *ubi* magis quam *Neu.*, *ego* quâ. 18 uncias (*mox* unc̄) *V*: ÷ *rB* (*b*).

mellis unc̄ III, suci lini seminis unc̄ VIII, cerae unc̄ III, olei rosei vel chamaemelini libras II. conficies ut moris est, et uteris in vicem cataplasmatis, commotiones competenti tempore iuvaturus. his igitur adhibitis simplices has aegritudines sic visitare consuevimus usque in plenam declinationem, quo etiam lavacris adhibitis et reparare sanitatem et reparatam custodire possimus.

igitur quoniam huius aegritudinis species, quae solis 8
febribus cum propriis accidentibus designatur, hac pagina compendiose composui, insequenti ordine acutas omnes passiones propriis cum nominibus et accidentibus designabo. sumimus itaque initium de freniticis febrium acutarum necessitate fluctuantibus adiungentes adiutoria competentia.

II. De freniticis.

Freniticorum causam certa accidentia manifeste de- 9
signant. sunt enim acutae febres cum terribili mentis alienatione, sunt iuges insomnietates ex meningae tensione vel indignatione venientes, et quod speciale accidens his tantummodo manifestum est, de parietibus aut straminibus veluti paleas vel floccos intentius legunt.

1 suci *B* (succi *b*): suco (sucu *ante ips. corr.*) *V* (sucus *r*). cera *V* (*r*). 2 oleo roseo *V*. chamaemelini: camile *V*, camimuli *B* (camomili *gr*, —milli *b*) (*cf. Gal XII, 507*). libras (liberas *Vb*) II. *VB* (lib̄ *r*): sextaria II. *g*. conficis *VBrg* (—ies *Gel.*). 3 in vicem *VB Gel.*: ad invicem *r*, in modum *b*. commotionis *V* (*r*). 4 simplicis *V*. 5 aegritudinis *V*. 6 declinationem *b Gel.* (*g*): visitationem *VBr*. adhibitis diligenter et r. s. et r. cum diligentia cust. *g*. 9 designatur *Vrb Gel.*: designantur *B*. 10 composui *rVB Gel.*: exposui *b*. insequenti (*sc.* pagina). 11 cum nominibus et a. *rV Gel.*: cum omnibus et cum a. *B* (pr. nominibus cum omnibus a. *b*). 12 freniticis *V*: —neticis *reliqui*. 15 Freneticorum *hic etiam V*. causa *r et* (*ante corr.*) *V*, causas V^{c} *Gel.*, causam *Bb*. 16 febris *V*. meningae *Gel.*: emenge *V*, miningae *B*, —ge *r*, imnigne *b*. 17 tensione *VBrb* (*cf. Cael. Aur. ox. 1, 116*): incensione *Gel.* 18 quod *V* (*bg*) *r*: quoniam (quō) *B*. 19 de parietibus aut (vel *br*) straminibus <veluti *add. r*, vel *g*> paleas *Vrb Gel.*: *om. b*. 20 vel (fl.) *VGel.*: seu *b*, aut *r*. intentius *om. Gel.* (veluti intentius *b*).

10 ante omnia, ut superius praemonuimus, commotionum temporibus serviendum est. docet natura nihil asperum, nulla penitus adiutoria admovenda, quae inportunis temporibus quam maxime adhibita nocere probata sunt. per initia itaque huiusce passionis lucidum et temperatum primo cubiculum providendum est. ciborum observanda continentia. et si supradicta accidentia quibus passio publicata est intra tertium diem apparuerint evidentia, et si nulla nos aut aetatis aut temporis ratio removerit, flebotomo subveniemus, licet ad detractionem sanguinis cunctatio raro peccaverit. cum enim sanguinis commodissimo elemento corpora laborantia etiam alia possunt invenire remedia, detracto vel amisso difficile reparantur. ventris item si constrictum fuerit officium, per clysterem simplicissimum procurabo, melicratum calido oleo tantummodo admiscens, nil asperum neque pyroticae qualitatis adiciens. certum est enim febricitantibus omnes iniectiones meningae sociari. vini vel aceti penitus in his odor fugiendus est. cibos umectos et leviores aptis temporibus ministrabo.

3 admovenda *Gel.*: admovendorum *V*, ammovendo *r*, admovenda eorum *B* (*cf. b* nihil penitus adiutorii adhibendumque . . .) 4 Per initia *B r b Gel.*: peritia *V*. 5 huiusce *V B* (huiusque *g*, *ubi om.* itaque): huiuscemodi *r*, huius *b Gel.* et *V* (*r b*): *om. B*. 7 si (sic *r*) supradicta *V b r Gel.*: supradicta *g*, si praedicta *B*. accidentia *V b Gel.* (adicienda *r*): adiutoria *B* (*g*). 9 removerit: *sic V B* (*g*) *r b Gel.* fleobothomo *V*. 10 cunctatio raro p. *r b Gel. g.*: cunctaciora p. *V*, cunctator p. *B*. sanguis *V*. 12 aliorum possint *B*. 14 idem *V r* (idam *ante corr. V*). 15 melicrato$^{\bar{v}}$ calido$^{\bar{v}}$ oleum *V*, mel(l *B*)icrato calido oleum *r B* (aque calide oleum dulce *b*). 16 pyreticae V^c *Gel.* (peritica aeq. *ante corr. V*, peritice qu. *g*), pirotice̅ *r*, pyrotice *b* (*Garip. I, 8*): diureticae *B*. 17 iniectiones ⟨febribus calefacte *add. r*⟩ *V r b g*: collectiones *B*. 18 meningae (*sic V r*, miningae *B*, iniunge *b*) sociari *i. e. communicari cf. Cael. ox. 1, 128.* 18 fugiendus *b Gel.*, ≡fugiendus *cum ras. V*: effugiendus *B* (*g*) *r*. 19 cybos umectos (cibos humectos *b Gel.*, —us *r*) et leviores (lenioris *r*) a. t. ministrabo *V g r b Gel.*: cibus humectus et lenior est adhibendus. Aptis t. *B*.

moneo attamen primis temporibus caput oleo roseo infundendum. et si his adiutoriis contemptis passio augmenta perceperit, ut extensioribus vigiliis et febribus et alienationibus adhuc molestissimis terreamur, oleo chamaemelino vel anetino calido, ubi papaver vel lactucae semina vel mentae vel hederae sucos coxeris atque miscueris, eorum capita frequentius rigabis. si vero inpatientius se iactando quassaverint, ut est omnibus vigilantibus accidens speciale, mollibus ligaturis fasciarum alligatos quiescere faciemus. minus etenim incommodi accidere poterit ex vigiliis quietis quam si inter iactationes nimias interceptis viribus fatigentur. vultus eorum ante cibos aqua calida, ubi agreste papaver aut lactucae semen et illa cetera quae significavimus decoxeris, fomententur. similiter etiam articuli eorum, lingua quoque, ex melle et oleo mixto rosaceo aut certe ex suco lini seminis irrigentur. febribus etenim perseverantibus aegri plus siccitate linguae quatiuntur. 11

lectus eorum suspendendus est et ad vicem gestationis 12
agitandus. frequenter enim ex illa lecti motione velut intentis oculis et mentibus occupatis somnos his dulcissimos procuravimus. media eorum consideratis temporibus oleo dulci calido fomentanda snnt, aliquando mixta aqua

1 moneo—temporibus *V r b Gel.* (*g*): *om. B*. oleo$^{\bar{v}}$ rose$^{\bar{v}}$ V^c. 3 perce(i *V*)perit *V r B* (perciperet *g*): ceperit *Gel.* et (al.): vel *r b* (*g*). 4 oleo camemelino (camomillo *b*, camemillo *r*) *etc. V r b* (*Gel.*): oleum camimelinū *etc. B*. 6 mentae *B Gel.*: menta (*sic*) *r V g b*. atque *b* (et *g*): *om. V B*, vel *r Gel.*. miscueris *V b*: miscebis et *B*. 7 rigabis *V B r* (*g*) *Gel.*: irrigabis *b* (*Neu.*). 8 iactando: luctando *B*. 9 mollibus: *cf. Cael. 1, 65.* 10 minus etenim *r b*, minus enim *Gel.*: Etenim (*om.* minus) *V*, ut enim *g*, Etenim plus (!) *B*. poterint V^c. 11 quietis *V r b Gel.*: quieti *B*, quietes V^c. iactationes *V r b Gel.*: luctationes *B*. 13 *post* quae *add.* oleo coqui debere *r*, superius *b*. 17 siccitate l. quatiuntur *V B Gel.*: siccitatem l. patiuntur *r b* (siccitates l. parti | ‾tiuntur *g*). 18 ad vicem *V B r Gel.*: ad invicem *b g*. 19 velut intentis *b Gel.*, veluti tentis *r*: velut mentis *V*, velut ⟨i *add. corr.*⟩ et mentis *B*. 21 procuravimus *r Gel.*: —bimus *V B* (— b = —bis *b*). 21 media: *cf. Cael. ox. 1, 66* (pubetenus h. e. inter umbilicum et pectinem).

calida ptygmatibus infundenda, similiter etiam inguina eorum proprius huic quam maxime familiariter compatientia aegritudini. frequenter etiam seminum cataplasmatibus media eorum iuvanda erunt. iuvat interea multum detonsio capillorum et si raso capite admotis cucurbitis sanguinis detractio adhibeatur. ex hoc enim adiutorio, quantum saepe probatum est, ad plenam causae perducti sunt digestionem.

haec est, amice, simplex freniticorum medicina, quae naturae beneficiis et adiutoriis ita ordinatis competenti tempore adhibitis continetur. his etenim rite custoditis facilius potest aegritudo victa subcumbere.

III. De lethargicis.

13 Lethargicis et freniticis capitis est vel meningae simile sub extensione vel constrictione periculum. utrique acutis febribus agitantur, his tamen accidentibus differunt quod

1 ptygmatibus *Gel.* (tigmatibus *rg*): perty(i *B*)gmatibus *rB*, pertipnatibus (i *supra*) *b*. inguini *B*. 2 propriis huic q. m. familiariter *r*: proprius huic (hic *g*) q. m. *VB*(*g*), huic q. m. familiariter *b Gel.* cumpatientia aegritudine *V* (cum patientia egritudinis *rg*), compatienti aegritudine *B*. 3 seminum—erunt: *sic rb Gel.V et in ras. B* (*nisi quod* eorum media *b et* haec eadem media eorum *Gel.*). 4 multum deto(u *b*)nsio (—sium *r*) *b Gel.*: multa detonsio *V*, multum detonso *B*. 5 sanguinis detractio admotis cucurbitis *Gel.*: admotis cucurbitis (—tas *ante corr*) sanguinis cum detractione *V*, amotas cucurbitas cum sanguinis detractione *g*, amotis cocurbitis s. cum detr. *r*, admotae cucurbitae sanguinis cum detractione *B* (sanguis eum detractione cucurbitę calidissime adhibeatur *b*). 6 adhibeantur *rB*. etenim *rB* (etiam *b*). 7 perducti (—ta *ante ips. corr. V*) sunt *V Gel.g* (deducti sunt *r*, perducuntur *b*): perductae sunt *B*. digestionē. ł decołone (*sic ex glossa, pro* decoctionem) *b*. 8 amice: amice karissime *b*. freni(e *rb*)ticorum *V*: nefreticorum *B*. 10 rite *rVB Gel.*: recte *bg* (*cf. infra*). 13 (p. 113, l. 6) freneticis *etiam V*. capitis—simile: *sic VB Gel. et* (*ubi* miningę similis) *rb*. 14 utrique *b Gel. et* (*Gar.*) *g* (*ubi* ıurıſq· cautis): utique *VB*. 15 agitantur *VBb Gel.*: exagitantur *g Gar.* accidentibus *rB Gel.*: accedentibus *V* (ante cedentibus *g*).

frenitici manentibus insomnietatibus et alienationibus eriguntur, lethargici vero sub simili incommoditate vigiliarum gravedine molestissima et falso veluti somno molestius deprimuntur. sunt hae differentiae sub simili sorte passionis in utrisque, ut magis plus lethargici periclitentur. nam frenitici plus gravati lethargicos faciunt, lethargici vero relevati in freniticos revocantur. una est ergo et aequalis utrisque causa vitiorum, eademque etiam visitandi diligentia esse debebit. sed freniticis quies et patientia indicenda est, lethargicis vigiliae procurandae sunt.

his igitur lethargicis fotus capitis simplex adhibendus 14 est, ut freniticis, exceptis herbis illis vel seminibus soporiferis. utrisque media praecordiorum similiter adiuvanda sunt. linguae siccitas eodem modo riganda erit, aeque ventris officium procurandum. caput quoque sic detractione sanguinis relevari debebit. uno eodemque modo vel tempore etiam ciborum qualitate nutriendi sunt. unum tamen praecipue, quod frequentibus sternutamentis pinnae interim admonitione tantummodo relevandi erunt, acutis dumtaxat adhuc febribus permanentibus.

3 gravedine *rb Gel.* [gravedine(s) molestantur *g Gar*]: gravitudine *VB*. sommo (*sic*) *V*. 2 sub similis orte *V* (= sub simili sorte *rb Gel.*, sub similis fortes *g*): sub simili ortę *B*. passiones (apassiones *ips. corr.*) *V* (=passionis *rb*): passione *B*. 5 magis plus: *sic VBrb Gel.* 7 in freneticos revocantur *r Gel.*: in freni(e *B*)ticos relevantur (*sic, errore ut videtur repetentes*) *VB* (frenetici relevantur *g*, freneticos faciunt *b*). *cf. Cael. ox. 2, 2* (deciderunt). 8 visitandi *Vrb Gel.*: —do *B* (in v. *N.*). 9 debebit *V Gel.*: —bat *rB* (—b̄t *b*, —bent *g*). freneticis *etiam V*. quies *rVB Gel.*: requies *b* (*g Gar.*). 11 adhibendus est ut freneticis *VBgb*: ut freneticis adhibendus est *r Gel.* 12 exceptis (*i. e.* sine *Gar.*) *VBg*: sed exceptis *rb Gel.* soporis ferens *V*, sapores ferentibus *in ras. B* (soporiferis *rb Gel.*). 13 utrisque *rb Gel.*: utrique *V*, quibus *B*. 14 riganda erit, aeque *Gel.*, riganderit aequae *V*, riganda riteque *B*: irriganda erit *rbg*. 17 nutriend⟨a *in ras.*⟩ sunt *V* (—di sunt *rBg*), nutrienda erunt *b* (—di erunt *Gel.*). unum . . . praecipue (precipuū *r*): praecipue unum moneo *Gar.* 18 pinnae *V Gel.*, sp⟨innae *in ras. corr.*⟩ *B* (penne *rb*, pene *g*). 19 *post* erunt *add. b*: Sic ferulę incensę fumus eorum naribus appli-

15 desistentibus vero caloribus, et illis gravationibus perseverantibus, tunc acerbis adiutoriis ptarmicorum imminere nos conveniet, in lucido sane et temperato cubiculo. articulos vero eorum unguo frequenter oleo veteri vel cucumeracio, mixto quipiam nitri aut piperis aut castorei. et uncta solidius defricabo. et si frigidi adhuc fuerint, etiam sinapis pulverem admisceo. nam aliqui etiam sanguisugas fronti eorum vel temporibus recte adhibuerunt.

perseveranti vero gravedine et sensus occupatione demersis expedit accipere in modum coclearis unius cum melicrato castorei pulverem. expedit etiam apoflegmatizare in oxymeli ysopi aut origani aut thymi aut puleii aut rutae decoctione. et si adhuc illa sub veluti depressione

candus est. Sic lucerne extincte nidor (ol- *Gar.*) faciendus est [Acutis dū taxat . . .] *quae aliis etiam additis manifesto falsis aucta habet Gar. 1, 14.* 20 dumtaxat tamen adhuc *r.* permanentibus—gravationibus *rb Gel.* (*ubi* desinentibus — desistentibus *r* — vero *add. r Gel. cf. b Gar. ubi sic* permanentibus vel caloribus et illis gravationibus perseverantibus *et g* permanentibus caloribus et illis vero gravioribus perseverantibus): *om. V B.* 2 ptharmicorum *B*, protharmicorum *V* (ptarmicorum *g*). 3 conveniet: *vetat Soranus Cael. ox. 2, 26 (contra Dioclem) 33. (Asclep.) 37—39. (Themison.) 47. (Heraclid.) 54.* cubiculo: sc. oportet iacere (*Cael. ox. 2, 26*). 4 ungeo *V*, unguo *B Gel.* (unguendos *r*, ungere *g*). *cf. 2, 33.* *post* veteri *add. b*: et oculos eorum simul oleo veteri (vel cucumeratio *etc.*). 5 quippiam *r V B b Gel.* nitro aut pipere aut castoreo *r V B b Gel.* (*ubi genitivos restitui*). 6 solidius *r V B b Gel.*: sollicitius *g Gar.* 7 sinapis *r V*: sinapi *B* (sinap̄ *b*). aliqui *V* (*b*). aliquis *r*: et aliqui *B* (alii *g Gar.*). 8 sangnissugias *V*. 9 perseveranti *V B Gel.*: —te *r b.* 10 coclearis unius *g Gel.*, cocliadis unicis (*pro* unius) *V*, coclearis unici *B*: coclearii unius *r b.* 11 apoflecmatigare *V* (apoflecmatidiare *r*, apoflegmati dare *b*). 12 in oximeli (*V*, oximelle *B b g*), in hocsimelli *r*: cum oximelle *Gar.* timia *V*. 13 illa sub veluti (illa veluti sub *b*, sub illa veluti *Gel.*): illa sub vetuli *V B* (illa sublevati *g*), illa veluti *r.* depre(ac *V*)ssione *r V B Gel.* (deterseratione *g* [*pro* et si—deponantur *sic habet Gar.* et si adhuc illi sublevati non fuerint capillis (cum) rasione depositis, sinapismus capiti adhibendus est (!), *cf. g*: et si adhuc illa sublevati deterseratione capitis deponuntur, etiam s. adh. est]: demersione (demsione = demensione, *ut supra* demsis) *b. cf. Cael. ox. 2, 8. 30 etc.*

capitis deponantur, etiam sinapismus adhibendus erit, unguenta vero ex castoreo et oleo sicyonio. iam tunc etiam odores naribus admovendi ex castoreo puleio origano thymo et baca lauri. hoc et ex cornu cervino et galbano fieri commodum approbavimus.

haec igitur gravatis lethargicis adhibenda sunt, ubi febrium acutarum intervenerit necessitas, quae nos omnia freniticorum similia adiutoria adhibere compellit.

IIII. De pleuriticis. 16

Pleuriticorum haec est certissima definitio. dolore insustentabili et perseveranti circa interiora lateris afficiuntur, febribus aeque acutis minime desistentibus, tussi molestissima et sputi varia affluentia. super quod latus iacere se tolerabilius asseverant. compresso etenim loco dolente ad saniores partes demigrans pressa materia in tempore locis languentibus moderatur.

febrium itaque temporibus servientes adiutoria et 17 cibos congruos adhibemus. cubiculum procurabo calidum et lucidum. melicratum ex initio ex despumato melle suggeram omni aegritudinis tempore ministrandum. interea si minacia nos augmenta terruerint, retractantes aegrotantis

1 deponantur *B*: deponuntur *V b Gel.* (non deponuntur *r*). 4 ex bacu(a *corr.*) *V*, et baca *B*: et bacis *r* (et bacas *g*). galbano (*r b*): —nae *V*, —ni *B* 5 commodum *r B Gel.*: com(m)odius *r b* (*g*). 7 non (*ante* intervenerit) *add. B*, *sed om. r V* (*g Gar.*) *b Gel.* 8 freniticorum *V* (*solus*). *post* compellit *add. b*: litargum sic excitas . . . 11 perseveranti *B Gel. et* (*ubi* —ci | *corr. in* - tae = te) *V*: —te rV^cb. 12 tussi *r V B Gel.* (—sim *g*): tusse *b.* 13 et sputis (sputamentis *Gel.*) variis e(a *b*)ffluentibus *b Gel.*: et sputa varia effluent *V et* (*qui praemittit* compressi) *B*, et sputa varia affluentia *r. cf. Cael. Aur. cel. II, 89.* 14 iacere se *r Gel.* (*b*): iaceris *V*, iacuerint *B.* loco dolente *b Gel.*, —tes *V*, l. dolent *r*: loci dolentis *B.* 18 adhibemus *r V b Gel.*: — beus *B.* 19 melicratom *V*: mellicratum *r B*, —to *b.* ex initio *r V B*: in inicio *b*, ex hymetio (*corr.*) *Gel. cf. v. 6* omni *etc.* 19 et d. m. *r b Gel.* 20 suggeram *V B Gel.*: dabo *r*, offeram *b.* omnia egr. tempora (tp̄r *b*) ministrabo *r b.* 21 minacia *V b Gel.* (minatia *r*): in initio *B.* retractes *V*.

aetatem temporis qualitatem provinciarum naturam, intra tertium diem flebotomo nos subvenire convenit. item ventris officium procurandum est aut balano supponendo aut clystere simpliciore. lateri vero dolenti ex oleo samsucino calido fomentum adhibeo, et eiusdem samsuci pulvere vel rutae siccae loca affatim aspergo dolentia. post vero sucidas aut sulphuratas calefactas lanas appono. variis et frequentibus ceteris vaporibus loca mitigabo, ut aliquando saccellis ex cantabro aliquando ex milio vel salibus calefactis, aliquando oleo supradicto samsucino vel rutato adiecto in vesicam, vaporemus. adhibemus etiam ventosarum suis temporibus aptissimum adiutorium. perseverantibus vero doloribus etiam cataplasmata chalastica cum melle de seminibus superaddo, detrahens speciem faeni graeci, quod, ut expertus sum, febrientibus caput semper dolore et inflatione sollicitat.

18 cibos vero usque ad aegritudinis digestionem commodis temporibus matutinis quam maxime sorbiles ministrabo et calidos. tunc enim perseverantibus febribus tempus sive adiutoriorum sive ciborum veteres fysici aptissimum asseveraverunt. semper etenim naturae certa ratione vespertinae horae crassioris aeris accessu aegros

2 nos subvenire *rb Gel.*: subvenire nos *VB.* 3 procurandum *VBrb*: provocandum *Gel.* balano *rVGel.*: balanum *B* (balamon supponend'ē *b*). 4 clistere simpliciore *rVGel.*: clisterē simpliciorē *Bb.* samsucio *V.* 5 eiusdem *r*: eius (*sic*) *VBb Gel.* 8 ceteris: *cf. supra s. 5.* ut *rVb Gel.*: et *B.* 11 in *rVB Gel.*: *om. b* (*Neu.*). vaporemus: —ramus *VBbGel.*, —rabimus *r.* 13 calastica i. penetrativa *add. b.* 14 superaddo *rb Gel.*: addo *BV.* 15 quia experti sumus *b*, quod ut expertus sum *r Gel.*: quod expertus est *V*, quod expertus es (*sed post* sollicitatur *sic detrudens*) *B.* 16 inflatione *VBb*: inflammatione *r Gel.* sollicitat: *sic VbGel.*, —tatur *B* (*ubi* capitis dolorem et inflammatione sollicitat *r*). 21 *ante* semper *haec sola add. b* Tunc enim perseverantibus febribus (*plura et plena Gel.* Tunc etenim etiam in pers. febribus ... adseveravere): *om. rVB.* 21 naturae *rB Gel.*: natura *bV.* 22 crassioris aeris accessu *b Gel.*, crassiores aeris accessū *r*: crassiores access⟨a⟩ *V*, crassioris accessu *B. cf. Cael. cel. 2, 192* miti accessu (aeris).

animos ad tristitias quasdam adducunt et veluti initia cogunt renasci commotionum. addo interea quod facilius aegritudinem refrenabis, si per dies singulos semel tantum modo cibos adhibeas.

sub hac igitur visitatione si necdum aegritudinis augmenta recesserint, diebus pluribus melicrato aut ysopum aut rutam viridem decoquam et ex hoc frequenter eos potabo. locis vero inpatienter dolentibus etiam escae ustiones impono. ita etenim frequenter ad periplemmonicorum non permittetur aeger vicina pervenire pericula.

dolentes vero latus sine febribus, et ceteris acciden- 19
tibus supradictis pleuriticorum remotis, quos iam non pleuriticos sed latus dolentes proprius appellabo, ex subiectis alia diligentia visitamus. piper vel cyminum vel castoreum aut rutam siccam terentes melicrato miscentes potui dabimus. oxyporia quoque adhibenda erunt. item acopo calido commixto opobalsamo aut gleucino aut laurino latus ipsum est perunguendum et fricandum. quibus adhibitis si necdum dolor quieverit, super illam decoctionem quam superius ordinavimus, flogmi radicem aut capparis admiscebo. dabo interea etiam antidota apta frequenter

1 initia *rVb Gel.*: vitia *B.* 2 commotionum *r Gel.*: commot(c *V*)ionem *VB*, —nes *b.* quod *r Gel.*: quo *VB*(*b*). 6 in (mellicrato) *solus add. b.* ysopu(o *V*)m aut rutam v. deco(quo *V*)quam (decoco *r*) et *VBb*, *qui post* ys. *addit* aut origanum *ut 2, 21*: hysopo aut ruta viridi decocta *Gel.* 8 escae ustiones: escas usciones *V*, escas ustionis *r*, ⟨i⟩scas (*ante corr.* escas) ustionis *B*, estas ustionis *b*, *cf.* *ἴσκαι barbarorum apud Aet. 7, 89 lat. p. 408 Lugd. cf. 2, 48. 62 et Alex. Tr.* (*Anecd. I, 118*). *Fraas synops. fl. cl. p. 320.* 10 permittetur *VB*: —titur *rb Gel.* 13 proprios *rVb i. e.* (*o et u pro more commutatis*) proprius *B* (proprie *Gel.*). 15 miscentes potui dabimus *rVB* (damus *r Gel.*): miscemus et potui damus *b.* 17 gleucino (glaucino *r*) aut laurino *rVB Gel.*: glaucino oleo *b.* 18 est p. est (*sic bis*) et *V* (est p. et *Br Gel.*, p. est et *b*). 20 flocmi *r*, flacmi *VB* (phlogmi *Gel.*): flomi *b* (*cf. qui celat in pleuritide Cael. cel. 2, 130. 132 cum Sorano contra Asclepiadem*). 21 antidocia *V* (*quorum occasione data exempla* quae a veteribus scripta probata sunt *addit b* i. trociscos dia spermaton. vel filonium. aut adrianum aut theodoriton. vel achariston. aut

pleuriticis, superaddens samsuci pulverem isdem semper adiutorium commodissimum. nam et emplastra vel malagmata his saepissime profuerunt ex rutae foliis viridibus contritis et axungia, et cetera quam plurima quae sibi quisque in tempore causae probata et utilia esse cognoverit.

V. De peripleumonicis.

20 Peripleumonicos haec accidentia manifestant. febres acutae, thoracis pondus quod etiam laterum sollicitet vicinitatem. iacere se supinos non facile patiuntur, sed magis sedendo relevari potius attestantur. infectas veluti quodam rubore genas habent. anhelitum tardum et suspirium patiuntur. tussiunt frequenter, sputa sanguinea et sordida egerunt pulmonis periculum designantia.

21 his ergo primum lucidum et calidum cubiculum providendum est. his febrium temporibus serviens adiutoria et cibos moderatius ministrabo, sucos ptisanae aut alicae mellis quippiam habentes despumati. melicratum faciendum est, sicuti etiam in pleuriticis ordinatum est, cui concoqui debet ruta viridis ysopum vel origanum, aut iris illyrica quae quam maxime perseveranti tussiculae facilius

cetera quę pleureticis prodesse cognoveris. superaddens samsuci *etc.*).

1 isdem *rB*: hisdem *V Gel.* semper *r Gel.* (*b*): super *VB.* 3 ex r. foliis viridibus contritis *b Gel.*: ex rute foliorum viridium contritorum (tritorum *r*) *rVB.* 4 et (*ante* exungia *sic rVB*) *om. B.* 5 probata et *r Gel.* (*b*): —te et *V*, —tae *B.* *post* cognoverit *multas medicamentorum compositiones addit b* (hec autem utiliter adhibebis . . . et lateri dolenti inpones. expertum est), *deinceps novam rubricam hanc* Sic sanguinem erraticum curabis. Personatię herbę radicem cum axungia . . . 9 se supinos *V Gel.*: sepius *B*, supinos *rb. cet. cf. Cael. cel. 2, 14.* 11 habent *rb Gel. V*: *om. B.* 13 egerunt *b Gel.* (*cf. Cael. cel. 2, 152. 146*): digerunt *VB*, dirigunt *r.* 14 (*post* calidum) utpote calasticum *add. VB*: *om. rb Gel.* 15 serviens *Gel.*, serviemus *r* (servientibus *b*): servens *V*, servans *B.* 16 sucis (sucos *r*) . . . habentibus *rVB Gel.* (sucū . . . habentibus *b*) *i. e.* cibos sorbiles *ut 2, 18. cf. Cael. cel. 2, 150.* 17 mellicrati *B.* 18 est (cui) *r Gel.* (est ordinatum *b*): *om. VB.* 19 aut iris illyrica *Gel.*, aut yris illirice *r* (vel yreos illirica *b*): aut llyrica *V*, aut yllirica *B.*

mederi consuevit. si vero digestio sputuum tarda et difficilis fuerit ut veluti eorum viscosa quadam pinguedine praecludantur, in modum unius coclearis ieiunos recentis butyri frequenter eos acceptione iuvamus. ventris officium assidue procurabo. thoraci eorum, hoc est pectori, adiutoria omnia pleuriticorum adhibeo tam in fomentis quam in cataplasmatibus vel ceteris vaporibus constituta. cerotaria quoque ex oleo cyprino habenti sinapis pulverem adhibenda sunt, quibus ad exteriores cutes pulmonis laborantis causa interior provocetur. nam et ventosae impositae par beneficium etiam mitigando praestiterunt. in declinatione vero huiuscemodi aegritudinis emplastris et malagmatibus amycticis uti nos convenit, cibis pro tempore aptis et humanioribus lavacris et ceteris quibus post tantam aegritudinem reparare membra lassiora et roborare facilius valeamus.

VI. De synanchicis.

Duplex est synanchicorum species, una quae cum 22
tumore nimio vel indignatione gutturis et uvae et faucium et vicinarum partium efficitur, altera sine tumore, isdem

1 sputuum (sputorum *B*) tarda *VB Gel.*: sputus tardus *rb.* 2 ut *rb*: *om. VB Gel.* 3 unius coclearis (—rii *r*) *r Gel.*: upsius cocliaris *V*, suscoclearis *B* (duorum cocleariorum *b*). ieiunus aecentis (*sic*) buteri *V*, *ubi* ieiunos *B Gel.*, ieiuniis *r*, ieiunis *b.* eos (*ante* acc.) *add. VB et* (*post* acc.) *r*: *om. b.* 5 pectori: pecca tori *V* (*item* peccatoris *V* 2, 23). 7 vel *b*: quam (*iterum*) *rVB Gel.* (*cf. Cael. cel. 2, 151*). 8 habenti (—te *Gel.*) sinapis: habentis (—ti V^c) sinapis *rVb*, habentia sinapi *B.* 9 ad exteriores cutes pulmones laborantes *r*, ad exterioris cutis pulmonis laborantis *VB* (ad interiora cutis chaos p. l. *b*). 10 latens (int.) *add. r.* 12 huiuscemodi (*sic*) *VB Gel.*: huiuscę *r*, huius *b.* 13 amicticis: *sic rVB* (*b*), amynticis (*corr.*) *Gel.* cibis (ciuis *r*) *rb*: *om. VB Gel.* 14 post *rb Gel.*: est (*ante acc.*) *V*, ex (*c. abl.*) *B.* 15 facilius valeamus *rb Gel.*: possimus *VB. adduntur quaedam in b* Nam et galbanum . . . 17 De sunancichis *V*, De sinancicis *B*, Degmanticis (*a. m.*) *r* (De sinanticis *ind. r*). 18 sinanchicorum *V*, sinancicorum *B*, sinanticorum *r* (synanticorum *b*). 20 isdem *B*: hisdem *rb Gel. V.*

tamen inhaerentibus signis vel accidentibus, quae plus periculi facere consuevit. meatus utrisque transvorandi difficilis fiet et de conclusione locorum vel suspirio, etiam nausiando, periclitantur.

23 hi hoc modo curandi erunt. cubiculum maius calidum procurandum est. clystere acriore officium ventris cogimus. et si aetas eorum adhuc calidior fuerit, flebotomo liberantur ex venis sub lingua apparentibus, eo sane tempore quo necessitas coegerit. ubi enim febrium timor defuerit, etiam post tertium diem sanguinis detractio non negatur. gargarismatio vero has causas faucium solitas frequentissime tali novimus relevari, melicrato in quo aut cantabrum coquendum est aut fici siccae aut gallae quassatae aut rosa sicca aut lenticula aut omfacium. aliqua ex his aut certe omnia ut superius contexuimus concoquenda sunt. nam et andronius trociscus omnibus medicis approbatus si cum passo vel caroeno teratur et molli pinna his locis adhibeatur, satis iuvat. sic etiam de flore rosarum et alumine scisso et difryge lapide simul combusto confectus pulvis similiter temperatus commodius adhibetur, et cetera medicamenta, ut anthera et his similia anteriorum com-

2 *post* consuevit (*sic Vb Gel.*, consuit *r*, consueverunt *B*) *add. b* hanc autem syquinancē medici appellant = *b Gel.* hanc eandem cynanchen medici appellare consueverunt. *cf. Cael. cel. 3 c. 1.* utrisque *rb Gel.*: utriusque *VB.* transvolandi *B.* 3 & exdeconclusione *V.* 6 clystere acriore *rb Gel.* (clistre acore (i *supra* c) *b*): clystere adrore (*sic*) *V*, clisteris ardore *B.* cogimus *b*, cogimur *r*: cogemus *VB Gel.* 10 gargarismatio *Gel.*, —matia *V*, —macia *B*: gargarismate *r*, —matis *b.* 11 faucium solitas *b et* (*om.* faucium) *r*: faucium (*om.* solitas) *VB Gel.* 12 t. n̄ novimus *B.* 13 fici sicci *V*, ficus sicci *r*, ficus sicce *bB.* 14 *post* omf. *add. b* aut cimas rubi tenerrimas aut mali granati cortex. 16 et *Vb Gel.*: *om. rB.* andronius *Gel.*, andronis *r*: andronicus (—cos *V*) *VBb.* medicis *rb Gel.*: meritis *VB.* approbatur *V.* 17 vel *rb Gel.*: aut *rB.* careno *codd.* pinna *V Gel.*: penna *rBb.* 19 diphrige *Gel.* (defrigido *rb*): defrargo *VB.* conbusto. Combusto (*sic bis*) *V.* 21 anteriorum *VB Gel.*: priorum auctorum *b*, antiquorum *r.* com(con— *V*)positione *rbVB*: auctoritate *Gel.*

positione probata. interea saccellis vel fotibus, cataplasmatibus aeque chalasticis et paregoricis, locis faucium periclitantibus et pectoris vicinis partibus imminebo. cibis vero, temporibus competentibus, umidis calidis et tenuioribus nutriendi sunt. acutae enim aegritudines aliter utilius gubernari non poterunt.

VII. De apoplecticis.

Apoplectici appellati sunt eo quod veluti ictu quodam 24
repentino percutiantur vel quod cum totius corporis frigidissimi desperatione et gravedine iaceant sine sensu. etiam haec equidem passio acuta est et temporalis, numquam penitus sociata cum chronicis, nimium sollicita, sine febribus tamen.

de his igitur Hippocrates noster, huius profes- 25
sionis auctor, ita sic sua sententia iudicavit. apoplecticos inquit graviter occupatos nullo pacto penitus curari posse. leviores attamen, licet difficile, liberari. huic etiam ego oboediens hos sic suadeo visitari ut eos quos sine sensu penitus iacentes inspexeris et nimium frigidos, anhelantes

1 *post* probata *add. b* Nam et ventose inter scapulas cum sanguinis detractione adhibitę par beneficium prestant. aliqui simul et in occipitio capitis iusserunt easdem ventosas esse figendas. 3 pectori *r.* imminebo *Gel.*: *bis habent rVB post* pericl. *et post* partibus (*utrumque cum intermediis plane om. b*). 4 tenuioribus *VB Gel.*: tenerioribus *r*, teñ̃ibus *b.* 6 *post* poterunt *seq. in b rubr.* Singultus si innatus fuerit. Manus eius ambas in aqua calida *etc.* (*per versus 4*). 8 veluti *VBb Gel.*: velut *r.* 9 quod cum *rb Gel.*: cum quod *VB.* frigidissimi *rVB Gel.*: rigidissima *b.* 11 temporalis *rb Gel.*: temporibus *VB.* 14 ypocrates *rVb* (*de re cf. Cassius 65 = Cael. ox. 3, 57*). noster *rbVB*: nostrae *Gel.* 15 auctor ita sic *b*: auctoritas sic *VGel.*, auctoritatē sic *et B et r.* 16 graviter (—vit *sic V*) occupatos *rbVB*: gravi ictu perculsos *Gel.* pacto *rb Gel.* (*Neu.*): facto *VB.* 18 obediens *VBrb Gel.* hos *rb Gel.*: hoc *VB.* visitari *V Gel.* (—re *b*): vegetari *B*, observari *r* (*ut corr. Neu.*). 19 inspexeris *rV*[c]*B*: inspexero *b et* (*ubi* insp. iacentes) *Gel.*, inspeximus *V* (*sed* — emus (r *supra*) *V*[c] *sic* = eris).

tantummodo, plena sub desperatione pronunties. quos vero leviores, ut dixi, et aliqua sensum proprium continentes sono narium respirantes, pinna prolixiore interiora faucium attingendo, si fieri potest cibos aut flegmata per vomitum provocantes curare debebimus. sternutamentis acrioribus eorum capita commovenda sunt. unguentis vel fricamentis acrioribus et calidis omnes eorum articulos mixto nitro et pipere infundi suadeo. extremitatem vero intestini taurino felle tangendam aut pulvere stafidis agriae, quam silvaticam uvam appellant. balanos supponimus acres et thermanticos. consueverunt etenim his adiutoriis coacti scybala vel urinas vel flegmata frequenter excludere. cognoscentibus vero et respondentibus intrepide flebotomum adhibebo, si tamen nimium senes non fuerint. sucis eos ptisanae vel alicae cum oxymeli gubernabo, aquam calidam potui dabo. cum vero transacto periculo praesenti ad paralysin, ut frequenter contingit, causa fuerit derivata, servato tempore quo de paralysi tractaturi sumus, etiam eorum ordinabo remedia.

1 sub *rVB*: eos *b Gel.* pronunt(c *rB*)ies *rVB*: —ciem *Gel.* (denuntio *b*) 2 et aliqua s. p.: et aliquo (ex aliquo *rB*ᶜ) sensum proprium *B*, et aliquo sensu proprium (—io *b*) *Vb* (et aliquem sensum proprium *Gel.*). 3 pinna *V Gel.*: penna *rBb*. prolixiore *rb Gel.*: —ri *VB*. 4 flegmata *Vb* (*Gel.*), flecmata *B*: flegma *r*. 5 provocantes curare: procurari *V*, —re *rBb* (provocare *Gel.*). *cf. Cass. l. c., Gar. 5, 2*). sunt nutamentis *V*, Sunt numentis *r* (*pro* stnutamentis *b* = stern. *B*). 8 infundi *rVb Gel.* (*sed* infunde *sic V*ᶜ): infundere *B*. extremitate *V*, —tem (tē) *Bb Gel.* 9 tancendum *r*, tangendū (—guendū *B*) *VB*, —do *b* (—dam *Gel.*). stafides (staphidis *Gel.*) agriae *V*, stafisagrię *rB* (*b*). 10 aliqui (*ante* uvam silv. *b*, *post Gel.*) *add. b Gel.* (*om. rVB*). 11 etenim *rb Gel.*: enim *VB*. 12 excludere *rVb Gel.*: extrudere *B*. 14 adhibebo *V Gel.*: —beo *rBb*. senes (—ex *r*) n. fuerint *rB*: senex n. fuerit *Vb Gel.* 15 cum oximeli *Gel.*, comixi meli *V*: cum oximelle *Bb*, cum oximellis *r*. 17 apa⟨ra *add. corr.*⟩lisen *V*, ad paralisin *rB*, ad palysin *b*. 18 derivata *VBb Gel.*: deviata *r*. quo: quod (qđ) *B*.

VIII. De hydrofobicis.

Hydrofobicorum causam aliqui ex morsu canis rabiosi 26
aliqui ex serpentum evenire asseverant. sed has origines sollicite nos scrutari superfluum est. occupatos etenim hoc morbo molesto nil iuvat originem didicisse. igitur cum initia huius manifesta fuerint passionis, emergit primo quaedam veluti inrationabilis animi desperatio repentina et frequentes iracundiae. item pigrescunt ad omnia, insomnietates vel certe somnos terribiles patiuntur. his et stomachi gravedo cum corruptela ciborum emergit, lavacrorum inconsueta vitatio. aerem serenum veluti pluviosum perhorrescunt. vitare etiam bibendi consuetudinem temptant. tum etiam quicquid liquidum et umidum horrent, solliciti ne forte vel aqua ab aliquo nominetur. at vero cum hos passio plena possederit, quantum in desideranda potione his accesserit desiderium, tantum timor in accipiendo geminatur.

1 De hudrofóbicis *V* (*in ind.* De drofouicis *V*), De ydrofóbicis *bB*, De idrofouicis i. morbi serpentis ł cantū occupatis *r*: De hydrophobis *Gel.* 2 Hydrofouicorum *V*. rabiosi *rVB Gel.*: rabidi *b*. 3 serpentum *V Gel.*, —tium *rBb*. evenire *rVB Gel.*: venire *b*. asseverant (*in ras.*) *B et Gel.*: assueverant (*sic*) *Vb*, asserunt *r*. 5 nil *VB Gel.*: nihil *b*, nichil *rg*. 7 quędam (quidam *V*) veluti *rVB*: veluti quedam *b Gel.* desperatio *rb Gel.* (*Gar.*): respiratio *VB* (*g*). 8 frequenter (—tes *Gel.*) iracundiae *rVB Gel.*, frequens iracundia *b* (*Gar.*). 9 certe somnos *r*, certe sōnos *b Gar.* (somnos *Gel.*): certe sonos *B*, certissinos *V* (certe sōniis *g*). 11 vitatio *rVB Gel.*: visitatio *b*. aerem serenum *rb Gel.* (*cf. Cael. ox. 3, 102*): aerum serum *V*, aerem serum *B*. *haec* (aerem —temptant *rVB Gel.*) *sic contracta habent bg*: aere (—ē *b*) sereno (—ū *b*) veluti pluviosum ordinem temptant. 13 tum —nominetur *post* temptant *inserit Gel. quae praeter eum* (*nam omiserunt cum rVB etiam g Gar.*) *sic habet solus b*: Timeat (*l.* —ment) quicquid humidum et liquidum fuerit sollicite ne forte vel aqua ab aliquo nominetur (*ubi* vel *om. Gel.*). 15 hos *om. B.* et quantum *VB*. aquae (atq· *g*) *add. g Gar. ante* potione 16 his—timor *om. r*.

27 ad haec flebotomo prius occurrendum est, si nos nulla prohibuerint cetera praeiudicia et, ut superius dictum est, quo necessitas coegerit tempore. ubi enim febrium timor defuerit, etiam post tertium diem detractio sanguinis non negatur. item dabo gentianae radicis pulverem, in melicrato cocleare unum. dabo theriacam, dabo coagulum leporis tritum similiter cum melicrato. dabo etiam canum catulorum coagulum, dabo etiam cancrorum fluminalium pulverem combustorum. vulnera autem eorum a plena sanatione ut possumus differemus, admovendo medicamenta quae debent umectare et sordida eadem vulnera faciant permanere. admoveo interea etiam sanguisugas, admoveo caustica. patentia enim diu loca paulatim venenosi minime umoris poterunt prohibere digestionem. pectus eorum vel stomachum seminum chalasticis cataplasmatibus adiuvabo, iuvabo etiam cerotario ex aloe et mastice et nardino oleo temperato. caput eorum oleo anetino vel chamaemelino tepido infundo. vomitibus frequentibus et clysteribus relevandi erunt. stomacho ventosas impono frequenter cucurbitas, et unguentis ex samsuci herba vel

2 prohibuerint *B Gel.* (—r̄ *b*): prohiberent *V*, prehibuerint *r*. cetera *V B Gel.*: aut etatis aut temporum *b*. 3 quo *r V B Gel.*: quoquo ($\overset{oo}{\text{qq}}$) *b*. 5 negetur (*unus*) *b*. pulveris *r* (*unus*). 6 cocliarium unum *r V* (*Gel.*), coclear unum *B*, cocl' *bg*. dabo tyriacam *rb* (*Gel.*) = da tyriacam *V* (*unde* diatiriacon (!) *B*. 8 etiam *sic* (*iterum*) *omnes*. fluminalium *r V B Gel.*: fluvialium *b g Gar.* 9 vulcera (*sic*) *solus g*. a plena sanatione *VB Gel.*: ad plenam sanacionem *bg*, ad plenam sanitatem *r*. 11 quae debitum &ta *V*, quae debent mitti *B*, quę diu et humectant *b* (quae diu et umecta *corr. Gel.*), quae debent umectare *r et* (humectari *g*, —re *Gar.*) *g Gar.* faciant *omnes*. 12 interea etiam *V B*, interea (*om.* etiam) *r*: etiam (interea *add. Gel.*) hisdem locis *b Gel.* 13 patenti etenim *r*, patenti enim *g*. diu *r Vgb Gel.*: *om. B*. venenosi minimi (*sic V*, minime *b B*) humoris (—res *b*) *VBb*, venenosi humoris minime *r*: venenosi ex vulneribus manantis humoris minime *Gel.* 17 camemi(e *ips. corr.*)lino *V*, camimolino *B* (camomillo *r b*). frequentibus *r b*: *om. V B Gel.* 20 et cucurbitas *b g* (*quod utrumque om. r*, *ubi* v. freq. impono *eodem ordine quo b*). samsuci *Vgb Gel.*, —cis (erba) *r*: —co *B*

absinthio confectis praecordia perfricabo. cogo interea et suadeo per intervalla ad balneas ire debere, et solii fomento calido eos posse iuvari asseverabo. procurabo cibos cum soporiferis speciebus. si in tempore non deerit, etiam sagapenum aut lasar admisceo.

VIIII. De ileo, colicis, strofo.

Ileorum colicorum et strofu similis est omnibus do- 28
loris molestia, diversis attamen accidentibus separantur.

strofos est levis ventris tantummodo dolor, et levi adiutorio aut vaporum aut ventris expositione aut lavacrorum fomentatione compescitur.

colicorum vero intestini unius querella gravissima est, et frequenter lege chronica, statutis et praefinitis veluti temporibus commoventur, ut iam temporis magis molestiam quam vitae periculum reformident.

ileorum autem passio, de qua nunc nobis tractatus interponitur, acuta est et sub angusto tempore periculosa. primo quod ventris totius et stomachi ventositate tenduntur, vesicae inguinum coxarum et omnium vicinarum partium doloribus opprimuntur, scybalorum interclusione nimia conligantur. usque adeo ut etiam clystere frequenter

2 balneas *VB Gel.*: —nea *rbg Gar.* 3 asseverabo *r V B Gel.*: assevero *b Gar.* 4 soporiferis *r Gel.* = suporiferis *V*: saporiferis *B b*. si *r Gel.*: sise *V*, sed si *B* (sed *g*). 5 lasar *r V B b*: laser *g* (*Gel.*). 6 *tit.* De ileodis (iléocis *B*) colicis strofo VIIII. *VB Gel.*, De iliodis vel colicis vel trofis theodori priciani *r*, VIIII. De yleon. colo et stropho. *b*. 7 Ileorum *V B Gel.*, yleorum *b*, Ili(y *g*)orum *rg*. strofo *VB*: strophorum *b*, strofi *g* (—phi *r Gel.*, strophicorum *Gar.*) *et apud Sim. Jan. s. v.* omnibus (—b:) doloris *r V B Gel.*: omnibus doloribus *bg* (*Gar.*). 9 strofos *V* (–phos *Gel.*): —fus *B*, —phus *rbg*. et: qui *b*. 10 aut vapore calido aut ventris exp. *b*. ventris exp. (*sic r V B b Gel.*) *i. e.* clystere *cf. Cael. ox. 3, 144*. 12 querilla *V*: querela *cet.* 13 frequenter: plerumque *Gel.* (*solus*). cronica *r V B Gel.*: cronia *b*. 14 ut iam *VB Gel.*: ut etiam *b*, et tam (. . . reformidant) *r*. 16 iliorum *rg*. 18 ventris totius et *r Vb Gel.*: ventosi totius est *B*. 21 frequenter *r V b Gel.*: nimio *B*.

adhibito non fimum sed ventositatem solam inutilem egerere videantur. salivarum frequenti profluvio perseveranti coguntur in nausias, ut non solum flegmata vel umores sed etiam, horribile visu, stercora cogantur excludere.

29 ad haec igitur accidentia quantis possumus adiutoriis
6 hoc ordine succurendum est. vaporibus frequentibus et cataplasmatibus de cymini pulvere et sinonis semine temperatis immineo, iniectionibus quoque ex supradictarum specierum decoctione confectis, admiscens sucos faeni graeci, quibus ruta viridis decoquenda erit. item etiam ex oleo roseo mixtis anserinis adipibus, aut castorei pulvere cum oleo vetustissimo, utilius si ex laurino vel cyprino vel gleucino temperetur. utimur ventosis cucurbitis ignitioribus violentius evellentibus. et si adhuc doloris molestia perseveraverit, flebotomum adhibebo perseverando tamen fricationibus, manibus vel sabanis calidis. scybalorum vero egerendorum causa primo eos chalastico clystere

2 perseveranti *VB*: —te *rb Gel.* 3 flegma *r* (*ut supra*). 4 horribili visu (visi *V*) *rVBb* (*Gar.*): dictu horribile et visu *Gel.* per os (cog.) *add. b Gel.* (*om. rVBgGar.*). excludere *rGel.*: emittere *b* (emittant *Gar.*), *om. Vg*, egerere *B*. 6 vaporibus frequentibus ⟨id est in aqua cocti fuerint frondes lauri . . . detergis *add. b*⟩ et cataplasmatibus *etc. b*. 7 sinonis: *sic VBb* (sinoni *r*) *cf. lex. Alfita* (*ap. Renzi Coll. Salern. III, 314*) *s.* sinonum i. petroselinum agreste (= *Simon. Jan. s. v.*). *Gal. X, 578* *τῶν ἀφύσων σπερμάτων σελίνου καὶ κυμίνου καὶ μαράθρου καὶ σίνωνος.* *post* immineo *in b per 13 versus adduntur remedia.* 9 admiscens *B*: – centes *rVb Gel.* 10 quibus *rVB Gel.*: in quo (*ubi* sucū) *b*. decoquenda *rVBb Gel.*: concoquenda *Neu.* 12 si *Bb*: sic *VGel.*, seu *r*. vel cyprino (cyprio *V*, quiprino *r*) *rVb Gel.*: *om. B*. 13 glaucino *bg Gel.*, glaucio *VB*. temperetur *b*: —rentur *rVBGel.* *post* temperetur *sic pergit b* sed primo eos . . . (*v. 17*) *intermediis omnibus om.* 14 ignidioribus *V Gel.* (—tioribus *Gar.*), inditioribus *r*, ignotioribus *B*. evellentibus *Gar.* (*om. b*): evellendis *rVB*, —tis *g*. 15 adhibebo *V Gel.* (—bis *g*): —beo *rB*. 16 fricationibus: perfricatione *r*. manibus *rGel.*: *om VB* (*cf. Gar.* perseverantibus tamen fricationibus manuum sanamus = *g* perseverantibus tamen fricationibus sanabis vel manibus. Squibalorum *etc.*).

compello. qui si contemptus fuerit, in secundis acrioribus imminebo, colocynthida decoquens suco betarum et similibus ceteris aspere provocantibus.

si vero ex suspicione potionis venenosae perceptae hoc evenisse cognoveris, theriacam cum vino dare conveniet. ventrem provocabis ex lacte decocto quod schiston aliqui appellaverunt, in quo coqui facies vel dissolvi aut aloen aut scamoniam. addes etiam adiutoria de graeco euporiston compendiosa.

X. De spasmis.

Spasmus appellatus est ex tensione vel protractione 30
nervorum et vicinorum musculorum cervicis quam maxime inpatienti dolore compatientis, ut etiam ad respondendum os facile aperire non possint. nam sub hoc titulo spasmi variae sunt huius passionis figurae. spasmus per omne corpus extensionem rigidam temporalem quidem habet, sub qua ita tenduntur ut sub uno schemate iacentes tensione molesta et inflexibili teneantur. quos vero pronos con-

1 contemptus *b Gel.*: contentus *rV*, contenti (fuerint) *B*. in secundis *rVBb Gel.*: incondo (*sic*) *g* (*opp.* primo). acrioribus *rVB Gel.*: acriori *b*. 2 coloquintida (conloquentida *V*) *V Gel.*: —das *rB* (*g*), ex coloquintida *b* (*om.* dec.). suco *VBb Gel.*: sucus *g*, sucos *r*, cum suco *B*. 3 *post* provocantibus *aliena add. b*. 4 si *rVBb*: sin *Gel.* 5 evenisse *rVb Gel.*: —nire *B*. theriaca *V*: tyriacā *Bb*, tiriacā *r* dari *rg* 6 decocto (*sic*) *rVBb Gel.* (decoquis *g*). scisthon (*sic VB*) aliqui appellaverunt *VB* (*g*), siston aliquid appellaverunt *r*: schyton i. divisum vel scissum appellamus *b*, schiston appellamus *Gel.* 7 coqui facies (conficies *g*) *om. b*. 8 esciamoniam *V*, scāmoniam *B* scamonea *rb*). addis (*sic rVBg*) *etc.*: *his omissis in b additur breve cap. sic* Strofum ne infans paciatur. aut intestina ei torquentur vel ne aliquid mali ei accidat (*hec rubro scr.*). Facies lac caninum suggere . . . de greco *VBg Gel.*, depreco *r*. 9 euporiston *B* (exponton *g*): euporisto *VGel.*, euporista *r*. 10 *tit.* Item theodori prisciani de spasmis *r* (De spasmis. et prostotonicis. tetanicis. et opistotonicis. et telu *b*). 11 ex intensione *b* (ab extensione *Gar.*). 13 compatientis (*sic*) *VBg Gar.* (pacientes *b*, compatiuntur *r*): consentientis *Gel.* 14 os: hos *r*.

tractio habet, emprosthotonicos dicimus. quos autem ad posteriora reclinatos, opisthotonicos appellamus.

haec accidentia corporibus frequenter sine febribus evenire consuerunt. quae quibus supervenerint causam solvunt. supervenientes vero febribus vitae semper periculum minitantur.

31 sed haec supradictae discretiones una eademque medicinae diligentia visitantur. primis diebus commodius flebotomo succurrendum est, si tamen post omnia adiutoria competentia minime praetermittas. fricamentis vel unguentis omnia loca diligentius mitiganda sunt vino et oleo temperatis, cubiculo calido et lucido procurato. nervis vero tensis et inflexibilibus fomenta vel solia ex oleo chalastico calidissimo procurabo. cucurbitas cum detractione sanguinis competenti tempore adhibebo. ventrem procurabo ex clystere simpliciore. cibis congruis et digestibilibus nutrio, ut sunt ova thermapala. buccellae candidae in aqua calida maturatae, frequenter etiam melicrato infusae inferendae erunt. et si adiutoriis supradictis relevati etiam oris coeperint impedimento carere, malvas dis-

1 empustotonicus *V*, empistotonicos *B*, inprostotonicos *r* (prostotonicos vel tetanicos *b*). 4 consuerunt *rVB*: consueverunt *b Gel.* (*et ante ras. V cf. 2, 33*). quae quibus: *sic rVBb Gel.* 5 supervenientes (*sc.* spasmi) *Neu.* (*Hipp. aph. III p. 735 cf. 758 cit. a Cael. Aur. ox. 3, 70 et Aurelio c. 20 = Gar. 5, 2*): supervenientibus *rVBb Gel.* 7 haec (hęc) *rV Gel.* (hęc de supradictis descriptionibus *g*, ex supradicte discriptionis *Vindob. 68*): hę *Bb.* discretionis *rV Gel.* (—nes *Bb*). 9 succurrendum *V*(*g*)*b Gel.*: suavi utendum *B.* si *rVBg Gel.*: sed *b Gar.* post *om. b.* 13 inflexibilibus *rgb Gel.*: flexibilibus *VB.* 13 calastico *rgb Gel.*: castico *V*, caustico (!) *B.* 14 et (*ante* cal.) *add. VBg* (*non b Gel.*) procurabo *rVb Gel.*: temperabo *B.* 15 adhibebo *rVb Gel.*: —beo *B.* 16 ex *om. b* simpliciore *rVB Gel.*: —ri *b.* et *rV Gel.*: *om. B* (*b ubi* digestibilioribus). 17 thermapala *V Gel.*, termapala *r*, termapula *B* (termantica apala *b*, terna apala *g*, tenera apala *Gar. 5, 1 cum ep. Vind. 68*). bucce(i *V*)llae(ę) *rVB*, bucelle *b.* 18 maturate *rV* (*bg Gar.*): maceratae *B Gel. cf. 2, 91.* 19 supradictis *rVB*: suprascriptis *gb.*

coctas et minutos pisciculos anetino iuscello decoctos plena iam confidentia subministrabo, frequenter etiam cum embammate ex oenomeli temperato. lactis his copia neganda non erit. omnibus vero tensionibus post fomenta chalastica ex oleo sicyonio inunctionem adhibebo et acopa calidiora, et cataplasmate chalastico loca diutius mitigabo. post clysterem vero chalasticum, expositis scybalis, enemate uti nos conveniet ex rutato oleo commixto castoreo. conveniet etiam locis de salibus calidis adhibere saccellos. nam et carbonibus proxime calentibus lectos et stramina calidiora procurabo. cerotaria vel acopa ex oleo cyprino his frequenter adhibenda sunt. et adipes leonum galbano commixti par beneficium procurarunt. dabo etiam interea potiones huius modi. castorei pulverem cum melicrato, aliquotiens piperis quippiam intermiscens. dabo silfium

1 decoctos *rb Gel.*: discoctos (*iterum*) *VB* (*om. Neu.*). 2 embammate (*corr.*) *Gel.* (*cf. 2, 61*), emlemmate (*sic*) *r*: emplasmate *VB* (inplasmate) *g* (*om. b Gar.*). 3 oenomeli *VGel.*, ynomelle *B*, inomelli *r.* 5 sicyonio: aut nardino *add. b.* inunctionem *Gel.*: iunctionem *V*, unctionem *Bgb*, *om. r.* adhibebo *VGel.*: —beo *Bb* (adimplebo *r*). aeopa (*sic V*, acopa *rbg*) calidiora *Vrgb*: cepa calidiore *B* (*interpolatum est quod sequitur in b* acopum ypocratis). 6 mitigabo: medicabis *g* (medeberis *Gar.*). 7 enematio *VB*, —matę *b* (—tis *Gel.*), emmata *r. cf. 2, 5.* 8 conveniet *r Gel.*: convenit *VBb.* ex rutato oleo *r et* (ex *om.*) *Gel.*, & rutato (*sic*) *VB*: ex oleo ruthacio *b.* conveniet *VB Gel.*: —nit *b* (—niunt *r*). 9 locis de salibus (salibis *Vindob.*, —vis *g*) *rgb Gel.*: de locis salibus *VB.* 11 procura (*sic*) *VB Gel.*, —rabis *g*, procuro *r* (*cf.* lectum straminabo *b*). 11—12 *om. b* (*quia confudit cum v. 5*). 12 et: nam et *r* (*quod seq. de adipibus leonum supra habuit b post* acopa calidiora *v. 5 quae confudit cum acopis v. 11, ubi aliena addidit. hic item aliena habet:* et equi adipes cum resina et galbano equali pondere in unum recontuse et decocte nervos et posteriora corporis membra inuncta solvit erigit et extendit. Dabo interea pociones *etc.* galbani *V* (—no *BbGel*, —nū *r*). 13 procurarunt *VGel.* (—raverunt *g*), —rant *rB* (—rabis *b*). *pergit unus r*: Hoc addidit de greco pittacium (*hic aliena seq. in b, cf. ad v. 12: scilicet acopum Hippocratis p. 85, 1*). etiam interea *VB Gel.*: interea etiam *r.* 15 piperis quippiam *b* (*Gar.*), piperis quipiam *r Gel.*: piperis (*om.* quippiam) *V*, piper his *B* (piper *g*). *sequuntur alia remedia in b.*

cum pipere et melicrato similiter, dabo etiam diureticas potiones, dabo somniferas. procurabo etiam aquarum naturalium beneficia calidarum. per quae post declinationem aegritudinis his multum naturae eorum venire beneficii consuevit.

XI. De satyriasi vel impedimento usus.

32 Satyriasis gonorroea vel priapismus, quibus similis est sub inmoderata patratione molestia, his accidentibus disterminantur. gonorroea sine veretri extensione vel usus desiderio, spermatis affluentissima sub effusione, corpora debilitat, et per chronica tempora producitur. satyriasis vero ex certa corporis incommoditate, quae etiam mulieribus aliquando contingit, quam metromaniam aliqui appellaverunt, et desiderium insatiabile et tensionem particulae cum assidua patratione avidissimam facit, et licet sine febribus attamen inter acutas et temporales aegritudines numeratur. hanc passionem priapismon aliqui appellaverunt.

2 aquarum naturalium b. calidarum *rVBg*: aquarum b. natura calidarum *Gel.* (calidarum vel balnearum beneficia *b*). 3(—5) per quae ... his multum naturae earum ventri beneficii (—ciū *B*) consuevit (*sic*) *VB* (natura earum mederi consuevit *Gel.*), per quę ... his modum naturet earum mederi beneficia consuevit *r* (*pro quibus breviter sic b*: ut possint post tam sevam egritudinem reparare). *cf. g*: qui ... his multum eorum naturas | uris conveniunt (e) beneficiis *et Vind. 68*: qui ... his mulum naturaeorum ūrīs (vestris) beneficiis conveniet (*Gar. 5, 1*: quae post declinationes aegritudinis multum eorum naturae conveniunt). *hic in b additur rubrica nova* Ad telum vel ad sanguinem erraticum. Personatię herbę radix ... 6 De satyriasi *Gel.* (vel imped. us. *add. VB et ind. r*), De s. gon. vel pr. Quibus s. *etc. bg*, *rubr. om. r.* 8 patratione *Gel.* (*ut mox*): paratione *VB*, patrocinatio (molesta) *r* (aspiratione *g*, speratione *Vindob.*), patrocinatione *b* (*sed infra* patcione (a)). 11 cronica *VB Gel.*: cronia *rb.* 13 quam—appellaverunt *habet Gel. cum rb* (*ubi* matromania *r*, et matromaniam a. appellant *b*): *om. Vbg.* 15 et (*ante*) des. *rVb Gel.*: *om. B.* cum assiduam datracionem avidissimam (*sic*) *V* (*Vindob.*), cum assidua patratione avidissimā (*sic*) *rB* (avidissimā *om. b Gel.*). 17 priapismon (*sic*) *rVB Gel.*

33 sic itaque curandi erunt qui sub utriusque cognomentis aegrotant. fricatione palaestrae per initia omne eorum corpus exerceo. post identidem penitus quiescendum est. vapores stypticos frequentius supponimus sub tegmine vel munimine totius corporis bene disposito. unguo sub vapore calefactum ex acacia vel hypocystide cicutae herbae suco contrita et resoluta. tunc ipsis partibus durarum superaddimus fricationem manuum vel sabanorum paulo asperiorum. cibos stypticos omnes cum aceto ministrabo, vitans calidos et qui inflationem possint concitare corporibus. hi etenim frequenter usum erigere venerium consuerunt. sic etiam potus subministrandus erit. sed tamen omnia haec mediocriter et rarius exhibenda sunt, ut ex hoc veluti famem vel sitim procurare possimus.

si vero passionis huius molestia diutius perseveraverit, ut et tensio et desiderium inpatientissime protendatur, lamminam plumbi renibus et partibus vicinis appono. nam et ventosis cucurbitis assiduis eadem loca fatiganda sunt. dropaces quoque imponendi erunt. ab omnibus carnosis cibis et multum nutrientibus abstinendi sunt, ab odoribus bonis vel thymiamatibus, ab aspectu vel

1 Sic itaque (Sicit quae *V*) *VB*(*g*) *Gel.*: Itaque ergo *r*, Hi itaque sic *b.* sub utrisque (*add.* his *b*) *b* (*Gel.*), sub utriusque *r*, de utriusque *VBg* (*ubi* sic sub *rb*). 4 sub vaporem (—rē *B*) calefactum *VB* (sub vapore calefacto *g Gel.*), ///aporēſ (u) (*cum corr. al. m.*) calefactum *r* (*qui om.* sub), sub vapore *b* (*qui om.* calefactum). 5 bene disposito (*Vindob. B*, —tū *rg*, —tae *V*) *VBg*: *om. b Gel.* ungueo *r*, ungeo *Vg*, unguo *B Gel.* (ungo *b*). 6 y(i *r*)poquistida *VBr.* cicutae (*cf. Diosc. 4, 79*): conize *g* (conize i. cicute *Gar.*). 8 durarum *Gel.*: duram *r*, duarum *bVg*, duabus *B.* fricationem *rVBg*: —nes *b Gel.* manuum *rb* (*Gel.*): man; *Vindob.*, manibus *g*: unam *VB.* 10 vitans *rbB*: urans *V.* 11 usum *VBg Gel.* (*et ubi* egerere) *b*: ad usum *Gar. sed cf. mox s. 34.* venerium: *sic VBb Gel.* 12 consuerunt *rVBb Gel.* (consuuerunt *ante ras. V*). potum subministrandum *V* (*g Vindob.*). 16 ut et *VGel.*: ut *rBbg.* 17 lamminam *V*: laminam *rBb Gel.*, lamnam *Vindob.* plumbi *Bb Gel.*: —bus *V* (—beam *g Gar.*). appono *VBb*: —nam *rGel.* (—nimus *g*). 21 timimatibus *VB* (tymia— *b*, timia— *rg*).

communione pulcrarum penitus figurarum, ut neque tangendi neque visendi eis copia praebeatur.

34 quibus vero aut aetatis vergentis defectione aut morbis locis residentibus veluti partes frigantes usus venerii officium pernegarint, tunc ita contrario his adiutoriis famulabor. convenit exercitio uti mediocri, convenit in modum palaestrae manibus fricari femineis, molli et delicata virtute innitentibus. fricationibus inquam quam maxime locorum inferiorum inguinum et femorum unguentis calidioribus et mordentibus nitri vel piperis vel euforbii vel similium specierum, quae erigendo vaporem desiderium vel usum venerium valeant ministrare. etiam ex his dropaces adhibebo renibus vel inguinibus, et eosdem balanos. cibis calidioribus utar inflantibus vel erigentibus membra frigentia, ut est vinum boni odoris vel oenomeli alica amylum, pinus nuclei, porri erucae bulbi, ova recentia

1 commonione *V* (*unde* commotione *r Gel.*) = co(m)munione *b B g*. pulcrarum (pulchrum *V*) penitus figurarum *r V B Gel.* figurarum pulcrarum puellarum penitus vel plene vitandi sunt *b*. 2 visendi *VB Gel.*: videndi *gb* (*om. r*). 5 pernecarint (*sic*) *VB*, pernegaverint *gb*, pernagarent *r*. tunc contrario his *VB* (*Gar.*): tunc ita contrario his *r*, tunc ita e contrariū eis hisdem *b*, tunc e contrario eis his *Gel.* 6 *post* mediocri *quae habent b G* convenit in modum palestrę ⟨manibus *Gel.*⟩ fricari femineis. molli et delicata virtute. vel actu (*i. e.* tactu) habentibus (m. et d. virtute innitentibus *Gel.*), *ea om. V B g Gar. et* (*qui solum habet alterum* convenit) *r*. 8 inquam (inquit *b*) *b Gel.*: *om. r V B g*. 9 ingui(e *V*)num & piperis (*sic*) *VB, ubi r b* (*cum g Gel. et Gar.*) *habent haec*: (et *add. b*) inguinum et femorum. unguentis calidioribus mordentibus (c. et mollioribus *b*) nitri vel piperis. 11 erigendo vaporem *VB Gel.* (inerigendi vapore *r*), erigendū vaporē *b* (corporum *add. Gel.*, corporeum *b*). 12 venerium *post* ministrare *habet B* (desiderium *om. b ubi* erig. v. c. in usum ven. val. min.). etiam his *r V B b Gel.* (*addidi* ex). 13 adhibebo *r V b Gel.*: adhibeo *B*. et eodem balano *V B Gel.*, et ex eodem ualano *r*, et eorum ualano *g* (*om. b Gar.*). 14 (cibis) vero *add. b Gel.* 15 enomeli *V*, inomelli *r*, ynomelle *B*. 16 pinus nuclei *Gel.* (pineos nuclei *b*): pinos (pinus *r*) nucleos *r V*, pinei nuclei *B*, lupinus nucleus *g*. ova recentia et similia *Gel.*, ova recentia simili etiam *r*, ova recentia | similia etiam ex *b*: etiam ea (et *B*) similia *V B g* (*qui om.* ova recentia).

etiam et similia quae per potiones accepta virile semper officium reparaverunt. reparatum est et pipere, satyrio et scinco et erucae semine, etiam ceteris adiutoriis par beneficium ministrantibus, quae quam maxime in libro fysicorum commodius disponimus. interea eos quiscere convenit non solum noctis spatio verum etiam diei, uti plumis et mollioribus opertoriis vel straminibus convenit. interea puellarum speciosarum vel puerorum simile servitium procurandum est. uti sane lectionibus animum ad delicias pertrahentibus, ut sunt Amphipolitae Philippi aut Herodiani aut certe Syrii Iamblichi, vel ceteris suaviter amatorias fabulas describentibus.

XII. De cardiacis qui etiam diaforetici.

35 Licet quam plurimorum sententiae ita definierint, sicuti haec eadem professio nominis attestatur, cordis vitio hanc aegritudinem fieri, eis ego attamen non facile ad-

1 off. reparant. reparatum est et pipere *Gel.* (off. reparant incunctanter expertum *b*), off. reparatum est et piperis (satirio ...) *V*, off. reparatum est et pro parte (satirio ...) *g Gar.*, off. reparaverunt. et (ex *r*) pipere *r B*. 3 erucae *r V b Gel.* (*Gar.*): erui *B*. cetera (ceteris *V*) adiutoria p (*B*, per *etiam V*, par *r*) beneficium ministrantia *r V B* (ceteris adiutoriis p. b. ministrantibus *b Gel.*). 5 disponimus *r V B b Gel.*: disposuimus *g Gar.* 6 spatio (—tiū *b*) *b Gel. g*: spatia *r V*, spatiis *B*. 8 vel puerorum simile *r V B b g*: *om. Gel.* (*Gar.*) simile (semile *b*) *g b*: similer (= simile—s) *V*, similiter *B*. 9 uti sane (*sc.* convenit) *r V B b*): utendum sane *Gel.* (*etiam seqq. om. Gar.*). 10 ut sunt *etc. VB*: ut sunt satyrias. melodimata. que suaviter has amatorias fabulas describere curarunt *b* (*qui om. nomina*), ut sunt satyria eorum melodimata amphopiliti philippi *etc. r*. amfopoliti filippi *VB*. 11 sirii aut amblii *VB Gel.*, sirii. aut amplii *r Vindob.*, syrii aut amplius *g*. vel ceteris ... describentibus *VB Gel.*: vel ceteris qui ... describere curaverunt *r* (*cf. b*). 13 De cardiacis qui etiam diaforetici *VB et* (*qui praemittit* eiusdem) *r* (De c. qui et diaf. dicuntur *ind. b*, De c. sive diaphoreticis *Gel. et* De d. s. card. *in textu b*, De diaforeticorum cura. Quos etiam d. appellant *g* (*cf. Gar. 6, 24*). 16 eis quibus ego attamen *V* (eis attamen ego *Gel.*): quibus ego tamen *r B* (quibus tamen *b*).

commodabo consensum. numquam etenim claruit indicium manifestum quod attemptari in aliquo naturam cordis intellegeremus. est autem totius corporis et virium plena resolutio quam cardiacam diaforesin appellamus. quam sudor viscosus et frigidus perseverans interemptis viribus manifestat, praeeuntibus attamen acutis febribus et flammarum interiorum ardoribus, quem aliqui causon appellaverunt. haec igitur passio frequentius iuvenibus quam ceteris aetatibus evenire consuevit, in augmento aegritudinis hoc est circa diem sextum et quam maxime eo tempore quo aestas calidior incanduerit.

36 licet ergo in omnibus generaliter praemonuerimus ad malarum aegritudinum necessitates gubernandas temporibus serviri debere, attamen magna vi et periculo interposito dum sudoris illius emerserit iniquitas cum virium defectu et ex eo praesens vitae periculum, tunc confusis et praetermissis temporum rationibus adiutoriis circumvallantibus imminemus, et nunc cubiculum frigidum nunc lectum straminibus veteribus lineis dispositum, nunc flabella . . . nunc quoque pannos nardo et vino infusos praecordiis eorum inordinate imponimus. cataplasmata vero frigida et styptica imponenda sunt eorum praecordiis strychnum aut aizoon aut rubos aut thebaicos dactylos aut

1 consensum *rVb Gel.*: sensum *B* (assensum *g Gar.*). 2 intellegerem *B et ante corr. V* (—remus V^{c}), intellegere *r* (intelligemus *b*). 4 cardiacam *VB*: —cin *r* (cardia *b*). diaforissim *V*, diaforisim *r*, —forisin *g B* (diaforesis *b*). 5 viscosus *rb* (*cf.* viscosis *g Gar.*): viscorosus *VB*. 7 quem *rVB Gel.*: quas *b*. causona *V Gel.* 8 frequentius (*g Gar.*) *Gel.*: frequenter (—t̄ *rBb*) *rVBb* (in *add. rg*). 9 venire *b*. 12 premonuerim *b*, —rimus *Gel.*: p̄(pro *V*)monuerit *rVB*. 13 guber | natis *B* (—nandis *ante corr. r*). 14 serviri *b Gel.*: —re *rVBg*. 15 cum (*sic*) *rVBb*: tum *Gel.* 16 defectu *Bb* (—tum *rg*): —tus *V Gel.* 17 circumvallantibus *rbg* (*Gel.*): —vallentibus *V*, —valentibus *B* (*unde* competentibus *Neu.*). 18 et: ut *V* (*om. r, ubi* Tunc). 19 *post* flabella *deesse videtur* ordinamus *vel tale quid*: *lacunae signum puncta posui.* 21 inordinate *V*: in ordine *B* (*om. b Gel.*), ordinate *bg Gar.* 23 strignum *Vb* (—non *B*, —no *r*). aut aizoon *V Gel.*, aut

caducum mali granati vel oenanthes habentia. certissimum est etenim singularum specierum quemquam medicum bene merita cognoscentem etiam temperiem vel commixtionem adiutoriorum posse disponere. faciem ergo eorum ex pusca frigida vel vino styptico fomentabo. pulveribus aspergo membra sudantia murtae vel rosarum foliis siccis contusis et cribellatis, gypsi naxii, mannae turis, gallarum, omnibus singulis tunsis et commixtis cum vino styptico vel eius faecibus. simul mixtis odoribus bonis vel thymiamatibus vires labentes et membra deficientia reparabo. articulos eorum oleo cucumeracio vel nimis vetusto, mixto pulvere nitri vel piperis, pyrethri vel adarces, vel urticae seminis defricabo vel infundo, quo calorem ingenitum emorientem reparare quatenus valeamus. nutriam sucis modicis sed frequentioribus, frigidis tamen, quibus sudoris feralis nimietate vires emorientes exsuscitem. nutrio potando, ut potero, nutrio similiter per clysterem vel alicae vel ptisanae sucis, ut supra dixi, in quibus un-

taitoon *B*, aut sempervivum i. aizon *r*: *om. b* (aut coniza *g Gar.!*). rubos *Gel.*: robos *V*, rubus *B* (—bū *rbg* [aut rubū aut marrubiū *g cf. Gar.*]. tebaicos dactulus *V*, thebaicus dactilus *B*, t(h *add.*)ebaycos dactilos *r* (thebanos dactilos *b*).

1 caducum mali granati *rV Gel.*, caduca mala granata *B* (caducos mali granati *b*). vel enantes *VB* (vel ynantes *b*): vel solificium ynantē *r*, vel enantē *g* 2 quemquam *rVg* (*Gar.*) *b Gel.*: quemque *B*. 4 adiutoriorum *rb Gel.*: adiutorium *V*, —riū *Bg* (—rii *Gar.*). 6 murtae (myrtę *r*, murtę *g*, mirte *b Gar.*) *cf. Diosc. p. 146*: mentae *VB*. 7 gi(y *g Gel.*)psi naxi *rVBg Gel.* (*om. b Gar.*). mannae (mane *r*) turis *rVB* (manne thuris *g*): manna libani *b*. 10 defidentia (*sic*) *B*. 11 cucumeracio *rV*, —tio *Bg*, —rano *ante corr. r*, —tino *b*. 12 aut (pyretri) *add. rg*. adarches *V*, —cis r^{c}*B* (abarces *b*). 13 seminis: seminibus *rVBgb Gel.* vel infundo: *sic rVB Gel.*, *om. b cum seqq. cet. post* infundo *supplentur in r quae supra v. 1—4 omissa erant* Certissimum—adiutoriorum posse facientem (*sic*). 14 qua | tenus *rV*, quatinus *g* (*Gar.*): aliquatenus *B* (quadamtenus *Gel.*). nutriam: *sic rVB Gel.* (nutrire *g*, nutriemus *Gar.*). 16 feralis *rVB Gel.*: facilis *g* (*Gar.*). 18 vel *V*: aut (alicę) *B*, *om. rg*. in quibus *rVBg*: quibus *Gel.*

gulas porcorum usque in plenam earum decoctionem concoqui suadeo. aquam frigidam similiter per intervalla subministrabo, et si aetatis adhuc vapor calidior coegerit, nivatas non aspernabor.

XIII. De cholera.

37 Cholera passio molesta sub angusto tempore sollicita omnibus acutis aegritudinibus velocior. nam haec sub unius diei spatio frequenter, ut experti sumus, vitae terminum fecit, dum subitanei vomitus, ventris quoque innumerae effusiones, sub dolore nimio praecordiorum vel totius corporis interiorem omnem saepe substantiam effuderunt. est etiam hoc simile in diarroea periculum, sed eo distat quod diarroici sola ventris molestia et sub longo tractu temporum aliquotiens fatigantur, cholera vero ex utrisque effusionibus saepe et sub angusto tempore homines pernecavit.

38 ergo cum interiora praecordiorum umorum minacium prius occupaverit conglobatio, ut thlipsis vel angustias, nimios quoque dolores efficiat, tunc nos aquam calidam

1 earum *rB Gel.*: eorum *Vg* (eorum decoctionem eorum conquoqui s. *sic V*). 2 similiter *rVB Gel.*: subinde *g* (*Gar.*). 3 estatis *r* (*solus*), *ut voluit Reinesius V. L p. 523* (*sed noluit idem p. 690*). 4 etiam (nivatas) *add. rg.* aspernabo *rVbg* (—bor *Gel. Gar.*). 5 De cholera (colera *B*) *VB Gel.*: De colerica passione eiusdem theodori prisciani *r*, De coleribus *b*, De colericis *g*. 6 (*item* 14) Cholera *V*, Colera *Bb*: Colerica *rg*. 7 sub unius (hunius *b*) diei spacio *rb* (*Gar.*, sub uno spatio *g*, sub uno die *Gel.*): sub uno die | speratio (*ex* spatio!) *V*, sub uno die desperato *B* (*unde* desperata *Neu.*). 8 frequenter ut *b*: ut frequenter *rVB g Gel.* 9 *post* fecit *haec addit b*: hanc aliqui veterem (*pro* —rum) secundum ypocraten cataxin (*i. e.* catatexin) appellaverunt monoc meron (*pro* monoemeron) pass. [dum . . . 11 saepe *om. rg.* 12 hoc: *sic VBb Gel.* in diaroea *V*, inarria (*sic*) *B* (diarrię *rb*, diadrie *g*). 13 diarroici *rVB Gel.*: diarrici *b* (diadria *g*). 15 tempore *rBgb Gel.*: corpore *V*. 16 pernecavit *rVB Gel.* (—gavit *g*): —cat *b*. 18 clibsis *V* (glipsis *r*, clypsis *g*, thlipseis *Gel.*): eclipses *B* (eclypsos *b*, eclipsin *Gar.*).

in tempore porrigentes per vomitus eis procurabimus digestionem. at cum se tandem eorum impetus torrens et repentinus eruperit ut ex utrisque terribilis effundatur, sic si possumus ita praesens periculum removemus. oleo calido omne eorum corpus infundamus, articulos fasciolis adstringamus, nervos omnes et loca contrahentia lanis infusis eodem oleo calidissimo muniamus. utimur quoque etiam cerotrario ex nardino oleo vel cyprino aut glaucino aut irino temperato. si vero interceptis viribus plena fuerit desperatio, odores vel thymiamata his propter reparationem adhibebimus. cibos dabimus competentes, sucos lentis cum aceto, ova sic apala, uvam fabriciam, buccellas mero infusas, ungulas porcorum vel iuscellum gallinarum. concoques strychnum vel aizoon aut rubum. dabo potum frigidum, dabo nivatam, columbos matri subductos. his etiam perdices eodem modo convenit ministrari. cata-

1 porrigentes *b*: porrigimus *rVB*, —gemus *g Gel.* eis *g*: eius *rV*c*B* (eorum *b*), *sed ante ipse corr.* vomi | tumuſ? *V* (vomitū eis *g*). 2 se tandem *r*: secadem (*sic*) *VB*, se eadem *Gel. cf. b* et si tantus eorum impositus torrens *etc.*, *g Gar.* ut cum se torrens *etc.*). 4 sic si possumus *VBgb Gel.*: *om. r.* ita *rVB*: *om. b Gel.* removemus *r Gel. B* (—eamus *b Gar.*), reuomus (*sic*) *V*. 5 corpus eorum *r* (*b*). infundamus *V*: —imus *rBbg Gel.* 6 ads(as *Bb*)tringimus *rVBgb Gel.* loca contrahentia *b* (*sic*) *VBb Gel.* (*g Gar.*) *ut infra c. 19. cf.* loca quae contrahuntur *Byzant. c. 18.* 7 calidissimo *rg Gar.* (calido *b*), calidissimis *VB Gel.* muniamus *Vg* (muniantur *r*, miniemus *sic b*): munimus *B Gel.* 8 ex *rbg* (*Gar.*, e *Gel.*): & *VB*. vel c. aut glaucino *rb Gar.* (aut .. aut *g*): et . . . et *VB Gel.* (*sed* aut irino *omnes*). 9 sin *rbg.* 11 adhibebimus *VB Gel.*: —bemus *rb* (*g*). sucos lentis c. a. *rVB* (sucis i. lente cum aceto modico *Gar. ms.*, lentis suco modico mixto *b*). *cf. Diosc. 2, 129.* 12 ova sic (*i. e. item* aceto infusa *Cael. ox. 3, 202*) apala: ova sicra ¦ pula *V Gel.*, o. sic apula *B*, o. frigida apala *r*, ova apala *b*, ova grapula *g cf. Gar.*). fabriciam: *sic rVBb Gel.* (ova fabricia *g*). 14 conquoques *V* (concoquis *b*, coquis *g*): concoquens *rB* (concoquendo *Gel.*). strignum *rVB.* aioon *V*, agaon *B* (aiion *b*), sempervivum i. aizon (*ut supra*) *r*. 15 subductos: eductos *B*. 16 ministrari: *sic rVBgb Gel.*

plasmata vero omnia adhibenda sunt quae diaforeticis ordinata sunt. febribus vero interpositis consideratis temporibus serviendum est. intentius tamen effusionum sollicitudini militabo, in quibus saepe etiam sanguinis supervenientis effusio vitae periculum procuravit.

(Pars secunda).

39 Transactis acutis passionibus quae sub certa lege aegritudinum propriarum aliqua febribus comitantibus publicatae sunt, ad chronica descendimus, quibus aliquando febres supervenientes sub longo tractu passionum veluti temporales commotiones assimulant ⟨quam medici epithesin appellaverunt⟩. etiam in ipsis ordinem dispositum custodientes initium nunc de capitis querellis vel accidentibus sortiemur.

1 c. v. omnia diaforeticorum a. s. que eis in supradicta passione ordinavimus *b* (*et ubi* suprascripta *Gar. ms.*) *om. g*, *ubi sic* cataplasmata interpositis consideratis t. serviendum est *etc.*). quae diafo ‖ (*huc usque fol. 30*[b]*, abhinc desunt duo folia in V, ultima sc. quarti quaternionis, ac deinceps integri quaterniones duo, quintus et sextus. sexti tamen tria adhuc ultima folia extabant Gelenii tempore, si hoc ipso codice videbitur usus esse. si non, in codice Gelenii licet eadem fere, aliquanto tamen minora interiisse dicendum est quam in V* (*sc. initio chronicorum*). *hic enim post p. 88* (*c. 13*) *a verbis* quae diaphoreticis *transit p. 89 ad c. 19 de paralyticis.* 3 sollicitudini (—ne *b*, —nē *r*) militabo: *sic rBb* (medicabis *g*). 4 in quibus *etc.*: Quibus etiam si sanguinis supervenerit effusio. repentinum frequenter vite periculum procuravit. *b*. 5 procurabit *B* (—uit *rb*). *iam* Explicit oxeorum ordo. Incipit de croni | dispositio *B*. procuravit exeorū ordinē. | Explicit lib. II. Incipit lib. III. De cronicis. Dispositio (transactis *etc.*) *r*. (Explicit oxea deo gracias *b*, *ubi seq. capitula huius alterius partis, deinde* Proposicio).
6 *cap. XIV—XIX dedi ex codd. rB* (*enotata hic illic lectione cod. b*). 7 Transactis *rgb*: Translatis *B*. sub *rbg*: *om. B*. 8 priorum alique febres (aliquę febris *r*, *ubi* febribus *corr.*). comitantibus *rb*, propriarum aliqua (aliquibus *B*) febribus comitantibus *gB*. 9 cronica *B* (—cā *g*, —cas *r*): cronia *b*. descendimus *rgb*: —demus *B*. 10 veluti—assimulant *B*: veluti epytisma appellaverunt *b*, veluti tempores commociones assimulant quas medici epytisin ap | pellaverunt *r*. 12 vel *rb*: *om. Bg*. 13 initium a (de *B*) c. q. ... sortiemur *Bg*: nunc de c. q. ... ordinemus *b* (nunc capitis querellis v. a. sortiemur *r*).

XIIII. De querellis capitis.

Querellae capitis variis frequenter ex accidentibus 40 superveniunt, ut aliquando de vapore aliquando de frigore vel de ceteris rationibus accidere videantur.

igitur quando de vapore dolor insederit capiti, tunc accidente illo dolore cum vapore quodam et venarum inflatione concutitur. tunc oculi sanguinei, tunc etiam insomnietates nimiae procurantur.

his gremialis olei infusio adhibenda erit. quae si forte minus dolorem compescuerit, oleum roseum adhibemus. cuius si copia defuerit, gremialis supra dicti quattuor partibus rosei una erit et aceti una admiscenda.

seq. ind. capp. in r (*qui antecedit prologum in b*), *deinde rubr.* Inc. liber eiusdem. De querellis capitis *r* (De querelis c. XIIII. *B*). 1 *Graeca Theodori Prisciani* (*quoad hoc capitulum*) *habes apud Ps. Gal. q. f. euporista* (*lib. I*) *c. I.* 2 *Initium capituli sic habet b*: Emęrgunt querelę capitis frequenter ex variis accidentibus causis. Nam fit assiduę de vapore. fit etiam de frigdore ceteris racionibus manifestis. fit ex coleribus fumus quidam. vel ex atonia stomachi demersio capitis quam medici anatemias appellant. vel certe ex inproviso velut extraneis. vel incertis qui nimios dolores typoribus oel emigraneis faciat. Quibus hoc pacto subveniemus. si eo sane tempore quo necessitas coegerit de ipsis typoribus. vel de collo eis per flebotomum sanguinem det(ra)hamus. [Igitur ... 3 ut *B*: *om. rg Gar.* aliquando de (fr.) *g Gar.*: vel de (fr.) *B*, vel (frig.) *r*. 4 vel de (cet.) *rg*: vel (cet.) *B*. videantur *B*, —dentur *rg*. 5 insederit *Bb*: emerserit *r*, fuerit *g*. 6 acce- (i *rb*)dens ille dolor *Brb*, accedet ille dolor *g*. vapore *rBbg Gar.* (μετὰ πυρώδους αἰσθήσεως *gr.*). 7 concutitur: *sic rBbg*, *etiam Gar.* (*scil.* caput). *ante* tunc *add. g*: Quod si fortis dolor fuerit. 9—p. 140, 5 = *Ps. Gal. eup. I, 1 p. 315.*
9 quae *rB*: quod *bg*. 10 minus *r*: *om. B*, non *post* dolorem *add. gb* (*Neu.*). 11 gremialis: ὀμφακίνου *Ps. G.* (*cf. Cass. p. 4, 11 etc*). supradicti *B*: ff (suprascripti) *b* (*g*). 12 rosei una erit *r*, rosea una erit *B*, huius rosę iungerit *g* (*cf. Gar.*). et aceti una ammiscenda *r*: aceti *g* (acęto *B*) miscenda *gB*. *cf. b* aut ff gremialis partes. IIII. et rosei. I. et aceti I. commixtum capiti infundimus.

si vero maior vis vaporis frigidiora exegerit adiutoria, superaddimus oxelaeo aut polygoni sucum aut arnoglossi aut portulacae aut uvarum inmaturarum. quiescere autem debebunt locis frigidis, quorum pavimentis spargenda erunt folia viridia aut rubi aut murtae aut hederae, quae et grave olentia non sint et competenter infrigidare sufficiant.

41 si vero de frigore caput fuerit inquietatum, tunc gravedo quaedam cum torpore venarum et interceptione contingit, tunc effusio lacrimarum, tunc falsi somni graves et insuaves existunt.

hos anetino oleo vel rutato calido conveniet fomentari, et si superaddi aliquid adiutorio debere caloris adverteris, aut agrestis cucumeris radix aut euforbium vel certe castoreum superaddendum est. nam et laurinum oleum vel irinum vel gleucinum similiter adhibendum est.

42 quibus autem exhalatione inferiorum, quam anathymiasin appellamus, caput fuerit sollicitatum, tunc ille dolor per intervalla subcutiens cum saltu quodam venarum caput sollicitat. tunc quam maxime vertigines, tunc oculorum obscuritates emergunt, querellis attamen aliquibus pulsantibus etiam et praecordiorum loca.

1 *a voce* frigidiora *pro langobardica incipit vulgaris scriptura in r* (*errorum plena*). 2 exoleo *g*, oxileo *b* (τῷ ὄξει *Ps. Gal. l. c.*): aizo *r*, oleum aizoon *Gar.* (*cf. Gal. XII, 508. Aet. 6, 48*), auxilio (!) *B*. poligonii *B*. 3 portulae. | (*sic*) *B*. 4 debebunt *rBb*: debent *g*. 5 aut mirtę *r* (aut mirte aut ruthe *b*): *om. Bg*. 6 et (gravi quidem olentia *r*, gravi violentia *g*): *om. B*. 7 frigore *g*: frigdore *rBb*. 8 torpore *rb*: turbore *B* (*cf. infra 114*), dolore *g*. 9 s. et graves et insuaves *b*, s. grave(i)s et insuave(i)s *r* (*g Gar.*): s. graves *B*. 11—15 = *Ps. Gal. cap. I, 1 p. 316*. 11 rutato: *sic rBbg*. 12 et si *B*: et sic *g*, et his *r* (et *b*). 15 glaucinum (*ita semper*) *rBb* (*g*). est: erit *g*. 16 anathi(e *r*)miasin *rB* (q. medici anotomias appellant *b*). inquietatum (*hic*) *b*. 18 subcutiens *Bg*: succut(c)iens *r* (*g*). 19 sollicitat *rBbg*: inquietat (*hic*) *praefert Gar.* 20 (*post* emergunt) sed hec accidentia post cibos quam maxime evenire consuerunt (—suevit *r*) *rb*. querelis *rBg* (*Gar.*): signis *b*. 21 etiam et: etiam ea *B*, etiam eadem *r* (*om. g Gar.*).

his ergo primo ventris purgatio procuranda est et cubiculi temperies providenda et ad relevationem eius post cibos vomitus provocandus et sternutamenta frequentia, si tamen nullum febrium indicium intervenerit. caput vero oleo dulci calido adiuvandum est, cui aceti quippiam misceri debebit, ut illius supervolantis ad superiora vaporis inquietudo aliquatenus reprimatur. somni arcendi sunt diurni quam maxime et ciborum prohibenda praesumptio. frequenter enim haec vitia indigestionis causa emergente contingunt. nam et doloris tunc aliquando nimietate subita vocis interclusione periclitantur. quibus hoc pacto subveniemus, si eo tempore vomentibus, post continuo eorum auribus oleum irinum vel anetinum vel nardinum infundatur, capiti etiam ex his fomenta calidiora exhibeantur.

si vero ex vini potione caput fuerit dolore pulsatum, 43
quod natura vini frequenter evenire consuevit, ea conveniet adhiberi quae is adhibentur quibus ex anathymiasi caput fuerit inquietatum. olei etiam rosei fomentum est applicandum. his lavacra serotina permittenda sunt, somni vel quiescendi patientia procuranda. tunc cibi competentes,

1—8 = *Ps. Gal. l. c. p. 316*. purgatio *bg* (*Gar.*): procuratio (procuranda *etc.*) *B*. 2 relevationem *r*: revelationem *B* (et allevatione *g*, quibus alleviatis *Gar.*, *om. b*). 3 provocandus *g Gar.*: procurandus *rBb*. et *b*: *om. rBg*. 5 misceri *rbg*: commisceri *B*. 6 debebit *b*: debet *Bg*, debeat *r*. ut illius *rbg*: Uti ¦ lius *B*. 7 reprimatur *rbg*: —mitur *B*. his (arcendi) *add. r*. 9 enim *rg*: etiam *Gar.*, *om. B* (freq.—cont. *om. b*). 10 tunc *rB*: *om. bg* (*Gar.*). aliq. nimietate subita v. *etc.*: *sic rBbg*. 11—15 *cf. Ps. Gal. p. 317*. 12 vomētibus: *sic rBg* (*om. b*, *cf.* praesente vomita *Gar.*). 13 yṛrinū *r*, hyrinum *b*, yrino *g*: mirtinum *B* (laurinum *Gar.*). nardinum *Bg* (*Gar.*): laurinum *b*. 16 dolore pulsatum *rBb*: sollicitatum *g Gar.* 17 natura (—rae *g*) vini *rbg* (*Gar.*): naturae huic *B*. 18 is: his *rBg* (*al. b*). anathi(e *rg*)miasin *Bg* (anathemian *b*). 19 inquietatum: *hucusque g et Gar. I, 15.* 19—p. 143, 2 = *Ps. Gal. p. 318—19*. est applicandum *B*: adhibeo *r* (o. r. infusiōn adhibenda *b*). 21 cibi c. *sc.* procurandi.

ut ptisanae sucus et ova recentia, panes mundi ex aqua calida, caules decocti, aquae calidae potio et lactucarum beneficium frigidarum. his etenim adiutoriis adhibitis vaporis ad caput ascendentis deprimi inportunitas consuevit. sed quoniam his causis aquae calidae potionem diximus beneficium ministrari, frequentius intendendum est ne ex ea resolutio stomachi procuretur. quae si evenerit, tunc apiorum vel cydoniorum decoctione vini species imitanda est, quae stomachum valeat reparare. omni modo dactyli omnes vitandi sunt. specialiter enim naturae suae contrarietate caput inquietare consueverunt. sin vero somni suavis potiti non fuerint, tunc ad lavacra calida protinus festinandum est, in quibus ore aquam calidam in cellis calidioribus sustinentes vaporem omnem transigant lavacrorum. si ad ciborum continentiam, frequentiam lavacrorum et cetera supradicta adiutoria minus

1 panis ex aqua c. infusus *b* (*vel* elutus *Cael. chr. 1, 12. sed ἐξ ὕδατος ἄρτος simpl. et Ps. Gal. = G. XII, 516, ἄρτος πλυτός Gal. VI, 494. XI, 495*): panes mundos ex a. c. *r*, panes ex aq. c. *B*. 2 caules decocti: *sic rBb* (κράμβη *Ps. G.*). lactucarum b. fr. = θριδακίνη τε ὡς ἐμψύχουσα *Ps. Gal.* 3 etenim *rb*: etiam *B*. 5 potionem diximus beneficium ministrari *r*: p. diximus ministrari *b*, p. d. posse beneficium ministrare *B*. 6 fr. intendendum *rB*: cautius attendendum *b*. 7 solutio *r*. 8 apiorum *i*. pirorum (*cf. Ps. Gal. XIV, 318 ex Gal. XII, 517*). citoniorum *B et* (*ante ips corr.*) *b*. decoctione v. sp. emittenda *r*, decoctione v. s. emendanda *b* (*cf. Gal. XII, 517*): decoctioni v. sp. inmittenda *B*. 9 qui . . . valeant *r*. omni modo *rB*: omnino *b*. 10 n. s. contrarietatē (*sic*) *rB*. 11 caput inquietare *r*: *om. B*, *ubi sic b*: etenim caput inquietare consuerunt (*Ps. Gal. cf. Diosc. p. 140* κεφαλαλγεῖς). et stomacho contrarii probantur. consueverunt *r*: —suerunt *Bb*. 12 Sin vero somni suavis potiti non fuerint *r*: Sin vero omnibus sua vibus potiones fuerint *B*, Si vero somni suaves non fuerint *b* (*cf. gr.*). *haec mire corrupit Neu.!* lavacrum calidum *rBb*. 15 transigant lavacrorum *rB*: balnei possint transigere *b*. si ad cib. cont. *etc. rB*: si ciborum continentia et frequentia balneorum ceterorum adiutoriorum que superius intexuimus m. f. r. *b*. (ciborum) ergo *add. B* (*non rb*).

fuerint relevati, olei tunc rosei ulterius adiutorium evitandum est et chamaemelini vel anetini est beneficium appetendum.

si vero causis veluti incertis caput doluerit, fronti 44
linimenta haec superadhiberi suadeo omnibus superioribus adiutoriis observatis. cornu cervini combusti cinis cum oleo roseo contritus fronti adhibetur. nam et lapathi folia viridia cum gallarum pulvere trita et ex aqua similiter inlinita iuvabunt. sic iris illyricae pulvis cum aceto inlinitus praestat. et ellebori albi pulvis mixtus cerotario olei rosei in fronte impositus, et acaciae pulvis mixtus similiter cerotario sic medetur.

item etiam hemicraniis haec sunt adiutoria adhibenda. sinapi tritum, et urticae semen ex aequo cum aceto terentes saepe adhibemus. nam et euforbii quippiam super-

1 ulterius *rB*: iam *b*. 2 et *b*: vel *B*. camemelli *r*, camimolini *B*, camomilli *b et* (*ante ips. corr.*) *r*. est b. appetendum *r*, b. est appetendum *b*: b. est apponendum *B*. 4 *seqq. quaedam habes in graecis Ps. Gal. XIV, 398*. veluti (vt *b*) incertis: *sic rbB*. 5 (superaddimus) que a medicis ana colemata appellantur *add. b*: *om. rB*. 6 adiutoriis *r* (*b*): *om. B* (omnibus adtamen adiutoriis sup. custoditis *b*). combusti cinis *rb*: *om. B* (*ubi tamen* cornu cervini *sic*). 7 fronti contritus adhibetur *B*: fronti adhibetur *r*, contritus frontem inlinito *b*. lapat(c *b*)ii *Bb*, lappici *r*. 8 et (ex) *r*: *om. Bb*. inlinita *r* (illinita *b*): illita *B* (*item* illitus *v. 9*). 9 yris *B*, yreos *b* (yricis illicae *r*). 10 olei– (12) cerotario *om. b*. 11 in fronte *r*: et fronti *B*. similiter *B*: *om. r*. 12 cerotario sic *r* (*b*): catarrosis *B*. *post* medetur *superaddita in b plurima sequuntur medicamina quae ex Plinio apud Pseudoplinium etiam et apud Marcellum partim recurrunt*: aliqui vero negant caput dolore ei qui se luna XVII. vel XVIII. totonderit . . . 13 item etiam *B*: etiam *r*, item *b*. emigranicis *rB*, emigraneis *b* (*cf. ind. ad Cass. s. v.*). 14 u. s. ex equo c. a. terentis s. a. *r*, u. s. tritum ex equo cum aceto contritum *b*, u. s. excoctum cum aceto *B*. (*post* aceto) terentis sepe—(p. 144, 2)His etiam gargarisma (*sic*) *r* (*cf. b ad. v. 15*): *om. B*. 15 euforvium *r*, euforƀ *b*. superadiecimus *r*: sp̄ (semper) addicimus *b* (*qui mox infert aliena multa* Item euforbii scrip. III . . . *deinde sic pergit* Quibus ex frigdore nimio flegmatis cap̄ residenti causam doloris intellexerimus commoveri. His etiam gargarismata frequenter pr. *etc.*).

adiecimus, quibus de frigore nimio causas doloris intelleximus commoveri. his etiam gargarismata frequentissime profuerunt ex decoctione pyretri, cuius vapor naribus si hauriatur continuo medetur. et fumigia eodem modo iuvare cognovimus, si melanthium cum fimo bovis vel asini carbonibus impositum naribus hauriatur.

nam et unguenta haec, ut experti sumus, capitis dolorem sedant. oniscos quos porcelliones appellamus, si in oleo decoqui facias et ex eo tepido caput infundas. sic peristereon herba oleo infusa medetur. et si storacem oleo resolvas tepido et ex eo caput infundas, multum iuvabit.

sunt et cetera adiutoria polyploca quae multarum specierum congregatione compecta sunt, ut trocisci diversi, emplastra vel antidota vel cetera quae ex variis virtutibus componuntur, sed haec magis facilia adiutoria adhiberi suadeo, quae sufficere arbitror causis supradictis capitis et querellis.

45 in dialimmate vero hoc est intervallo temporis quo causae vel passiones chronicae publicantur, cum quiescente dolore causa latet, dum commotionibus veluti transactis aeger sollicitus alias iterum reversuras attonitus formidat, tunc is catholicis adiutoriis imminendum est, quibus secundum naturam sanitatem reformando securus confidat

2 frequentissime *rB*: frequenter *b*. 3 ex *rb*: et *B*. 5 iuvare *rb*: hos iuvare *B*. si *Bb*: sic *r*. 8 oniscos *rB* (*Ps. Gal. XIV, 398 cf. Cael. chr. 1, 119*): sunisces *b*. porcellianos *b*. vocamus *r*. 10 peristereon: *sic rBb*. infusa *rB*: attrita et infusa *b*. storacem: *cf. gr. l. c.* 13 sunt—componuntur *rB*: *om. b*. poliploca *r*: políplaca *B*. 14 conpecta *B*, confecta *r*. 18 ſſ̄ (suprascriptis) *b* (*item infra v. 33 semperque sic vel s̄s̄ compendio scribitur in b*). capitis et querelis *Bb*: *om. r*. 19 dialimmate *r*, dialemmate *B*: declinatione (vero vel tempore quo . . .) *b*. *cf. 2, 117*. i. temporis *B*: i. t tp̄r (vel tempore) *rb*. eo (interv.) *add. B* (*non r*). 20 cronicae *rB*: cronię *b*. et conquiescentes dolores *r*, et cū quiescente dolore *b*: dum quiescente dolore *B*. 22—24 formidat—sanitatem *om. b*. 23 is: his *rB*. 24 securus *b*: futuras *rB*. confidat *rb*: —dit *B*.

commotiones minime profecturas. ergo omnibus querellis vel causis capitis indifferenter hoc temporis intervallo uno eodemque modo haec est cura et diligentia ministranda, omnibus hic modus est impendendus. vini continentia supradictis omnibus querellis capitis prodest. lactis aeque similiter acceptio fugienda est, quam maxime si cum febribus doleant. nam et dactylorum omnium multo magis. ventris purgatio frequentissima procuranda est, fricatio totius corporis quam maxime inferiorum partium femorum vel surarum, quibus exercitio calefactis ex superioribus causam omnem devocare valeamus. apoflegmatismos quibus caput purgandum erit convenit adhibere. convenit de naribus vel ex fronte sanguinis eos detractione relevari. nam et post rasuram capitis cucurbitas cum scarifatione saepe adhibuimus. cui ⟨et⟩ emplastrum infra scriptum convenit. [emplastrum capitis longa doloris valitudine laborantis in dialimmate. ficus pinguis in vino infundes unc̄ VI. lasaris

1 profecturas (?): profuturas *rBb*. 4 ⟨similis *add. b*⟩ hic modus *rb*: his modis *B*. 5 aeque (similiter) *B*, adaeque *r*: *om. b*. 6 acceptio—nam et *r* (*b*): *om. B* (*ubi sic b*: lactis similiter acceptio quam maxime fugienda est, si cum febribus caput doleat. nam et dactilorum omnium fugienda est dulcedo. ventris purgacio frequentius fiat. et fricatio totius corporis quam maxime inferiorum partium *etc.*). 9 *post* quam maxime *in textum rB falso loco inductum est quod margini infra auctor adscripserit* em(in— *r*)plastrum capitis (—ti *r*) longa doloris valitudine laborantis (—ti *r*). in diali(e *B*)mmate (*hucusque ex rubrica scribi videtur, sequi ipse textus, quem post v. 15 addidi cum b*) ficos pingues—novaculae. 11 devocare *rB*: evocare *b*. 12 *post* adhibere *add. b* talibus *longamque deinceps enumerationem hanc*: Betę radicis sucus . . . convenit *alterum om. r*. 14 scarifatione (—acione *b*) *rb*: scarificatione *B*. 15 adhibm̄ſ (—bemus) *b*. cui emplastrum i. s. convenit *B*, aut emplastra infra scripta convenit *r*: cui emplastrum hoc saepe convenit. qui (q̊) a nobis hoc modo conficitur *b* (*quod emplastrum supra habuerunt rB, cf. ad v. 9*). 17 ficos (*B*, us *rb*) pingues *brB*. infundes *bB*: —dende *r*. unc̄ (÷ *r*) VI. lasaris dragma (ʒ *r*) I. *rB*, VI. ÷ Lasaris ÷ I. *b*.

drachmam I, sagapeni dr. I, storacis dr. I galbani dr. II. omnia contrita fico commiscebis et uteris pro cataplasmate praecalefacto capiti post rasuram novaculae.] et frequentius etiam sanguisugas applicari conveniet.

46 at ego in hoc ordine curae etiam cycli beneficia non aspernabor omnia paene vetusta vitia percurantis, si tamen recto ordine peragatur, ut ieiunia in tempore vomitus ex radicibus, salsis aliquando perceptis, paroptesis, dropaces, sinapismi secundum usum et auctoritatem veterum adhibeantur, omnibus attamen propriis temporibus custoditis, ciborum quoque qualitatibus et ponderibus moderatis. utilia tamen esse suadeo etiam aquarum calidarum naturalium beneficia. peracto igitur cyclo aliqui ieran adhibuerunt quam Graeci picran appellaverunt, aliqui arteriotomian, aliqui etiam cauteres, ut ex his omnibus adhibitis confortent supradictarum causarum sanitatem fuisse plenam capiti reformatam, ne variarum curarum vel beneficiorum merita confutentur.

1 sagapini *rBb*. 3 *hic ubique numeris add. r* (*om. B*), ÷ (unc.) *add. b*. 2 trita *B*. fico comissis *r*, ficū cōmiscę b: sic cōmisces *B* (*cf. Th. Pr. 3, 6*). et uteris ... *B*: et diutius teris (tīſ). et emplastrū cat. p̄rasurā capitis inpones *b*. 3 capiti *B*: capite *r*. novaculae inferiorum partium femorum ... *rB* (*cf. supra ad p. 145, 9*). 4 et frequentius etiam (*sic B*, cui etiam frequentius *r*) s. appl. couveniet *rB*: *om. b* (*ubi statim seq.* Omnibus attamen proprius temporibus *etc.* (*ordine confuso*). 4 cycli beneficia (*sc. methodici*): *cf. Cael. chr. 1, 29 p. 578—80.* 6 percurantes *rB*. 8 radicibus salsis aliquando perceptio *rB*: radicibus. et cal' aq(a) potata *b*. 9 si (secundum) *add. r* (*et b, ubi sic* Hec omnia prospera et manifesta sunt. si secundum usum ...). 10 omnibus *om. r*. 12 attamen *r*. 13 iram *B*, geram *r*, yera *b*. 14 greci picran: ceteri picā (*sic*) *B*, ceteri pigram *r* (et postea pigr(a) *b*). 14 artheriotomian (—ā *r*) *rB*, ortheroto tomiam *b*. 15 ut ex *r*: ut *b*, et *B*. 16 confortent (*sic*) *B*, confortet *r* (confirmant *b*). sanitatem fuisset plena capiti reformata variarum *etc.* (*sic*) *r* (*haec v. 15—18 sic contrahit b*: nt his omnibus adhibitis ne beneficiorum merita confundantur. confirmant capitis sanitatem). 18 confutentur *r*: confunderentur *B*, —retur *r* (confundantur *b*).

sed quoniam aliquando aut aegrotantium inpatientia aut inperitia medicorum aut certe dum causarum magnitudini adiutoria non sufficiunt competentia, minime percurantur, et ex eo ad epilempsin supradicta capitis vitia devolvuntur, his etiam quae nunc possumus remedia vel adiutoria componamus.

XV. De epilempticis.

Variis nominibus haec passio pro sui magnitudine 47 nuncupata est. nam cum sit sola capitis causa, epilempsis appellatur eo quod statum sensus penitus alienet et quod mens propriae sedis extermina gravius attemptetur. unde antiquiores sub cuiusdam religionis imagine sacram passionem nuncupaverunt.

hos interea ante commotionem aliquando certa signa praeveniunt, aliquotiens casus occupat repentinus, quos ni hac passione violentius exagitari cognovimus. hi ergo commotionibus imminentibus nunc sua membra gravari praesentiunt, nunc crebris oscitationibus resolvuntur et ad omnes motus pigriores fiunt. tunc etiam oculos terribiles habere incipiunt, tunc stridor consequitur dentium cum praecordiorum tensione. distenti vel contorti cadescunt, diutius colliduntur. tunc omnium musculorum vel ner-

3 percurantur *B*: procurantur *rb*. 4 epilempsin *B* (epilepsias *b*), epilempsia *r*. supradicta *rb*: *om. B*. 5 quę *b*: quibus *rB*. nunc *B*: nos *r* (*om. b*). remedia *rB*: media *B*. 6 componimus *rB*, per ordinem disponamus *b*. 7 De epylempticis theodori prisciani *r*, De epilempticis XV. *B*. 8 sui *rb*: sua *B*. 9 e. app. eo q. *b* (*Gal*): e. quae ideo app. eo q. *rB*. 10 statutum sensum *b*. 11 propriae sedi (*sic*) *Bb*, propriae sedis *r*, *item* proprie sedis *Gal* (*i. e. excerpta Ps. Galeni ad Glauc. l. III. cod. Voss. lat. fol. 85*). extermina: —nata *rBbGal* 12 (*post* antiquiores) ypocratis scripta secuti *add. b*. 14 aliqua *b*. 16 hi *rB*: his *b*. 19 omnem motum *b*. etiam *rB*: iam *b Gal*. 20 consequitur *rb Gal*: prosequitur *B*. 21 cadunt et diutius *bGal*, cadescunt diutius *r*, cadescumutius (*sic*) *B*.

vorum spasmis et saltibus confringuntur, et vocis articulatae quadam confusione sonos magis et ululatus excludunt, ore et naribus exsecrabiliter spumant, et veluti dormientes cum sonitu pectoris gravius comprimuntur. desistentibus vero commotionibus praeteritorum omnium inmemores fiunt. his licet difficile pro causae magnitudine et pro ipsius professionis compatientia adiutoria quae competentia didicimus vel exercuimus non negantur.

48 in initiis ergo huiusce passionis frequenter eos vomere compellam, sternutamentis etiam provocatis eorum capita commovebo, ventrem his acri clystere procurabo. frequenter adhibebo flebotomum semper huius causae competens adiutorium. temporalibus vero in commotionibus ora spumantia molli spongia detergam, membra sollicite continebo spasmis commota vel saltibus, et lanis quae frequenter in ipsis commotionibus contorquentur infusis oleo sicyonio calido fovebo correcta. pinnas admovebo nitro et oleo infusas, ex quibus faciles vomitus procurabo. poterunt etenim ex hoc aut cibos aut pinguia flegmata digerentes velocius relevari. exceptis tribus diebus, quibus est in principio curae ieiunium indicendum, sucis tantummodo nutriendi erunt. aquam solam calidam bibent.

1 confringuntur *rB* (confranguntur Ga^l): constringuntur *b*. et articule vocis et ululatu (—lat Ga^l) excludunt: *sic* Ga^l *cum b*. 3 execrabiliter spumant (spumantes *b*) *rb* Ga^l: et sacrabiliter spumant *B*. 4 desinentibus *b*. 6 His licet—(8)negantur (*sic*) *rB*: His licet difficile pro causę magnitudine adiutoria competenter tradimus vel exercemus. et quę conveniunt non negantur *b* (*om.* Ga^l.). difficile *Bb* (*scil.* curentur): *om. r*. 8 vel *r* (*b*): aut *B*. 10 provocatis *rB*: acrioribus *b* Ga^l. 11 his *rb*: *om. B* Ga^l. acri *B*: acro *rb* Ga^l. procurabo *rb* (Ga^l ?): procuro *B*. 12 adhibebo *r* (—bis Ga^l.): —beo *Bb*. 13 temporalibus *rB*: advenientibus *b* Ga^l. *cf. 2, 39 etc.* in *r*: *om. B*. 14 molli *rb* Ga^l: uili *B*. detergo *rb*, —geo *B* (—gas Ga^l). 15 continebo: *sic rBb*. quae—contorquentur *rB*: *om. b* Ga^l. 17 correcta *B*, quod (q) recta *r*: correpta *b* (*om.* Ga^l.). pennas *rB*: ori pennas *b*, ori pinnam Ga^l. ad(m *r*)moveo *rBb* (amovebis Ga^l.). 20 digerentes *Bb* Ga^l..: egerentes *r*. 22 erunt *b* Ga^l: sunt *rB*.

hydromeli, vel apiata si fuerit, non negetur. in hac enim sollicitudine vini penitus praesumptio prohibenda est.

quiescentibus itaque commotionibus una cum accidentibus suis, ciborum humanior ordinatio, simplex attamen et digestibilis ordinanda erit. iam fricari vel exerceri debebunt, usus tamen veneris penitus inhibendus. solis calor et balnearum calidarum vapor arcendus est. cucurbitarum beneficia cum sanguinis detractione capiti adhibenda ordinamus. ordinabo dropaces, ordinabo etiam sinapismum, et omnem cursum cyclicum adhibendum esse suadeo. item escae locis imponendae sunt ustiones, arteriotomiae faciendae, quibus forte si possumus funestae huius passionis perseverantiam removeamus. huius etenim causae magnitudini maiora sunt et frequentia adiutoria providenda. nam quam plurimi sapientiores etiam fysicorum adiutoria providerunt, in quibus, ut etiam nos in nostro libello fysicorum comprehendimus, magna et veluti religiosa remedia procurarunt.

p. 148, 22 solam *r* (*ubi* aquā tē solā), solidam Ga^l: tonsilem *B* (*om. b*), *ubi* Aquam. hydromell'. vel apiata si f·). bibunt *ante corr.* (bibent) *r*.

2 prohibenda *b* Ga^l: adhibenda *B*, fugienda *r*. 3 commotionibus una c. acc. suis *r*: unde commotionibus suis *B* (3—6 *om. b qui reliqua in brevius contrahit* = Ga^l). 6 usus tameṅ veneris (cursus tamen vehemens *Neu.*): Ci sus tamen ventrius *B* (*om. b cum v. 3—6*). 7 calor *b* Ga^l, calorem *r*: calidioris *B*. et *om. r*. balnearum *rB* Ga^l: —orum *b*. 8 *reliqua* (*post* adhibendum est = *b*) *om.* Ga^l. 10 omnem cursum cyclum *r*, omne ciclicum (*sc. q. seq.* iter) *B* (9—10 *om. b*). 11 (esse suadeo) iter. (*sic*) sed locis imp. s. ustiones *B*, Item escas loci imponendae sunt ustiones *r* (*cf. b*: Cucurbitarum beneficia cum sanguinis detractione. capiti adhibenda est. Item (Īt) escę locis capitis. vel cauteres īponendi sunt. ex quibus . . .). arteriotomiā *r*, corteriothomię ustiones arteriothomię (*sic bis*) *B*. 13 removemus *rBb* (*corr. Neu.*). 13—18 *haec sic habet b*: Huic etiam causę maiores nostri frequentiora adiutoria provi⟨de⟩runt (!). 14 magnitudinis *r*. 16 nos in *r*: *om. B*. 17 fysicorum *B*: fiscicorum (*bis*) *r*. 18 procurare (*pro* r̄) *r*: procuravere *B*.

XVI. De scotomaticis.

49 Scotomaticorum et epilempticorum paene similis est in isdem casibus sollicitudo. simili mentis confusione alienantur, quantitate causae et magnitudine accidentium sola disterminantur. iuvenibus haec quam maxime et otiosis frequenter evenire consuevit. contingit etiam qui haemorroidarum sollemnes evitaverunt digestiones.

curae eorum licet epilempticorum sola sufficiat, tamen hoc ordine visitandi sunt. cum ergo commoveri coeperint, manibus eos continebo, auribus eorum exclamabo, easdem fortius defricabo, capillos evellam ex temporibus, odores naribus admovebo, ex puleio tunso vel origano aut sinapi cum aceto mixto procurabo sternutamenta. cibos in tempore competenti leviores dabo, et cetera omnia quae epilempticis ordinata sunt adhibenda erunt. unum superaddo quod hos frequenter ellebori acceptio liberavit.

XVII. De maenomenis.

50 Sunt certa insignia quae maenomenos produnt. primo ut cum sint sine febribus, caput sibi graviter dolore asse-

1 *tit.* De scotomaticis theodori prisciani III. *r*, De scot. XVI. *B* (*sine num. ut semper b*). 3 isdem *B*: hisdem *r* (*om. b*). simili *B*: similiter *r*. autem (*post* mentis) *add. B*. 5 sola disterminantur *rb*: solae terminantur *B*. et oc(c *b*)osis *b* Ga^l: perociosis *B*, ociosis (*ubi* et *pro* haec q. m.) *r*. 6 consuevit: consueverunt *rB* (solet *b*). qui emorroidarum (etmorroydarum *r*) *rb*: quibusdam emorroida verum (*sic*) *B*. 7 sollemnē digestionē *b* Ga^l (*ubi* —nes *B*). evitaverunt (—taverī *r*) *r B* Ga^l: —tarunt *b*. 8 cura eorum *rB*, causarum (*ad praeced. pertinens*) *b* Ga^l. licet et *r*. 9 commoveri *rB*: vexari *b* Ga^l! 10 eos *r* (*b*) Ga^l: *om. B*. auribus e. exclamabo: *sic rBb* (—bis) Ga^l. 11 evello *rB* (*cum vicinis om. b* Ga^l). ex temporibus *B*: et tempori *r*. 12 puleio *rB* Ga^l., —egio *b*. sinapi *rB*, —pe *b*. 13 mixto *r*, commixto *B*: trito *b* Ga^l. 14 et cetera omnia q. *r b* Ga^l: et ad cętera q. *B*. 15 ordinata sunt *r*: *om. B* (quae epil. conveniunt *simpl. b* Ga^l). 16 liberavit *rB*: —bit *b* Ga^l. 17 *tit.* De menomenis IIII. *r*, De m. XVII. *B*. 18 menomenus *r*, —nos *Bb*. Sunt certa insignia *rB*: Sunt ergo cetera signa *b* Ga^l, *cf. 2, 2.* primo *rB*: primū *b* Ga^l. 19 graviter *rb* Ga^l: *om. b*. dolore (*sic*) *rB*.

verent, sonitus suarum aurium expavescant. cum autem commoveri coeperint, aliquando cum hilaritate commoventur, aliquotiens irascuntur.

hos sollicite custodire conveniet et eis flebotomum adhibere. item post totius corporis varias purgationes fomentandum est caput eorum oleo nardino. et ordinandum est ut frequentius vomant, et cibis levioribus ex aqua calida nutriantur. alienationes vero eorum si cum risu fuerint, terroribus coercendi erunt, furorem vero mollioribus blandimentis lenire conveniet. interea eos ligaturis commodius custodiemus. cubiculum eis in inferioribus procurandum est, ne per commotiones praecipitio decipiantur. caput eis post fomenta olei nardini vel chamaemelini radendum est, item etiam scarifandum. convenit interea etiam sanguisugas adhiberi. transactis vero commotionibus et iam quietis passionis temporibus, ordo eis cyclicus ordinandus est, ut ex eo magnum beneficium consequantur. et si post haec adiutoria causae vel commotiones adhuc in suo statu permanserint, ut in illo nil

1 sonitus suarum aurium *r*, sonitus aurium *b* Ga^l: sonos s. aur. *B*. 2 aliquando cum iracundia *b* Ga^l. 4 flebotomum *r* (*b*): —mos *B*. 5 adhiberi *b*. post *B*: *om. r*. 6 est ut *r*: Et ut *B*. 7 et cibis *r* (libis *b*): ex cibis *B*. ex: in (aqua) *r*, et *Bb*. 8 alienationes (—nibus *r*) vero eorum si *rb et* (*om.* vero) Ga^l: ab alienationibus vero eorum quae *B*. 9 cohercendi (*sic*) *Bb* Ga^l (*non r*). erunt *rB*: sunt *b* Ga^l. si vero cum furore fuerint *b* Ga^l. 10 lenire *B*: linire *r* (liniri *b*). 11 custodiemus *Bb*: —dimus *r*. eis *B*: eius *b*, vero eius *r*. 12 commotiones precipicio decipiantur *rb*: commotionis pręcipitia d. *B* (ne per precipitium decidantur Ga^l). 13 camimolini *B* (camemilli *r*, camomilli *b*). 14 item *B*: ita *r*. scarifandum Ga^l (scarificandum *Bb*): scarifationes *r*. 15 adhiberi *r* (—re *b* Ga^l.): admovere *B*. *post* adhibere *b* (*om. v 15—17*) *haec addit* (*atque eadem fere* Ga^l): et si cum febres fuerint alienati . . . 16 quietis passionis *B*, quietes passionis (*sed corr. al. m.* passiones) *r*. ordo eis cyclus ordinandus est *r*: hordei ſcicli | ecore (*sic*) ordinandi sunt *B* (*quae cum asterisco sic apposuit Neu., nisi quod* ecori *dedit*). 19 permanserint *Bb Gal.*: perseveraverint *r*. ut inullo nichil asperius hęc ferantur *r*: in illo nil asperius afferatur *B* (*om. b*).

asperius afferatur, ea quae sunt prius adhibita identidem repetantur. si vero plus fuerint alienati et augmenta causae concreverint, incisio venarum in capite et ustio celebranda est. danda iera, dandum elleborum et cetera quae epilempticorum curis ordinata sunt.

hanc curam etiam entheasticis adhibere debebimus.

XVIII. De melancholicis.

51 Accidentia melancholicorum haec manifesta sunt. in principio causae salutis suae desperatione primo proponentes mortis desiderium frequenter coguntur in lacrimas, et deserta loca potius appetentes hominum incipiunt vitare consortia. aliquando rursus suam sententiam redamnantes vitae solatio delectantur. circa praecordia vero de assidua inflatione queruntur, et cum sudore totius corporis inportuno frigidos articulos saepissime patiuntur. privari se ob hoc etiam viribus naturalibus asseverant. indigestione frequenter stomachi fatigantur, ructus suos varios et insuaves perhorrescunt. color eorum nigrior fiet, et interiorum viscerum frequentius doloribus attemptantur.

52 unde omnem curam quam maxime stomacho delegabo, fomentis vel cataplasmatibus chalasticis imminendo. ventris officium prius inoffense procurabo, quo facilius etiam catharticis depurgentur. palaestra vel gestationibus solidius exerceantur. vini veteris et bene olentis accipiendi copiam praebeamus. cibos aptos stomacho maturiores et largiores convenit ministrare. declinantibus vero doloribus absinthii pontici decoctione iuvandi sunt. et aloes pulverem ieiunis in modum unius coclearis in melicrato dabo, similiter etiam et picran. si his adhibitis causa minorata non fuerit, flebotomum sub gemina detractione adhibebo. vomitus eis cum radicibus frequentius procurabo, etiam elleborum inter cibos aliquando dabo. misanthropis vero et adhuc hominum societatem fugientibus longas indico peregrinationes, et aut marina aut naturalia lavacra calidiora exhibebo frequentius.

1 ea quę *r*: et quae *B*. 2 si vero *rb*: sin vero *B*. alienati *b Ga^l*: *om. rB* (*ubi* plus fuerint et a.). 4 iera *B* (yera *b*): gera *r*. 6 in intheacis *B*, enthea anticis *b* (entheanticis *Ga^l*), intheaticis *r*. debebimus *r*: debemus *B* (nos convenit *b Gal.*). 7 *tit.* De melancolicis eidem prisciani. V. *r*, De melancholicis XVIII. *B* 9 causae *rb*: huius causae *B*. 10 in lacrimas *B*: et lacrimas *r* (lacrimantes *b*). 12 consortia *B*: societatem *rb*. 16 etiam *B* (*b*): autem etiam *r*. 17 frequenter *rb*: —ti *B*. 18 color eorum nigrior fiet *rb* (*cf. Cael. chr. 1, 182* color viridis cum nigrore): calor eorum interior fiet *B* (*cf. Cael. ib.* stomachi mordicatione *etc.*). 19 viscerum *B*: eorum viscerum *r* (viscerum suorum *b*). doloribus fr. attemptantur *B*, frequentius doloribus aptantur *r*, frequentius attemptantur (*om.* doloribus) *b*.

1 prebeamus *r* (potum accipiaut *b*): —bemus *B*. 3 Et aloe (—ę *b*) pulverem *rb*: Et aloes iubeo p. *B*. 4 ieiunis *r*: —nos *B*. 4 in modū *r*, in mod^s *b*: in maio (*sic*) *B* (*item Neu!*). 5 dabo *rb*: accipere *B*. Similiter etiam et pigra *b*, Similiter pigra *r* (*cf. 2, 92*): Similiter etiam ieram quam pigram veteres appellant (*2, 46*) *B*. 7 adhibebo *b*: —beo *rB*. vomitus *rB*: —tum *b*. cum *rB*: ex *b*. 9 Misántropes *B*, Misandropis *b*, Mirantropis *r*. hōīnū *b*: omnium (omniū *B*, om̄iū *r*) *rB*. societatem fug. *rb*: fug. soc. *B*. 10 indico *Bb*, iudico *r*. sed et maxima aut naturalia lavacra concedo lavari frequentius *b*.

XVIIII. De paralyticis.

Paralytici multis ex causis fiunt. etenim aut ex se 53
haec passio nascitur aut praecedentibus aegritudinibus comparatur. quae gravior et difficilior fiet, qua de praefatigatis corporibus consequitur.

. . . itaque si odoratus paralysin passus fuerit, caput prius est detondendum, dehinc oleo sicyonio fomentandum, praecedentibus interea fricationibus calentium sabanorum. his cucurbitae ventosae sunt imponendae, et apoflegmatis-

12 De paralisin. VI. *r*, De paraliticis. XVIIII. *B* (*et s. n. b*). 13 *cf. Cael. chr. 2, 1.* ex p̄ced. *r*. 15 quâ: quae *rBb*. q. de prefatis (*sic*) c. consequitur *B*, q. p̄fatigatis c. consequitur *b*: q. profatigatis c. superveniet *r*. 17 odoratus (?): *sic rBb* (*Gel. Neu.*). *cf. Cael chr. 2, 7. 37* (*qui inter* singulas partes in passione constitutas *cum multis aliis odoratum recenset*). *itaque ab initio hic intercidisse plura videntur.* paralisin *B*, —lisis *r*, ex paralisi *b*. 20 his ventose (*om.* cuc.) *b*.

mis competentibus medendi frequentius. sternutamenta assidue procuranda sunt ex odoribus acrioribus, quibus facilius possit pressa altitudo cerebri suscitari. nam et alia naribus eorum supponenda sunt ex vivo sulphure vel castoreo temperata cum aceto.

cynicos spasmos praeterea, qui ex oris vicinitatis molestia linguae et vocis officium frequenter intercipit, propriis curis corrigendus erit specialiter, gargarismatiis ysopi thymi sinapis cum oxymeli. cibis salsioribus nutriendi sunt et catharticis assidue relevandi. si sub hac sane diligentia parum medicina profecerit, venam eis sub lingua secabo. nec non etiam tardas confusasque eorum locutiones sub disposita provocatione compello, timores incutiendo ignis aut serpentis, ut correctiorem vocem tandem cogantur expromere. caput eorum liquido cerotario frequenter infundo ex castoreo peucedano et oleo laurino vel irino temperato. potionem ieiuno dabo ex castorei pulvere in modum coclearis unius cum melicrato. dabo ieran ex more, dabo et theriacam tempore competenti.

54 si autem frigoris causa paralysis obvenerit, ut plena

1 medendi *B*: mederi *rb* (*sc.* cenvenit). 2 procuranda *rB*: provocanda *b*. 4 alia (*sc.* odoramenta): allia (*sic*) *B*, colliria *rb*. *cf. Cael. l. c.* 5 cum aceto *r* (*cf. Cael. 2, 37*): *om. Bb*. 6 qnicon spasmus *r*, cenospasmus *B*, Qui cū spasmo *b* (*cf. Cael. chr. 2, 63 et 2, 8*). qui *r*: cui *B*, quia *b*. ex oris vicinitate molestia *r*, ex vicinitatis molestia *B*, (quia) vicinitatis molestia *b*. 7 linguę et (vel *B*) vocis *Bb*: lingue velocis *r*. iutercipit *rb*, —itur *B*. 8 specialiter *B*: —libus *rb*. gargarismatiis *B*, —ciis *r*: —tis *b*. 9 sinapi *rBb*. oximeli. cibıs *r* (oximelle. Cibis *b*): oximellicis *B*. 11 profe(i *b*)cerit *Bb*: profuerit *r*. 12 nec non *r*, nec n̄ *b* (*Neu.*): nec (*in fine versus*) *B*. confusasque *B*: confusionesque *b*, confossasque *r*. 13 timores *rb*: moris *B*. 14 ignis aut serpentis *r*: ignē aut serpentes *Bb*. correctiorem *Bb*: corruptiorem *r*. tandem *rB*: tandem aliquando *b*. 15 exprimere *r*. 17 (pot.) temperatam *add. B* (*non rb*). 19 ieram *B* (yera *b*), Gera (*om.* dabo) *r*. et (t.) *r*: *om. B*. 20 obvenerit *rB*: advenerit *b*. ut plena pars aliquando corporis (corporis aliquando *b*) attemptetur *rb*: ut lepra aliquando corpus attemptatur (*sic*) *B*.

pars aliquando corporis attemptetur, fricatione calida cubiculo tepefacto et acopis bene olentibus imminebo. conficio interea ex ruta viridi aut marrubio aut artemisia oleum non solum ad unguendum verum etiam ad lanarum infusionem, quibus membra post curam semper calidissime munienda sunt. cucurbitas interea locis pinguioribus admovebo. aquis chalasticis fomentabo ex puleio nepeta iri illyrica ibisco vel seminum decoctionibus. acopa vero adhibebo ex pice resina pipere vel euforbio adarce et oleo laurino coniectura medici temperata. exercitiis competentibus membra recolligo. frequenter ieran his dare convenit.

quibus vero sine sensu partes attemptatae deriguerint hiemis tempore aetate senili laborantibus, unguenta haec adhibenda erunt, ex scilla et euforbio thapsia pyrethro adarce et oleo glaucino. si loca emarcuerint diu hoc morbo vexata, cucurbitas dropaces lavacra et cetera adiutoria similia post cibos adhibebo quam maxime.

55 significo praeterea aliquando paralysin per solutionem obvenire membrorum, aliquotiens per contractionem. et quoniam haec accidentia sibi invicem contraria non

1 fricatione (—nē) calida (—ā *b*) *rBb*. cubiculo *rb*: cubili *B*. 3 interea ex *rb*: *om. B*. aut (marrubio) *b*: et *r*, vel *B*. 5 quibus: *ab hac voce denuo* (*post lacunam*) *incipit Gelenius p. 89*. calidissimis (calidis *B*) munienda *B Gel.*, calidissime munienda *r*, calidissime nutrienda *b* 6 pinguioribus: *cf. Cael. chr. 2, 21*. 7 ex *rb Gel.*: *om B*. nepita *rBb*. i(y *r*)ris illirica *rB* (yreos *b*). 8 acopa *rBb*: acopa vel unguenta *Gel.* (*cf. Cael. in eod. cap. chron. 2, 34*). adhibebo *r Gel.*: —beo *Bb*. 9 vel (euf.) *rB Gel.*: *om. b*. et oleo laurino *rbB*: laurino oleo *Gel.* 11 iera *B*, gera *r* (*om. b*). 12 q. v. sine sensu att. p. (partes att. *Gel.*) diriguer̄ (—rint *Gel.*) *b Gel.* (*cf. Gar. 5, 22*), q. v. sine sensu p. a. defruguerint *r*: q. v. sensum p. a. amiserunt *B*. 13 hiemis tempore etate senili *rb Gar.*, hiemis tempestate senili *B* (*cf. Cael. chr. 2, 1*): hiemis tempore aut aestate similiter *Gel.* 14 e scilla *Gel.*: ex squilla *Bb*, ex quille *r*. 15 (loca) vero *add. Gel.* emarcuerint *rb Gel.*: —runt *B*. 18 significo *rB*: significabo *b*, et significo *Gel.* paralisin *rBb*. 19 obvenire *rB Gel.*: venire *b*. 20 quoniam: quō *B* (*unde male* quomodo *Neu.*). haec *rBb*: *om. Gel.* sunt (*ante* non) *add. Gel.*

una diligentia visitanda sunt, eorum nunc curas determinabo.

collecta igitur membra et causae vi repentina contractione minorata omnibus chalasticis adiutoriis resolvenda sunt, mollibus manuum fricationibus et unguentis ex diversis adipibus et medullis quae possunt loca contrahentia relaxare. utor fomentis similiter aquarum chalasticarum ex seminum decoctione et althaeae radicibus. indico interea solam aquam calidam esse potandam, sane concedendum est aut apiatam aut hydromeli.

resoluta vero membra omnibus stypticis adiutoriis et frigidioribus colligenda sunt, siccis fricationibus, unguentis quoque mordentibus ex oleo cyprino vel calce viva euforbio castoreo adarce et similibus ceteris temperatis. nam et ligna iacentia subinde eos suadeo debere transcendere. sane si pes ex hac resolutione dimissus usum penitus denegaverit, lamminam plumbi prius unciarum trium articulis eiusdem pedis admovebo, in tertio die uncias singulas superaddens. hoc diebus XL servabo, ut illam ponderationem quae eo tempore creverit usu noverint sustinere.

1 visitanda *rb*: —di *B*. 3 et causa in repentina contractione dominante (*sic*) *b*. 5 manum (—nū) *rBb*. *cf. Esc. c. 22 (p. 34*[d]*)*. 6 possunt *r*, poss *b*: —sint *B*. 8 decoctione *rb Gel.*: —nibus *B*. potandam *rb Gel.*: bibendam *B*. 10 apiatam *rb*: apiatum *B Gel.* ydromelli *r*, ydromellum *B*, —melle *b*. 12 *cf. Gar. 5, 22 (ubi ex Escol. 22)*. 13 colligenda sunt (*post* mord.) *rep. Gel.* 15 ligna: *cf. Cael. chr. 2, 47.* suadeo *rb Gel.*: suadebo *B*. debere *ante r Gel., post* transc. *habet B, om. b.* 16 dimissus *rBb*: *om. Gel.* usum (—us *r*) penitus *rB*: usum penitus ambulandi *Gel.* (gressus penitus *b*). 17 denegaverit *rb Gel.* negaverit *Gel.* lamminam *B*: laminam *rb Gel.* (*ad rem Cael. l. c.*). plumbi *rbB*: plumbeam *Gel.* 18 eiusdem pedis *r Gel.*: eius pedi *B* (—dis *b*). in tertio die *rb*: in tertium diem *B* (intra t. d. *Gel.*). uncias singulas *rB Gel.*: singulas uncias *b*. 19 superaddens *rb Gel.*: —dis *B*. servabo ut illā *rBb*: serva. illa *Gel.* (*ubi* illa ponderatione). 20 eo *rB Gel.*: tanto *b*. creverit *rB Gel.*: —rat *b*. usu noverim (*sic*) *B*, usus (usum *Gel.*, usū *r*) noverit *rb Gel.*

post vero simili detractione plumbi super addita detracturus sum, quo pes ille qui ut colligeretur pondera sustinebat, eadem subductione relevetur. interea cotidie horis matutinis lammina detracta unguentis et ceteris adiutoriis imminebo.

hoc vitium plerumque etiam in oculis evenisse videmus. 56
nam pthisis et mydriasis certissima paralysis oculorum est. pthisis ex contractione vel deminutione pupillae contingit, ex dissolutione vero vel resolutione pupillae mydriasis, quam medici platycoriasin appellaverunt. diversis igitur earum accidentibus diversae curae disponendae erunt, ut altera fomentis et inunctionibus stypticis et constringentibus colligatur, altera chalasticis omnibus et nutrientibus relaxetur. sed de utrisque difficilis est mydriasis. in omnibus etenim generaliter causis frequenter facilius constricta resolvimus quam resoluta constringimus. de aquis vero naturalibus certissimum est quoniam dulcia semper et calida lavacra corpora relaxarunt, naturalia

1 simili modo d. *r.* *post* plumbi *add. Gel.* dibeus prioribus. 2 sum *om. b.* quo *rBb*: quod *Gel.* ille *r Gel.*: *om. bB.* qui ut colligeretur *r Gel.*: | ut colligaretur *b*, qui cum colligaretur *B*. 3 identidem (*ante* relevetur) *add. Gel.* 5 evenisse videmus (*sic*) *B*, ev. vidimus *r Gel.* (*Neu.*): cognovimus evenisse *b*. 6 ptisis (*mox* pthisis) *B*, (ptysis *rb*). moedriasis *B*, midriasis *r*, mitriasis *b* (*cf. Cael. chr. 2, 6. 16. Gal. XIV, 776*). *seqq. om. b usque ad alterum* mydriasis. 7 quae (*ante* pth.) *add. B.* constrictione *Gel.* tysis *hic r.* diminutione *rB Gel.* 8 ex. diss. vero vel res. *r*, ex res. v. vel dissolutione *B*: ex resolutione *Gel.* medriasis (*hic*) *B*, midriasis *r*. *item infra v. 13.* 9 medici *rB Gel.*: alii *b*. platafchoriafin *B*, platigoriasin *b*, platocoriasin *r*. appellaverunt *Bb*: —vere *Gel.*, appellarunt *r*. 10 earum: eorum *rBb Gel.* d. c. disponendae erunt *rB*: div. c. sunt disponende *b* (diverse disponendum erit *Gel.*). 11 inunctionibus *B*, inuntionibus *r*: unctionibus *b Gel.* 12 ch. o. et n. *B*: chalasticaminibus (*sic!*) nutr. *Gel.*, chalasticis rebus | nutr. *b*. 13 difficilis *rBb Gel.* (—lior *Neu.*). in o. etenim gen. c. *rb Gel.*: etenim gen. c. in omnibus *B*. 14 facilius *om. r.* constricta *rb Gel.*: restricta *B*. 15 constringimus *b Gel.*: constringamus *rB*. 16 (naturalibus) omnibus *add. r.* quoniam (quō *B*, q̄m *r*) *Gel.*: quia *b*. 17 relaxarunt *B* (—averunt *Gel.*): relaxant *rb*, *sed mox* collegerunt *rB Gel.*: (Naturalibus vero…) colliguntur *b*.

vero salsa vel bituminea vel sulphurea relaxata corpora collegerunt.

XX. De catarro.

57 Omnis catarrus sollicite visitandus est, cui origo de capite est et principium. derivatio etenim ex eo defluens per varias arterias continuo infundit quae attigerit loca et sui perseverantia neglecta debilitat. nam sub tribus differentiis ex hoc causae fiunt. fit in naribus cui nomen est coryza, fit in faucibus qui dicitur branchos, fit in thorace qui si diu permanserit et pulmones invaserit, pthisin penitus insanabilem facit. non praetereo interea quod ad inferiora cum se praeceps demiserit secum trahens vi et pondere materiam vitiorum, laesis frequenter praecordiorum vitalibus locis aliquas passiones transitu infigit et tandem desperata pedum loca occupat difficile removendus. sed quoniam prius omne corpus inquietat, et veluti quoddam pondus cum dolore omnes particulas corporis sine febribus

3 De catarron XX. *B*, De catarro (*sic b*) VII. *r*. 4 catarrus *r*, catarron *B*, catharrus *b*. 5 atque pr. *b*. 6 infundit: *sic rB et* (*qui seq.* 6—9 quae—fiunt *om.*) *b* (infunditur *Gel.*). quae attigerit *rB*: quae adtegere solet *Gel.* 7 sui *r Gel.*: sic *B*. *cf. Escol. c. 13.* 8 ex hoc *rB*: ex hoc hae *Gel.* 9 coriza *rBb*. qui (*sc.* catarrus): quę *b* (*sc.* derivatio = influxio *Cael.*), quod *B*. brancos *rb* (*Cael.*, *Esc.*): bronchos *B Gel.* fit etiam i. t. *Gel.* 10 qui: *sic rBb Gel.* invaserit *b Gel.*: inusserit *B*, (in pulmones) venerit *r*. tysin penitus ins. *r*, pthisin penitus ins. *B*: phthisin illam ins. *Gel.* (tysin ins. *b*). 11 non *rB Gel.*: nam *b*. quod (quia *rb*) ad inf. cum se *r Gel.* (*b*): cum ad inf. se *B*. 12 se pr. dimiserit *r Gel.*, se pr. dimerserit *B*: se precipitaverit *b*. 13 et (praec.) *add. r*. 14 aliquas passiones (—nis *r*) *r Gel.*: aquas (*sic*) passionis *B* (*sc.* facit et has passiones ut aliquando pleureticos aliquando peripleumonicos faciat *b*). 15 desperata *B*, desperato *r*, disperato (*sic*) *b*, disperata *Gel.* sed quoniam prius *r Gel.*: sed primum quoniam prius (*sic*) *B* (Et quia prius *b*). 16 et *B*, ut *r*: *om. b Gel.* 17 cum dolore *rBb*: cum sensu vel dolore levissimo *Gel.*

apprehendit consensu eiusdem reumatis descendentis, capite quam maxime prius similiter sollicitato, cui cum ceteris vicinis et proximis membris hanc diligentiam interim ordinamus, insequenti etiam specialem pulsatis vel occupatis partibus designabo.

omne igitur corpus calidis et siccantibus unctionibus 58 perunguemus, cubiculo munitum calefacto, operimentis etiam insuper lanarum mollium infusarum. caput quam maxime morborum omnium causam frequentius curo calido oleo cyprino vel laurino sive gleucino. conveniet interea per initia reumatizanti diuturnam quietem indici, conveniet similiter etiam ciborum quam maxime potionis ⟨continentia⟩, sub cuius detractione sitis multum profuit procurata. sed magis longo intervallo vinum largius cogantur accipere, salsos quoque cibos, quo sub utrisque coacta ebriositas siccans protinus medeatur. ventrem prae om-

1 apprehendit *rBb*: —dens *Gel.* consensu *r*, consensū *b*, concensu (*sic*) *B*: cum sensu *Gel.* descendentis capite *rB Gel.*: de capite descendentis *b*. 2 similiter *rBb*: *om. Gel.* cui *sic rBb Gel. abhinc habemus codicem Vat. cuius incipit f. 31* | cui cum ceteris . . . 3 vicinis: *sic rVBb* (vitiis *Gel.*). 4 specialem: *sic rVBb* (*om. Gel. qui post* partibus *addit* quid expediat). 7 perunguemus *r* (—guimus *B*, —gimus *Vb*). munito et calefacto *rVB Gel.* (calefacto et munito *b*). op. etiam (autem *r*) super lanarum (lamnarum *V*) m. i. *rVB Gel.*: Cooperimentis et lanarum m. i. quam maxime toraci ex nardo vel cyprino cerotaria aut anetino oleo (*sic*) *b* (*cf. Cael. chr. 2, 97* appositis lanis . . . mollibus oleo . . . praetinctis colla circumdantes et thoracem). 8 maxime *b*, quam maxime *r Gel.*: *om. VB.* 10 gleucino *V*: glaucino *rBb* (vel cucumeracio *add. Gel.*). interea *rBb Gel.*: *om. V.* 11 reumatizianti *V.* indici *rB Gel.*: indicii *r* (indico *b*). convenit *r*. 12 ciborum q. m. p. continentia (*sic*) *b* (cibus sine potione *Gel.*): quam maxime potiones (potio *B*) *VB*, ciborum q. m. potionibus *r*. 14 longo intervallo vinum largius cogantur accipere *r Gel. et* (*ubi* vinum *post* cogantur) *b*: *om. VB.* 15 salsos q. cibos *rV* (*b*) *Gel.*: salsus q. cibus *B*. quod *r*. utrisque coacta ebriositas *b*, utriusque (utrisque *Gel.*) coacta ebrietas *r Gel.*, utriusque coactio (coactione *B*) ebriositas *VB*. 16 siccans *rVBb*: sui natura desiccans *Gel.*

nibus purgandum admoneo. sane cum his adiutoriis humanius causa profecerit, unguentis tunc supradictis cum tali fricatione imminebo ut palaestrae exercitium imitemur, quam maxime ut inferiora fortius defricentur. evocatus etenim de superioribus reumatismus sollicita superiorum loca quae cum periculo attemptare poterat derelinquit, et sub civili aegritudine medicinae iam beneficio repugnamus. unguenta supradicta cum opobalsamo temperata dabo. dabo potionem vini et mellis ex aequo ubi rutam viridem decoquam, dabo ubi etiam pyrethrum, dabo ubi piperis pulverem aspergam.

59 interea cum nares occupaverit, admotis odoribus ex melanthio mitigabo et easdem frequenter unctionibus superioribus tango.

si fauces inquietaverit, gargarismatiis stypticis imminebo quae in primo faenomenon ordinata transegimus, perseverantibus sane adiutoriis capiti totoque corpori unguentis superioribus.

si thoracem occupaverit, loci naturam vel vicini pulmonis intuens sollicitius visitabo unguentis et ceteris supra

1 cum *rbVB*: si cum *Gel.* 3 im(n *V*)minebo *rbVB*: imminendum est *Gel.* imitemur *rb* (imitetur *Gel.*): inm(imm. *B*)inetur *VB*. 4 quam maxime ut inf. *r Gel.* (et quam maxime inf. *b*): Quō maxime ut i. *V*, quō (*i. e.* quoniam) maxime opus est (*add.!*) ut i. *B*. 7 beneficium *V* (—io *B*, —iis *r Gel.*). 8 unguenta —temperabo *om. b* (*ubi* Post dabo potionem vini ... r. v. dequoquam, *omissis q. s. ad v. 12* Interea). temperata (—to *V*) dabo *VB*: temperabo *r Gel.* 9 ex equo (—qui *V*) *rbVB*: aqua mixta *Gel.* dequoquam *b*, decoquo *r*: coquo *VB Gel.* 10 ubi etiam *V Gel.*: ibi etiam *rB*. dabo ubi *r*: do ubi *VB*, ubi (*om.* do) *Gel.* 12 admo(n *b*)tis *Bb*: amonidis *V*, ammotis *r* (*om. Gel.*). 13 easdem *rVb Gel.*: itidem *B* unct. s. tango *rVb Gel.*: cum unct. s. dandi sunt *B*. 15 gargarismatiis *VB Gel.*: —tis *rb*. 16 primo *rBb Gel.*: —ma *V*. fenomoeno *V*^c (*ex* fenno. moneo *V*), fenomeno *B et* (*qui add.* libro) *rb* (phaenomenon *Gel.*) *cf. I cap. 17.* 17 totoque (*sic*) *rVB Gel.* (*om. b*). 19 polmones vicini *r*, vicina pulmonis *b*. 20 intuens *B* (considerans *Gel.*): intuentes (*sic*) *rVb*. unguentis *rb Gel.*, ingentis *V*: instans *B*.

dictis imminendo confectis cum opobalsamo, quo de altitudine ad thoracis superficiem revocare possimus reumatismum.

si tussicula supervenerit, quae mala vicinitate quasi quadam contagione sollicitat, habita consideratione ad inferiora umor ille ne in thorace diu resideat deponendus est. perseverantibus attamen prius adiutoriis ordinatis, superaddo plantas eorum pice liquida tangi debere, et fricari unguentis supradictis eam partem pectoris admotis proxime carbonibus, quo plus aut evocare in superficiem aut loco siccare reumata valeamus. interea licet etiam constrictionis molestia saepe praevaleat, ut flegmata difficilius egerantur quorum digestio tussientes relevare consuevit, his ecligmatia vel potiones dari faciam ex origano thymo ruta viridi cum melicrato aut melle despumato confectas et ex pinguium ficorum decoctione cum oxymeli. et si identidem, umoribus multum solutis, fluxus sputorum inquietudines et vigilias procurarit, tunc ad eorum coagulationem vel digestionem sucum ptisanae vel alicae dabo, aut lentem cum melle coctam, dabo omnes pultes cum

1 imminendo: inminebo *Gel.*, inmineo *rb*, inmensa *VB*. quo de *B Gel.*, quod (q) de *r*: quod (alt.) *V*, quo (q̊) *b* (*ubi* altitudinē). 2 revocare: *sic rVBb* (evocare *Gel.*.) 4 quae (qua *r*)—sollicitat *om. b*. 5 contagione *VB Gel.*: concitatione *r*. sollicitat *VB*: —tet *r Gel.* ad inferiora *rb Gel.*: *om. V* (*ubi* vel humor) *et B*. 7 est: erit *Gel.* prius: prioribus *b*. ordinatis *rb Gel.*: *om. VB*. 8 sane (*post* superaddo) *add. Gel.* (*non rbVB*). 9 supra scriptis *r* (ſſ *b*). eandem partem corporis *b*. 10 evocare *rVB Gel.*: revocare *b*. 11 loco *rVB Gel.*: locum (siccare a reumate) *b*. 12 constrictionis *r Gel.* (*b*): contritionis (—nes *V*) *VB*. 13 tusigentes *V*. relevare *r Gel.*: revelare (*sic*) *VB*. 14 eligmathia *V* (—tia *Gel.*), elimathia *B*, elecmatia *r*. 16 et ex *r*: ex (...decoctione) *V Gel.*, et (... decoctionem) *B*. 17 solutis *rB Gel.*: solutum *V* (*haec in brevius contracta habet b, qui om.* quorum—umoribus *v. 13—17*). 18 procurarit *V Gel.* (—raverit *r*, —raverint *b*): —bit *B*. 19 alicae *rBb*: calice *V*. 20 lentem *rVB Gel.*: lenticulam *b*.

pipere, dabo salsamenta quae volent, dabo in noctem antidota de pipere murra storace galbano opio cum melle attico temperata, quae et coagulare valeant flegmata, et somnos invitent qui sui natura et soluta constringant et beneficio praesentiae tussire minus faciant dormientes.

60 monitum te interea volo omnia loca quae reumate facilius infestantur, superioribus adiutoriis imminentibus posse facilius desiccari. quae si forte vetusta et perseverantia exegere adiutoria, tunc ad cycli beneficia decurrimus. novimus etenim causis difficilibus magnis medicinae remediis obviari.

igitur quoniam aliquando diu pertinax reumatismus, adiutoriis medicinae desistentibus, quae aut locorum aut substantiae aut certe medicorum inopia saepe contingit, pulmonibus ustionem infigens pthisin paene incurabilem facit, huic nunc pro causae magnitudine vel praeiudicio temporis curam ut possumus et diligentiam ordinamus.

1 volent *r*: volet *B Gel.*, volit *V* (voluerint *b*). noctem: nocte *rVB Gel.* antidota *rbB*: —dotia *Gel.*, anthodocia *V.* 2 de pipere myrta *etc. r*, e pipere m. *etc. Gel.*, pip m. *etc. b*: dabo pipere murra storace galbanum obphio *V*, dabo piper et myrram storavem galbanum apium *B.* 3 temperata *rbB*: —tis *Gel.*, —tas *V.* 4 invitant *V.* qui *rVBb*: quae *Gel. et Neu.* constringat *r.* 5 presentiae *r* (praesenti *Gel.*): praestatiae *V* (*ubi sic* praest$\overset{n}{\text{ạ}}$tiaetussire ...), —stanti V^c*B* (*om. b*). minime *r.* faciant *Bb Gel.*: —ciet *V*, —ciat *r.* 6—11 *solus habet Gelenius* (*ex cod. nunc deperdito*) *cf. 2, 6 et infra 114.* 13 quae (*sc.* inopia) *rVBb*: quod *Gel.* (*Neu*). aut locorum aut substantia (substantiae *B*) *rVB*, aut locorum substantia *b*, aut locorum ratione aut substantia *Gel.* 14 inopia *rVBb*: inopia vel imperitia *Gel.* sepe (—ae *V*) contingit *rVb Gel.*: contingit *B.* 15 infigens et tysin *rb*, figit pthisin *VB*, infigit et phtisin *Gel.* incurabilem *VBb*, penè incurabilem *Gel.*, penę insanabilem *r.* 16 preiuditio *V*, pręiudicio *B* (*Gel.*): pro(p)iudicio *b.*

XXI. De pthisicis.

61 Pthisicos et apoplecticos una sub sorte vel condicione medicina desperat, licet et veterum sententia sic fuerit definitum. unde per initia eos ut possumus medicinae remediis iuvamus. chronicos vero plena iam sub desperatione, non iam ut medicorum medelis, sed magis tantum amicorum solacio visitamus. ergo per initia spe sub qua futuros nos omnes labores impendimus, hoc ordine pthisicos curo.

febrium ergo frequenter his ex necessitate accidentium tempora considerans cibos et adiutoria ministrabo. consuerunt enim sub quodam veluti typico charactere vespertinis magis febribus admoneri, ut aliquando cotidie aliquotiens circa diem tertium moveantur. cibos itaque sorbiles dabo, et si virium alia nos cura constrinxerit, concedo etiam solidiores, pultes quas volent, agnorum cerebra vel haedorum, acrones caprarum sive porcorum vel sucum ubi supradicta decoxerint aut certe aplozomon ex salibus oleo et aneto et aqua ubi eaedem ungulae supra dictae maduerint. dabo caponum maiorum testes, dabo

1 *tit.* De tisicis theodori prisciani VIII. *r*, De pthisicis XXI. *VB*, De ptisicis *b.* 3 medicina *rb Gel.*, —nae *VB.* despirat *V*, desperat *rB*: disperat *b Gel.* 4 diffinitum *V.* medicinae *rbBV*: *om. Gel.* 5 remediis *Vb Gel.*: —dio *rB.* iuvamus *rVB*: adiuvamus *b Gel.* (vero) tysicos *add. r.* sub plena d. (*om.* iam) *b.* 6 medellis *V*, medelis *Bb*: officio *Gel.*, offitiis *r.* magis *rVBb*: *om. Gel.* 7 solatio *VB Gel.*: solaciis *rb.* spe sub qua (quo *r*): *sic rVB et* (spei) *Gel.* (*ubi b*: sub quacunque futurorum spe. ōs (omnes) res laboꝝ mōꝝ impendimus). 8 nos omnes *rVB*: omnes nos *Gel.* 13 ammoneri: *sic VB* (admoneri *Gel.*), āmoveri *r*, admoverim (*sic*) *b.* 15 alia *VBb Gel.*: aliqua *r.* 16 volent *rB*: volet *Vb Gel.* 17 acrones *rVBb Gel.*: acra *Cass.*, *Cael.*, *Musc. etc.* (= capita et pedes — *al.* capita pedum — porcellorum aut hedorum *Esc. 17 = Gar. 2, 5*) = *infra* ungulae (*cf. Esc. 18* pedes porcellorum rostra aures. *Cass. 40 p. 92, 14* cephalopodas). 18 supra scripta *r* (= s̄s̄ *b*, *ut v. 19 b*). aplo zomon (*sic*) *V* (*Gel.*), aploiomon *r*: apozimon *B*, —ma *b.* 19 oleo et aneto *rVB Gel.*: oleo anetino *b.*

columbos matri subtractos, dabo pisces asperos, dabo conchylia in embammate ex aniso ligustico pipere et similibus ceteris melle et aceto commixto.

62 desistentibus forte iam aliquando febribus, etiam salsamenta ministro. tunc iam totius corporis fricamentis siccis prius, ut palaestra, pro virium consideratione uti conveniet, quam maxime capitis gutturis vel thoracis. omnibus his utor, omnibus adiutoriis immineo, necubi natura consentiente corpus omne iam reumatismo plene possessum aliquatenus valeam desiccare. dabo antidota ex pipere, dabo theriacam cum melicrato, dabo dia prassiu. adhibeo epithemata simili sub virtute operantia, quae calefaciendo loca desiccare contendant. caveant aerum nimietates, caveant aestus et frigora. et si sub proxima desperatione iam nos obsederit naturae fragilitas, escas et cauteres partibus thoracis infigo, necubi factis et patefactis vulnerum meatibus forsan eorum digestionibus releventur.

1 subtractos *VBb Gel.*: subductos *r*. 2 embammate *sic rVB Gel.* (ēbemate *b*). aniso *b Gel.*: aneso *rVB*. ligistico *V*, livistico (*sic*) *r*, libistico *B*, liuestico *b*. 3 commixto: *sic rVB Gel.* 4 forte aliquando iam *VB*: forte iam aliquando *Gel.*, forsitan aliquando *r*, vero iam aliquando *b*. 5 ministro *rVB Gel.*: ministrabo *b*. iam *rb Gel.*: *om. VB*. fricamentis *rb Gel.*: siccamentis *VB*. 6 prius ut palestra *rV Gel.* (prius palestra *b*): prius ut in palestra *B*. 8 omnibus—adiutoriis: *sic rVBb Gel.* necubi: *sic rVBb Gel.* 10 antidota *rBb*: —dotia *V Gel.* (*ut supra etc.*). 11 tiriacam *V*, tyriacam *rBb*. diaprassiom *Vb* (—sium *Gel.*), diaprasion *B*, diuprassium *r*. 12 adhibeo *rVBb*: —bebo *Gel.* epithima *Vb*, epi(y *r*)themata *rB* (—tia *Gel.*). 13 loca desiccare *VBb*: desiccare loca *r*, siccare loca *Gel.* aerum (*sic r Gel.*, cerū *V*, earū *b*) nimietates (—is *V*) *rVb*: ////uerni & autūni ętates *B* (!). 14 caveant (*iterum*) *rVBb*: : *om. Gel.* proxima *rVb Gel.*: summa *B*. 15 escas *rVb Gel.* (*cf. 18*): iscas *B*. 16 necubi *rVB Gel.*: ut *b*. 17 forsan (—am *V*) *VB Gel.*: forsitan *rb*. releventur *rB Gel.*: revelentur *Vb*. *hic multa adduntur* (*per versus 62*) *in b*: Si nimia tussis fuerit. herbe vethonicę . . . *eadem inter Prisciani capitula quae Pseudo-Galeni libro III. Leidensi in fine addita fuerunt, testante indice olim legebantur. etenim qui ea collegit habuit Prisciani codicem Berolinensi aequabilem.*

XXII. De sanguinis emissione interiorum.

63 Sanguinis effusio licet pro locorum qualitate aliquando salubris existat, attamen generaliter omnes cum horrenda et terribili inspectione visitantur. fit itaque locis diversis sanguinem emittentibus sub trina vulneratione causatio. fit primo crepido, fit insequenti putredo, fit ex utrisque superioribus eiusdem loci vel venae patulum orificium incurabile. locorum itaque emittentium nomina curis interpositis designabo.

cum ergo ex meningae partibus sanguis eruperit, qui vapore quodam cum saltu venarum inconsueto et dolore totius capitis publicatur, hoc pacto constringendus vel prohibendus erit. detonsis capillis eidem meningae pulvis turis masculi vel mannae eius aut naxii aut amyli aut lemniae aspergendus est, aut cum aceto mixtus inliniendus. huic fotus ex oleo roseo infrigidato adhibendus est, aut ex sucis herbarum specialiter stypticarum, ut est arnoglossus, strychnum, portulaca, rubus, rosa sicca vel cetera. cibi vero calefacientes meningam prohibendi sunt.

1 *tit.* De s. emissione interiorum *VB Gel.*, De s. em. ex interioribus *b*, De s. effusione de interioribus *r* (*qui tamen in ind. dedit* De s. emissione de interioribus). 4 visitantur *rVB Gel.*: visitamus *b*. 6 utrisque *rVb Gel.*: utriusque *V*[c] *B*. 7 loci uel: locriel (*sic*) *V*. 10 meninge *Vr*: mininge *bB* (*sic etiam r v. 13*). 11 inconsueto *rb*: cum sudore *VB*, inconsueto cum sudore *Gel.* 12 capitis *rVB Gel.*: corporis *b*. prohibendns *r Gel.*: cohibendus *VBb*. cohibendus culi uel mannae *etc.* (*sic*) *VB* (*Neu.*), *omissis quae habet cum r etiam Gelenius ex codice qui similis fuerit archetypo codicis b, ubi haec*: cohibendus. Erit detonsis capillis eidem meningę pulvis. libani vel liannę (*sic*) eius aut mirta aut milli aut leminie aspergendus aut . . . 13 pulvis *b Gel.*: *om. r*. 14 turis masculi *r Gel.* (*unde post lacunam* culi *VB*): libani *b*. naxii *Gel.*: naxi (riaxi *V*) *rVB*. amyli *Gel.*: amali *V*, amili *rB*, milli *b*. lemniae: *sic rVB Gel.* (leminie *b*). 15 (asp.) erit *Gel.* (est *rVB*, *om. b*). (inl.) est *rb Gel.*: *om. VB*. 16 infrigdato *rb*. 17 exsucis (exucis *V*) *rVb*: de sucis *B*. stypticarum (estipticarum *V*) *rVb*: et stipticarum *B*. arnoglossus (*Gel.*, —sa *Bb*, —sū *r*) estrignum (strigno *b*, strignon *r*, et nigra *B*!) portulaca . . . *V*. 18 rubus *rVB*: *om. b Gel.*

64 cum de oculis haemorragia emerserit, aqua frigida vel pusca defricandi erunt, insequenti vero murra pingui inunguendi sunt, et cetera quae in subiectis venis crepantibus adhibemus.

cum de auribus sanguis eruperit, aqua his vel pusca frigida infundenda erit, et cetera quae oculis facienda esse ordinavimus.

cum de naribus eruperit, faenomenon libellus superior omnem earum curam edocebit et instructionem.

cum de faucibus vel gutture vel de palato eruperit, sucis frigidis vel stypticis insistemus.

cum de uva eruperit, pusca primo frigida imminendum erit. quae si minime valuerit prohibere, virgulam auri vel argenti ignefactam loco sanguinanti suppono, ut ex hoc cautere protinus compescatur.

cum vero de stomacho obvenerit, dabo ad massandum glycyrizae surculum, dabo symfyti radicem, dabo cummi, dabo tragacanthum, dabo puscam frigidam ubi naxii pul-

1 emu(o *B*)rragia *V*. 2 pusca *VB*: spuca *b* (*item infra v. 5*), posca *Gel.* defricandi *rVB Gel.*: infundendi a foris vel defricandi *b*. erunt *rVBb*: *om. Gel.* mora (myrra *r cf. 99*) pingui inunguendi (—gendi *b*) *rVb*: mora pinguia inunguenda *B* (*cf. Diosc. p. 81. 78 Lips.*). 3 sunt *rVBb*: erunt *Gel.* et cetera: *sic rVB Gel. et* (et c̄) *b. cf. v. 6.* in subiectis (—lectis *V*) *rVB* (sub̓tis *b*) = infra (*ubi?*). 4 adhibemus *rb* (—bebimus *Gel.*): adhibuimus *VB*. 8 crepuerit *r* (*solus*). fenomenis (*sic*, phaenomenon *Gel.*) libellus superior *VB*, foenomenus libellus *r*, fenomenus liber primus *b*. 9 edocebit *rVB*: docebit *Gel.*, te docebit *b*. 10 de gutture *b*. de (*ante* p.) *om. r Gel.* (aut de palato *b*). 11 insistimus *Gel.* (—temus *rVBb*). 12 eruperit *r Gel.*, sanguis eruperit *b*: *om. VB*. 13 virgulam *B*: —la *rVb Gel.* 14 ignefactam *rB*: —ta *rVGel.*, ignita *b*. sanguinanti *rVB Gel.*: sanguinis *b*. ex hoc *rVBb*: *om. Gel.* 15 compescatur *rb Gel.*: —pescat (*omisso compendio*) *VB*. 16 ad marsandum (*sic*) *V pro* ad massandum *Gel.*, ad masandum *r*: ad demasandum *b*, ad masticandum *B* (*cf. διαμασσώμενον Diosc. 3, 5*). 17 gliciridiae *V Gel.* (gliquiriciam *b*), liquiriçie *B*, liquiritie *r*. simfite *V*, simphitu *r*, simphyti *B* (senticis *b*). cummi (*cf. Cass. 29 et ib. ind. s. v.*): cummen *V*, gummen (gūm̄) *r*, gummi *B* (*om. b*). tragacantum *V*, dragagantum *b*, dragantum *rB*. naxi *rVB*.

verem aspergo, dabo similiter amylum tritum, dabo reum ponticum. dabo etiam cum sucis herbarum stypticarum quas superius memoravimus, cibos vero stypticos aut ex oryza aut ex lente vel sucis earum, in quibus illa styptica concoquenda erunt. dabo interea mala cydonia, dabo thebaicos, sorba quoque et castaneas, vel eorum decoctiones. his etiam dia codion convenit in noctem accipere. nam et epithemata styptica conveniunt, ut est aut dia iteon aut dia foenicon, aut certe barbara quae de bitumine iudaico conficitur.

cum de thorace emiserint, quod sollicite visitandum 65 est, primo flebotomus adhibendus est, et cibi ordinandi sunt superiores, qui de stomacho iactantibus ordinati sunt. eorum vero articulos vel extrema femorum fasciolis competenter astringo, spongiam vero pusca frigida infusam thoracis partibus adhuc calentibus superimpono. imminebo huic adiutorio diebus continuis quinque frequentius immutando. post vero emplastris uti nos conveniet superius ordinatis de stomacho iactantibus, super quae commodius lanas sucidas superimponimus oleo quoque murteo vel lentiscino mixto cum aceto. si his adhibitis sanguinis ad-

2 reoponticum *V*, reuponticum *rBb*. cum sucis *rVBb*: sucos *Gel.* 3 stipticos *rb*: tipticos *B*, tip[o]ticus *V*. 4 earum: eorum *rVBb Gel.* concoquenda *rVGel.*: coquenda *B* (*b*). 5 erunt *rb Gel.* (—er̄ *b*): erant *VB*. interea: interam *V*. 6 the|ibacor (*sic circa finem versus uterque*) *VB*, thebaicos *Gel.* (*cf. Diosc. p. 250, 3 Lips.*): thebaicos (thebaidos *r*) dactilos *rb*. sorba *rBb*, surpa *V* (sorpa V^c). eorum *rb Gel.*: orum *V*, horum *B*. 7 noctem *Gel.*: —te *rVBb*. 8 epithemata: epithematia *r*, &himtia *in ras. V*, eligmatia (*ex coniect.*) *B* (epytima *b*). diaiteon a. diafenicon *r*, diaueon aut diafinicon *b* (dia theon a. diaphoenicon *Gel.*): diateon aut asticon *VB*. 11 cum *B* (cum vero *rb*): *om. V*. amiserit *V*, emiserint *r* (sanguinem emiserint *b*): emerserit *B Gel.* 12 est *VBb*: erit *Gel.* primo *r Gel.*: primum (*hic*) *VBb*. flebotomus *B*: flebothomū *rb* (*Gel.*), flemorthomum (*sic!*) *V* (*sed* adhibendus *VBb*, —um *r Gel.*). 13 superiores—sunt *add. r Gel.* (*b*, *nisi quod hic* s. quos d. s. i. sunt ordinati): *om. VB*. 14 fasciolis *rb Gel.*: fasciculis *VB*. 20 oleo . . . mirtheo *etc. V* (*Gel.*), oleo . . . myrtino (mirtino *b*) *rb*: oleum . . . mirteum *B*.

huc perseveraverit insolentia, detracto aceto vinum est commiscendum. accedentibus vero febribus si etiam tussicula coeperint inquietari, cataplasmandi sunt de subiectis, ut sunt dactyli sorba rosa sicca flos mali granati acacia hypocistis alumen. omnia haec simul aut quae inveniri poterunt in sucis rus syriaci coquuntur et temperantur. horis vero is quibus sanguinem emittunt, ex decoctionibus supradictarum specierum aut inmaturarum uvarum aut mollium vitium acremonorum aut polygoni aut castanearum ingero potiones.

cum autem de pulmonibus haemorragia emerserit, quod nimium periculosum est, sub gemina vel trina sanguinis detractione flebotomum adhibere nos conveniet, et is omnibus imminebo quae de thoracis partibus emittentibus ordinata sunt, tam in cibis quam in ceteris adiutoriis. hos interea cum aliquid proficere agnoverimus, unctionibus et gestationibus vel fricationibus, quibus membra inania nutriantur, mediocriter perunguimus.

66 cum de partibus sane muliebribus sanguis eruperit, his in gynaeceon libello quid expediat sequenti lectione

1 insolentia *rVB Gel.*: molestia *b.* acce(i *rV*)dentibus *Bb Gel.* 3 coeperint: —rit *omnes, sed* inquietari *rVB*: —re *b* (*ubi* tussiculā) *Gel.* 5 ipoquistida *B*, ciporcitida *V* (hypocistida *Gel.*), ypoquistidos *b* (*cf. 2, 102*). poterunt *b Gel.*: poterint *r*, potuerint *VB.* 6 rus: roris *rVBb Gel.*: et temperantur *om. B.* 7 is: his *rVBb Gel.* emittunt *rb* (*Gel.*): *om. V*, detraho *B* (!). aut mollibus (mollium *B*) vit(c *V*)ium acrimonio(a *B*)rum *VB*: aut in molliores vitis cimas *r*, aut uitium molliores cimas *b* (*quo verbo graecum ἀκρεμόνας videbuntur explicasse*), aut mollibus vitium foliis vel racemis aut capreolis *Gel.* 9 poligonia *V*, —ii *Bb.* 11 cum autem de p. hoc emerserit (h̄ merserit *r*) *rVB Gel.* (cum autem sanguiuem de p. emiserint *b*) *cf. 2, 64 in.* 14 is: his *rVBb Gel.* (*nisi forte* his *scil.* emittentibus imminebo omnibus *etc.*) 14 emittentibus *b*: eminentibus *rVB* (*om. Gel.*). 16 proficere *rbVB*: nos de eorum salute proficere *add. Gel.* agnoverimus *VB Gel.*: cognoverimus *rb.* 17 vel fricationibus *rV Gel.*: *om. Bb.* 20 in gynaeceo *Gel.*: in ginecio *r*, in in (*f.* 39^{a})guina inicii (*haec novo atramento obducta leguntur*) *V*, in inguina inici *B*, inguina et genetia (*dupl. lect.*) *b.* libelli (*sic*) *B* (libello *rVb Gel.*) quid *rVB Gel.*: quod *b.*

disposui. unum interea hoc generale edico omnibus ex locis interioribus et quo sanguis poterit eructare, per initia cuncta adiutoria vel praecepta frigida, quae constringere et glutinare poterunt, adhibenda esse, insequenti vero cum humanior provectus causarum adriserit, calidis et nutrientibus imminendum.

XXIII. De empyicis.

Empyici frequenter fiunt vulnere in interioribus vel 67
apostemate praeeunte. quibus cum febres supervenerint, temporibus consideratis et adiutoria et cibi parciores sunt ordinandi, tunc quam maxime cum eos orexis accipiendi coegerit. cataplasmandi sunt interea ex ysopi pulvere vel abrotoni mixtis seminibus in decoctione pinguium caricarum. dabo frequenter melicratum simplex, dabo etiam in quo puleium aut ysopum aut thymum aut ruta viridis aut marrubium decoquendum est. aspergo sane in melicrato ad vulnera interiora purganda pulverem iris illyricae,

1 generale edico *VB Gel.*, generale dico *b*: generaliter dico *r.* 2 et quo *Gel.*: æquo *V*, ex quo *r*, ex quibus *B*, de quibus *b.* poterit *rVB Gel.*: potuit *b.* eructuare *rb.* 3 et (*ante* constringere) *add. rb.* 4 poterunt *B Gel*: —rint *rV* (possint *b*). 5 provectus *rb Gel.*: proventus *VB.* 6 *post* imminendum est (est *om. rVB Gel.*) *sequitur in b additamentum hoc* (II. *vers.*): Nam et omnibus sanguinem ex interioribus locis mittentibus hec adiutoria superaddo. de quibus effectum sepe cognovimus. Rubi cimas teneras tundes ... 7 De ēpiciis *b*, De empsicis XXIII. *VB*, De empiicis theodori prisciani. X. *r.* 8 Empiici *rb*: Empsici (*sic*) *VB.* vulnere *VBb*, (faciunt) vulnera *r*: ulcere *Gel.* (*item infra*). 9 prçeunte *V rb Gel*: praepediti *B.* 11 tunc quā maxime | (f. 39^{b}) orexis accipiendi coegerit *V* (*ubi* cum eos *servant r Gel. ante* orexis), Tunc cum maxime hora eos accipiendi coęgerit *B*, tunc maxime horis quibus accipiendi cooent (*sic*) *b* (maxime horis quibus accipiendi coheant Ga^{l}). 12 cataplasmandi sunt *rb VB*: *om. Gel.* 13 decoctionē *VB* (—ne *rb Gel.*). 15 aut timū aut rutā viridē (*sic et rB*, ruthā viriď *b*, ruta viridis *Gel.*) *om. V* (*sed in marg. add. al. m.*). 16 aut marrubium *post* ysopum *Gel.* (*solus*). aspargo (*sic*) *rVb*, aspergo *B Gel.* in *om. b* Ga^{l}. 17 in interioribus *Gel.* (in interiora Ga^{l}).

et electario utor quod ex lini semine fricto cum nucleis et melle despumato conficitur. Hippocrates vero nucleos cum galbano et melle attico in his similibus causis ad depurganda vulnera in interioribus dari praecepit. similiter etiam terebinthinam mundam, in modum unius coclearis, ieiunis ab nocte quam maxime. viribus iam reparatis et his adiutoriis relevatis etiam ieran dari conveniet. iam tunc etiam exercitia et fricationes ad reparanda corpora adhibenda sunt, quibus reliquiae causarum possint mundari facilius. hos etiam aeris mutatio multum iuvat. cibi vero sint pultes frequentius, quibus piper admiscendum est. similiter etiam sorbilia, aeque cum pipere. quod etiam in ceteris dari convenit. nam et antidota quae forte de experimentis empyicis danda sunt, pipere mixto conficiuntur.

XXIIII. De syntexi vel atrofia.

68 Multis praecedentibus causis nascitur syntexis vel atrofia. fit ex ventris solutione prolixa, fit ex febribus similiter

1 electario *V* (*Gel.*): —tuario *rBb*. fricto *rVbGel.*(*Ga*[l]): stricto *B*. yppocrate(i *V*)s *rVB* (ypoc̄ *b*). 4 (v.) interioribus *rb*, in interioribus *Gel. et Ga*[l]: *om. VB*. 5 tere(thyri *V*)bintina munda *Vrb Gel.* (terebinthinā mundam *B*). coclеariis (*sic*) *V*, —ris *B*, —rii *r* (cocł *b*): olivae *Gel.* 6 ieiunus ad noctem *r* (ieiunus *V et* ieiunis *B om.* ad n.): ieiunis et ad noctem *b et Ga*[l] *ubi sic Gel.* ieiunis q. m. danda erit. similiter et contra noctem. Viribus *etc.* iam *rVB*: vero *Gel.* (*al. b*). 7 geran *V* (hieran *Gel.*), iera *B*, yera *rb*. tunc *rb Gel. Ga*[l]: tum *VB*. 9 adhibenda *rVb Gel.*: —dae *B*. reliquię *b Gel.*: —que *rV*, —quae *B*. 10 mundari *rVBb Gel.*: inundare *Ga*[l]. aeres mutati m. iuvant *r* (*solus*). 11 cibi vero si in pultis *V* (cibi vero eorum s̄ pultes *b*): cibos vero sive pultes *B* (*ubi* Cibi vero his pultes esse debebunt, quibus . . . *Gel.*). frequentius *post* piper *b*. 12 similiter – pipere *r Gel. cum Ga*[l]. *et* (*ubi* enim *pro* etiam) *b*: *om. VB*. quod *r Gel.* (et *Ga*[l], q *b*): hoc *VB*. 13 etiam *rVB*: etiam et *b Ga*[l]. in: cum (ceteris) *sol. Gel.* antidota *rBb*: anthidotia *V* (*Gel.*) 14 pipere mixto *V Gel.*, pipere commixto *rb Ga*[l]: mixto pipere *B*. *post* conficiuntur *alia remedia adduntur in b*: Allium in aqua bis coctum cum faba . . . (*7 vers.*), *eadem in Ga*[l]. 17 vel *rVB Gel.*: et (*item in tit.*) *b*.

chronicis, fit ex ustione thoracis, fit ex capite reumatizante frequenter. quae licet difficile attamen curari potest. fit etiam post sanguinis emissionem pulmonibus vulneratis, quibus frequenter illa pthisis inplacabilis procurata est. aliqui vero medici iactantiores idiotae, veluti suam peritiam vel diligentiam diffamantes, syntexin curaverunt quos pthisicos mentiebantur. nam et praeter sanguinis emissionem hi syntectici vel atrofi ex praeaccidentibus fiunt. quos tussicula exagitat perseverans, quos deficiens sollicitat sudor, quos certe macies et tenuitas corporis circa dies singulos vires simul elimando consumit.

quorum curam sic plus impendo, ut in eorum virium 69
festinem reparationem, ut vinum lene et album, balneae, deambulatio vel gestatio, unctio vel fricatio, cibi analemptici mediocriter ministrentur. frequenter enim membris et viribus reparatis pthisis imminens vel haec eadem perseverans aegritudo depulsa est. iuvantur locorum vel aeris mutationibus, et his utilius longas peregrinationes indicimus.

1 etiam (ex cap.) *Gel.* (*non rVBb*). 2 licet *rb Gel.*: tamen (d. att. c. p.) *VB*. 3 post *rVb*: per *B*, ex *Gel.* vulneratis *VBb*: ulceratis (*ex corr. ut semper*) *Gel.* 4 ptisis *b* (*Gel.*): tesis *V*, tisis *B*, tysis *r*. 5 medici *rb Gel.*: *om. VB*. idiote *r Gel.* (et idiotę *b*): ibite *V*, habiti *B*. suā *rVB Gel.*, snā (sententia) *b*. 6 sintexin curaverunt *rVB Gel.*: sinteticos procuraverunt *b*. 7 metiebantur (*sic*) *B*. 8 atrofi: atrofi *r*. ex pręaccidentibus *r Gel.* (ex accidentibus *b*) *cf. 2, 106*: ex pro | accidentibus (*cum rasura in litt. r, ante finem versus*) *V*, ex propriis accidentibus *B*. *cf.* 2, 108. 11 elimando (*sic*) *VBb* (*ut de pthisicis Cael. chr. 2, 217*), limando *Gel*: eliminando *Neu.* 12—13 *sic praebet b* In quorum cura talis adhibenda est diligentia ut plus festinemus reparationem eorum viribus inpendendo. Vinum lene et album . . . ministrantur. . 12 ut *Gel.* (*b*): *om. rVB*. eorum *r Gel.* (*b*): earum *VB*. festinem *r Gel.* (*b*): *om. VB g* (*ubi* reparatione). balneae d. *rB*: balnea edeambulatio *V*, balnea et d. *Gel.*, balnearum d. *b*. 14 analemtici *V*, —lemptici *rBb*. 16 separatis (*item pr. m. p. 172, 3*) *B* (*non rVb*). pthisis *V* (ptisis *B*), tysis *r*. 18 et his— indicimus: *sic rBgb Gel.* (*eadem partim — et his utilius — in ras. partim in margine add. corr., om. pr. m. V*).

adhibebo dropaces et cetera quae cyclo consueta sunt partibus praecordiorum et capiti. viribus vero iam proficientibus et reparatis, aquis naturalibus uti plus conveniet, et si aliquod adhuc ex superioribus accidentibus perseveraverit symptoma, superiorum aegritudinum remediis adiuvabo.

XXV. De asthmaticis vel suspiriosis.

70 Asthmaticis vel suspiriosis semper molestissima querella pulmonum est. pingui etenim et frigido flegmate angustiis cartillaginis pulmonibus adhaerente, cavernae vel meatus ibidem quibus naturaliter spiritus redditur et accipitur concluduntur, et ex hoc impedimento suspirium vel anhelitus molestissimus nascitur, ut sedendo magis quam iacendo respirent. hieme et senibus quam maxime hoc vitium familiare est. contingit aliquando etiam mediis aetatibus adhuc calidis.

71 quos flebotomo liberari necesse est. attamen si etiam et a flebotomo certa ratione prohibemur, tunc ieiuniis continuis frequentibus in vicem detractionis sanguinis uti conveniet. proderit etiam potandi continentia, proderunt cibi cum oxymeli et pipere temperati. dabo interea ysopi

1 adhibebo *rb*: —beo *VB Gel.* consueta sunt *rbVB*: conveniunt *Gel.* partibus *rVB Gel.*: parti *b.* 2 capiti *rbGel.*: capitis *VB.* viribus (vero *add. b Gel.*) iam proficientibus et reparatis *rb Gel.*: viribus reparatis *VB* (iā *ex corr. al. m. natum est in r pro* aū, *ut videtur*). 3 aliquid *rb.* 4 ex *rVB Gel.*: de *b.* 5 sumtoma *V*, syntoma *B*, sintoma *r.* 6 asmaticis *rVBb Gel.* (*item v. 7*). et (susp.) *rbg in tit.* (*non v. 7*). 7 semper molestissima *rb* (*Gel.*) *et Gar. 2, 12*: *om. gVB.* querela *B Gar.*, querilla *V* (—ella *g*): causa *b Gel.* 9 angustis cartillaginibus (*om.* pulmonibus) *b*, eius angustiis cartellaginibus pulmonibus *r*: pulmonibus (*simpl.*, *om.* a. c.) *VBg Gar. Gel. cf. Cels. 4, 1* (*p. 120, 20 Lips.*) arteria dura et cartilaginosa . . . descendens ad praecordia cum pulmone committitur. 10 naturaliter *VB*: naturalis *rgGar. Gel.* (—libus *b*). et (acc.)—(12)nascitur *om. r.* 12 magis facilius *r* (*Gar.*). 13 et (senibus) *rVb Gel.*: *om. B.* 16 quos: hos *b.* etiam et *VB* (etiam aetas *r ubi mox* prohibuerit): etiam *Gel.* (*om. b*). 18 et frequentibus *br* (*Gar.*). 20 aut (ā) ysopi *b.*

aut origani aut rutae aut absinthii aut iris illyricae aut calaminthae decoctionem ex melicrato calidam. item conficio ex his etiam ecligmatia commoda suspiriosis. convenit etiam guttam ammoniaci dari tritam cum melicrato vel oxymeli. abrotoni pulvis similiter datur, et castorei pulvis plus commodius operatur. et illa decoctio in qua faenum graecum cum uva passa enucleata et rutam viridem coquimus, frequenter danda erit. sunt etiam trocisci magna approbatione diffamati, qui conficiuntur sic. anisum, sulphur vivum, gutta ammoniaci, castoreum et melanthium ex aequo omnia tunsa cum aqua miscentur, et fiunt trocisci, quos postea tritos cum oxymeli dari conveniet.

cubiculum his calidum in superioribus procurandum 72 est. relaxandis enim corporibus et liberandis a conclusione semper sunt inferiora contraria. lectus orthocathemenus ut potius sedere quam iacere ⟨videantur⟩ adcurandus est. pectus eorum calidis unguentis et vaporibus defricandum est. cucurbitam continuo cum detractione sanguinis admovebo. proderunt per intervalla amyctica, etiam dro-

1 origani *r* (*g Gar. Gel.*), oricani *V*, oregani *b*: orizae *B.* 2 calamintae *Gel.*, calamente *r* (calamenti *Gar.*, —tis *g*): calumse *V*, caulis *B*, nepite *b* (*cf. Garg. Mart. c 23 p. 157, 5* Graeci calamitam, nostri vulgo nepitam dicunt). calidam *VBg*: calido *rb* (*Gel. Gar.*). 3 &limatiam *V*, eligmatia *r Gel.*, electnacia (*pro* elecmacia) *b*, eligmata *B Gar. ms.*, malagmatia *g*). 4 cum melicrato vel *rVBg*: *om. b Gel.* (*Gar.*). 5 et (abrot.) *r Gel.* (*b*), *om. VB* (*g Gar.*). et *rVB*: *om. g Gel.* 6 plus commodius *rVBg* (*Gar.*): plus *Gel.* (*om. b*). 7 passa *rb Gel.* (*g Gar.*): *om. VB.* 8 quoquemus *V.* etiam et (tr.) *rb.* 9 qui *rVgb Gel.*: et *B.* 10 gutta (gaza *V*) ammoniaca (ā *rB*) *rVB Gel.*: ammoniacum *gb* (*Gar.*). 12 dari *rV Gel.*: —re *Bgb.* 13 et cubic. *Gel.* 14 et liberandis a conclusione (conclusionibus *r Gel.*) *r Gel. Gar.*, et a conclusione liberandis *b*: *om. VBg.* 15 orthocathemenus *r Gel.* (—minus *g*), —timenus *Gar.*: orchithe(te *B*)mus *VB* (*haec om. b*). 16 ut—iacere *r habet solus* (*add.* videantur). adcurandus *V*, accurandus *g Gel.* (procurandus *r Gar.*): accusendus (*sic*) *B.* 18 cucurbitam *rVb Gel.*: —tas *Bg.* 19 amyctica *Neu.*: anetica (—cae *r*) *rV Gel.*, anethica *B* (anetica adiutoria *Gar. ubi* i. declinativa *add. ms. Berol.*), anonicę *b. haec* (proderunt]—proderunt *p. 173, 1*) *om g.*

paces adhibiti. proderit sinapismus, proderunt aeris mutationes. iuvat peregrinatio longior, iuvat vomitus radicibus cum oxymeli acceptis. convenit exercitium. proderit currere cum vestibus laneis quam maxime, si hoc in proclivitate procuretur. utantur emplastris circa pectus amycticis confectis ex nitro pipere abrotono et castoreo, et cyprino vel laurino cerotario. ex quibus supra dictis etiam potiones et unguenta conficio. convenit ieran dare, convenit acetum scilliticum sorbere in noctem, et ex eodem confectum oxymeli potui dare plus convenit.

XXVI. De epaticis.

73 Epatis indignantis molesta querimonia est, cuius ad curam adiutoria magis etiam styptica conveniunt. saepe enim nonnulli methodici calidis tantummodo vel chalasticis adiutoriis imminentes ipsam epatis substantiam dissolverunt. oportet itaque in fomentis vel cataplasmatibus cerotariis et emplastris aliqua styptica chalasticis admiscere, ut est oenanthe, nardinum oleum vel melinum, mala cydonia cocta vel thebaici dactyli et cetera similia.

1 proderunt aeris (caris *V*, et aeris *b*, aerum *r qui om.* prod.) mutationes (—nis *V*) *V b Gel.*: proderit. Asmaticos [iuvat ... *B.* radicibus *b Gel.* (ex radicibus *r g*): radicis *V et* (... acceptae) *B.* 3 exercitium *b Gel.* (—tia *r sc. cum seq.* proderunt): exorcitior *V*, exorcitium *B* (exercitari *Gar.*, —re *g*). 5 amicticis *r V B g* (amixti, *c* suprascr., *b*): amynticis *Gel.* 7 cyprino cerotario *i. e.* cerotario ex oleo cyprino *cf. 86 etc.* supra dictis *r V B* (*Gel.*): s̅s̅ *b* (supra scriptis *g Gar.*). 8 etiam *V B g* (*Gel. Gar.*): etiam et *b.* convenit gerandere *V* (geran dare *r*, hieran dare *Gel.*, —ri *b*): *om. B g.* 9 scilliticum (*Gar. cf. Cael. Aur. chr. 3, 9*): etceleticum *in ras. V et* &celeticū *B* (squilliticum *r b*, —leticum *g*). in noctem *Gel.* (ad noctem *b*): in nocte *r V B.* et ex *r b Gel.*: ex *V B g.* et ex eodem aceto *b.* 10 dari *b.* *post* conveñ *seq. alia remedia in b* (*per versus 9*) *sic* Aliqui iecur vulpinum aridum ... *eadem addit Gar.* (*ms., paulo mutata ed.*). 13 indignatio *r b.* 14 magis etiam *V B*: magis *b*, etiam *Gel.* 15 enim *r V B*: etenim *b Gel.* vel *r V B Gel.*: et *b.* 16 ep. causam vel substantiam *r* (*sol.*). 18 stiptica *V B b*: constringentia *r Gel.* 19 ut est *r V B Gel.*: ut sunt *b.* 20 et issimilia *r.*

fit interea hoc cerotarium epaticis competens sic. cerae unc̄ IS, nardini olei unc̄ III, mastices personatae unc̄ I, aloes semunc̄ I. hoc epaticis convenit, sed sub quadam solutione laborantibus, ut aliquando et ventris solutione et vomitu et frequenti nausia commoveantur. quibus si haec adhuc perseveraverint accidentia, admisceo cerotario supradicto aut lycium indicum aut oenanthen aut omfacium in semunciis singulis. articuli eorum tunc fasciolis constringendi sunt et stomachus alfitis cum vino cataplasmandus.

sed si illa indignatio epatis ex constrictione magis 74 obvenerit, ut cum tensione vel cum duritia loci dolor nimius partes inquietet, qui et iugulo et omni parti dextrae molestiam ferat, febres acutas commoveat, ventris quoque procuret constrictionem, digestionis licet ex levibus cibis non exhibeat officium naturale, interea ructus frequenter insuaves habeant, cum virium fatigatione pallore quoque corporis deformentur, hos primo convenit iuvari

1 epaticis *r b Gel.*: *om. V B.* sic *r V Gel*: *om. B* (quod sic conficitur *b*). Cere (—ra *r*) ÷ I S *r b* (*Gel.*): ceralırıſ ſemıſ *V*, cere brıſmıſ *B.* 2 nardi ÷ III. *b*, nardinū oleū ÷ II. *r*, nardinum oleum unchi *V*, nardini olei unciā I. *B.* mastiche persocie est (*sic*) I. *V*, masticis persicae ÷ I. *B* (*Gel.*), mastice personatie ÷ I. *b*, mastice personali ÷ I. *r. an* personatae? *Plin. 12, 72.* 3 alloe sem.ūnti. I. *V*, aloes semuncia I. *r B*, aloe Ꙁ (= semuncia) *b.* conveniet *r.* sub quadam *b Gel.*: sub cantiam (—ā *B*) *V B.* 4 et (ventris) *r V B*: *om. b Gel.* et vomitu *B b et* (—tus) *V*, et vomitibus *r*, aliquando vomitibus *Gel.* 5 et (freq.) *V B* (*b*): aut etiam *Gel.* 6 perseveraverint *b Gel.*: —rit *r V B.* accidentia *r b Gel.*: *om. V B.* 7 ynante. ā ōfaciū *b* (*Gel.*), enantē aut onfaciū *r*: oenanthenaton faciū *V*, oenanthenuaton facio *B.* 8 admiscendum (*post* singulis) *add. r V B* (*om. b Gel.*). 9 alfitis *r V B* (*Gel.*): —ta *b.* 10 sed si *r b*: sed *V Gel*, si *B.* epaticis *b.* 11 obvenerit *r V B b*: obvenit *Gel* ut *V B Gel.*: *om. r b.* 14 digestionis *B Gel.*, —nes *V*: dissolutiones *b*, et indigestionem *r.* 15 exhibeat *r B Gel.*, exhibit *V*: exigat *b.* naturale *r b V B*: competentes *Gel.* interea *r b V B*: *om. Gel.* 16 habeant *b B*: habent *r V*, habeat *Gel.* 17 deformantur *r V.* (hos) vero *add. r b* (*propter* ut *om. v. 11*: *nam et* commovent *v. 13 et* procurat *v. 14 habet b, non r*).

flebotomo, item oleo ubi ruta anetum papaver lini semen coctum fuerit calido fomentari.

cataplasmandi sunt tempore competenti commotionis de hordei pollinibus, ubi diuretica aliqua commiscenda sunt, ut asarum vel petroselinum aut puleium aut daucus aut feniculi semen et cetera similia, in melicrato in quo ibiscum vel fici pingues prius coqui debent. utimur cerotario post cataplasma ex oleo samsucino habenti quippiam salis vel nitri vel nasturcii aut sinapis. semper attamen dia samsucu necessario omnibus epaticis conveniet uti. uti tunc conveniet etiam dia chylon chalastico, cui adipes commiscendi sunt, aut certe dia spermaton.

75 declinantibus vero accidentibus tunc etiam malagmati imminebo tali. guttae ammoniaci lib̄ I, bdellii unc̄ III, croci unc̄ I, murrae semunc̄ I, cerae lib̄ I, olei cyprini sive irini unc̄ VIII, aceti quod sufficiat, in quo gutta ammoniaci

1 rutam anetum *r*: ruta mactum *V*, ruta meantum *B* (ruthā virid̄. anetū *b*). 4 ubi *etc. cf. Cassii* cataplasma diureticon *p. 111, 19* (*sed* medicamina urinalia *monstrat Cael.* p. 450). commiscenda sunt: *sic rVBb Gel.* 5 ut *VB Gel.*, ut est *b*: aut *r*. ut (petros.) *VB* = vel *b*: aut *r Gel.* puleium *B Gel.*: pulleium *V*, polium *b*, folium *r*. daucus *B*: —cum *rVb*. 7 hibiscum *B*, eviscum *rVb*. ficus (ficos *V*) pingues (—is *r*) *rVBb Gel.* coqui (quoque *V*) debent *rBVb*: decoqui debebunt *Gel.* cerotario *b Gel.*, ceratario *r*: centauria *VB*. 8 cataplasma *Bb Gel.*: —mata *V*, —mo *r*. habenti: *sic rVBb Gel.* 9 vel (nitri) *rVB*: aut *b*, *om. Gel.* sinapis *hic rVBb.* 10 samsuci (samsoci *V*) *rVB Gel.*, suci *b*. *scripsi* dia samsucu: *cf. Cass. p. 112, 5.* necessario *V Gel.*: —ri *B* (—rii *rb*). conveniet uti. Tunc *r*, convenienti. | uti tunc (*sic*) *VB*: conveniunt. uti tunc *Gel.* (sunt *b*). diacylon chalastico *Gel.* (*Neu.*), diacilon calasticū *r*: diachi | castico *b*, dulon calastico *B*, duro (*in ras.*) calastico *V*. 13 maligmatæ (*sic*) *V*, malagmatæ *b*, —te *B* (—ti *Gel.*). 14 gutta *V*, —tae *B*, -tā *r* (*om. b*). 14 (*item 15*) libra *VB*, lib̄. *rb* bdelliū *rb*: uidella (—ae *B*) *VB*. 14 (*etc.*) unc̄ *V*: ÷ *rBb*. 15 croco *b*: crobo *V*, orobi *B* (c̄c̄. *r*). *ubi* I. *VB*, II. *Gel.*, S *rb*. myrrae semuntia *r*, mirra ⸓ *b*: mirte (—ti *B*) semunc̄(ia *B*) *VB*. cerā (-æ *B*) libra I. *VB*: cera lib̄. I. *rb*. oleum (*etc.*) *rVb*, olei *B*. 16 sufficiat *VB Gel.*: suffic̄ *b*, —cit *r*. in—(p. 177, 1) etiam

et solvenda est et terenda etiam. tunc fricamentis et exercitiis competentibus opus est, tunc potionibus ex decoctionibus absinthii, centauriae, erucae agrestis, seminis petroselini, cyperi vel ysopi, thymi et ceterorum diureticorum. quae potiones etiam vitiosis vesicis semper ordinantur. nam etiam aloen solam tritam frequenter in melicrato dedi.

declinante penitus vitio hanc incunctanter potionem semper dabo. castoreum, petroselinum, piper album, cyperum, omnia aequis ponderibus tunduntur et cribellantur. in melicrato unius coclearis pleni datur, omni probatione firmatum. frequenter etiam lupi iecoris combusti pulverem dedi. aliqui vero amygdala amara cum cymino et apii semine aequa mensura trita omnia cum vino ieiunis dederunt in modum unius coclearis. et semen intiborum cum aqua calida vel melicrato similiter adhibuerunt. sic et aneti sucum cum melicrato, et cetera

VB (*ubi* solvenda et terenda est. tunc fr. *Gel.*): *om. b*, *item* in—(2) competentibus *om.* (*ubi* solvi opus est) *r*.

1 exsolvenda *V*, et solvenda *B*: solvenda *Gel.* 2 potionibus ex *B*: potiones ex *rVb*. 3 erucę *b* (*Diosc. p. 282*): rutae *rVB Gel.* seminis: semine *r*, semi *V*, s̄. *b*, sive *B Gel.* 4 ceterorum d. *r*, ceterarum d. *VB*: cetera diuretica *b*. 5 q̄ poes *b*, quibus potiones *r*: aequis portiones *V* (aequis portionibus *Gel.*), aequis ponderibus potiones *B*. semper *r et* (*ubi* viciis vesicę semper conveniunt) *b*: *om. VB Gel.* 6 solam tritam *rV*: solum tritum *B* (*b om.* solum). 8 incunctanter (incuntanter *b*) *rb Gel.*: intanter (*sic*) *V*, instanter *B*. 9 semper dabo *rVBb*: dabo semper *Gel.* 10 (*post* quiperum) *infert* facienda potio *r*. 10(—11) omnia ęqualia pulu͠e tenuē. I. coct. dabo *b*. et (*ante* crib.) *om.* (*et post* crib. *add.*) *B*. 11 cocliariis *V*, coclearis *B* (—rii *r Gel.*, coct *b*). pleni datur *r*, plenus datur *V*, pleni dantur *B* (quantitas semper bene datur *Gel.*). omni pr. f. *rbVB*: *om. Gel.* (*haec ad superiora trahunt codd. cet. cf. not. ad p. 174, 10*). 12 etiam *rVb Gel.*: etenim *B*. 13 pulverem datum expertum est *b*. 14 trita *r Gel.*: *om. VBb*. 15 in modum—(16) adhibuerunt *om. r*. cocli(e *B*)aris *VB*: cocliarii *Gel.* (coct *b*), *ubi add. b*: febricitantibus cum aqua calida vel mellicrato. Sic et aneti sicci pulvis cum mellicrato. Nam et intiba semper a ieiunis c. e. iuvaverunt. 17 aneti sucum *rVB*: anęti sicci pulvis *b* (*v. supra ad v. 16*).

quae huic passioni alii collegae probasse ⟨se⟩ fuerint attestati. nam et intiba frequenter comesta ieiunos semper epaticos iuvaverunt.

76 si duritiam induxerit longo tractu morbi neglectus, omnia adhibebo quae difficultatem callositatis resolvere valeant.

omni corpore compatiente exercitiis omnibus superioribus imminebo, omnia superiora lavacra concedo, salsos cibos et acres ministrabo. de oleribus autem accipiant cauliculos, lapathum, radices quas rafanos appellamus. de piscibus asperos sumant, de carnibus quae inveniri poterunt pinguiores, olivas colymbades, omnia salsamenta, capparim, vina quae mare transierunt. et omnibus supradictis adiutoriis emplastris vel malagmatibus unguentis vaporibus et ceteris iam omnibus ⟨ordine competenti⟩ uti conveniet. his etiam ⟨omnis semper⟩ ordo cyclicus ⟨prodest⟩. aeris

1 collegę *rB Gel.*: collige *V* (*om. b*). probasse ⟨se *add. Gel.*⟩ fuerint *rV*: proba esse fuerunt *B*. 2 intiua *r*, intiba *b* (intuba *Gel.*): anthima *VB*. ieiunos *r* (*cf. supra b*): *om. VB Gel.* 3 *post* iuvaverunt (*V*, —ver̄ *Br*) *haec add. b*: Centauria cum absinthio equali pondere ex aqua cocta et in ipsa aqua ieiunis epaticis potui data unice prode est. 4 duritiam *rb Gel.*: *om. VB*. induxerit *r*, duxerit *b VB*: adduxerit *Gel.* (*cf. 82*). longo tractu morbi neglectū (—ta *r*) *rGel.*, longum tractum morbi neglectū (—tus *B*) *VB*, longo tractu morbo neglecto crescentę *b*. 5 adhibebo *rVb Gel.*: —beo *B*. 7 omni corpori compacientes *b*, omni corpore com(n *r*)patiente *r Gel.*: omni tempore compatiente (—tiendo *B*) *VB*. 9 acres *rBb*: agros *V*. autem *VB Gel.*: vero *r*. 10 colliculos *V*, caliculos *r*. lappatum *V*, lapat(c *b*)ium *rBb* (lapatii *Gel.*). 11 asperos: *citat Sim. Jan. s.* aspratilis. invenire *rVB* (—ri *b Gel.*). 12 pinguiores (*Neu.*): pinguiora *rVB Gel.* (pingues *b*). colymbades *r Gel. et Neu.*: columbares (—is *V*) *VBb*. capparim *V*, —rum *B* (capares *b*), cappare *r*. 13 vina quae *r* (*Gel.*), vino quae (*sic*) *V*: vinum quod *B* (*ubi* vua peregrina bibant *b*, *qui om. v. 13—15*). transier̄ *r* (—runt *Gel.*): transieret *V* (—rit *B*). 15 ordine competenti (*post* omnibus) *solus add. Gel.* 16 Et (his etiam . . .) *add. r.* omnis semper *solus add. Gel.* ordo ciclicus aeris *r*, ordo scilicum aeris *V*, ardor solis (!) cum aeris *B* (*om.* prodest, *quod hic praebet solus Gel.*).

mutationibus multum iuvantur. aquarum vero omnium naturalium vel maris lavacris eos frequenter iuvari suadeo.

XXVII. De ictericis.

Consulte in loco ictericorum ordinavimus passionem. 77
fit enim ex epatis indignatione frequenter. quorum nonnulla similia sunt accidentia, sed coloris deformatione sola disterminantur. fiunt equidem ex stomachi vitio, fiunt plerumque etiam ex ventre inferiore.

ergo cum febribus si de epate factus fuerit ictericus, flebotomandus est et mox omnia epaticorum adhibenda sunt adiutoria. si apyreti fuerint, assiduis purgationibus cholagogis relevandi sunt, euforbio epithymo aloe petroselino pipere. haec omnia ex aequo miscenda sunt et ex eorum pulvere unum cocleare in melicrato vel oxymeli dari debet. purgat eos etiam ciceris albi decoctio, utilius si

2 iuvantur *Gel.* (*cf. b* hos etiam a. mutatio satis iuvat): prodest (*ex super.*) *VBr*. 2 maris *VB Gel.*: marinis *rb*. eos *rV Gel.*: his *B*. iuvari *rVB Gel.*: uti *b*. *post* suadeo *aliena iterum seq. in b*: Et his adiutoriis omnibus epaticis multum scio sal' restitui. herbe iusquiami sucum datum. unice sanat *etc.* (*per v. 10*). 3 ectericis *V*. 4 Consulte in loco *V*, Iam multo in loco *B* (Cum saltim illo *g*): Consulte in isto loco (*sic r*, in hoc loco *b*, hoc in loco *Gel.*) *rb Gel.* ic(hyc *b*)tericorum *rBb Gel.*: etteriarum *V*. 5 nonnulla *VBbg*: nonnullis *Gel.* 6 sed *rbVB*: et *g Gel.* doloris *Gel.* (*sol.*). 7 disterminantur *r Gel.* (discriminantur *Gar. 5,14*): determinantur *VB* (diffiniuntur *b*). 7 fiant (*bis*) *V*. equidem *B Gel.* (&quidem *V*), hęc quidem *g*, quidam *r*: *om. b* (etiam *add. g Gel.*). 8 inferiori *Vg Gel.*, —re *B*: (ex ventris) inferioris *r*, ventris effusione *Gar.* 9 si de epate factus (si de epatitatus *Gel.*) fuerit ictericus *bg* (*Gar.*) *et* (*om.* fuerit) *r*: side erate &tericis *V*, si de epate est ictericus *B*. 11 Si apireti *r*, Si apyreti *Gel.* (Si apti *g*): Si apiretri (*sic*) *V*, si a veretri *B* (*om. b Gar* : *cf. Escol. ap. Gar. 5, 12*): assiduis *rb Gel.*: siasdiis (*sic*) *VB* (ad se diutius *g*). 12 alagogis *V*, colagogis *rB* (*om. b*, *ubi* i. tali cathartico quod recipit euf. *etc.*): coleram deducentibus *Gel.*, colerum *g*. 13 scammonia (scam̄) *post* pipere *add. solus b* (*cum Gar.*). commiscenda *Gel.* (amisces *b*). 14 cocliare *V*, cocleare *B*, —rium *r* (coct, *ut semper b*, colear *Gel.*). 15 si etiam *rVB*: etiam si *g Gel.*, si *b*.

etiam ipsum cicer coctum accipiant. iuvantur absinthii pontici decoctionibus, iuvantur si etiam afronitrum album in vino solutum accipiant, et sulphuris vivi pulvere in ovo dato. ego frequenter etiam ieran dedi. sed si forte aliquid certae obligationis dari cathartica prohibuerit, quae semper his novimus non leviter profuisse, saltem vel vomitibus relevandi sunt.

78 sollicitius interea praecordiorum cura gerenda est foventibus epar tumens et incitatum oleo nardino melino oenanthino ex lanis sucidis quam maxime in balneis. cataplasmabo eos interea admiscens seminibus aut absinthium aut rutam aut centauriam aut cardamum vel cetera quae epaticis ordinata sunt, quibus urinas provocantes fervorem epatis possumus removere. utor speciali etiam cyprino cerotario admiscens terebinthinam melilotum irin illyricam et reliqua similia, quibus aut dia melilotu aut polyarchion confici consuevit.

1 vero (abs.) add. rb. 2 iuvantur si etiam etc.: idem prestat et afronita (sic) alba si cū vino soluta accipiant etc. r, idem prestat et afronitri sucus et sic sulfuris vivi pulvis in ovo datū b (!). afronitrum album ... solutum Gar.: afronitra alba ... soluta rVBg. 3 pulverem rVB: pulvis b Gel., om. g. 4 dato gV, datum bB (datur Gel.), dabo r. hic in cod. b sequuntur alia remedia plurima per versus 32 (p. 110—11) usque ad verba ... sanum sit epar. Hoc et ad splen facies]. et yera frequenter ei dari suadeo. Sed si forte certę aliique legationes dari cathartica prohibuerint etc Ego rB Gel.: Ergo V. hieran (—am Gar.) Gel. (cf. b ad v. 4), gera g, geran r: om. VB. 5 obligationis VB: alligationi(e g)s rg Gel. (cf. b). prohibuerint rBb (—rit V). 9 foventibus rVB Gel.: fomentis Gar., in fomentis b. 10 quam maxime in balneis rb Gel.: faminlalreis (sic) V, fomentans in balneis B. cf. infra p 181, 11. 11 cataplasmabo: sic rVBGel. (ubi fomento b). 12 cardamum VBb Gel.: cardamonum rg. 13 ūr b, urinā r: urinas VB Gel. (cf. Gar). fervorem rVb Gel.: stidorem (sic) B. 14 possumus: sic VBbg (possimus r Gar. Gel.). speciale (—li g) etiam Vg et (om. etiam) b: etiam specialiter r Gel., specialiter etiam B (et om. etiam Gar.). 15 i(y B)rin i.: sic VB Gel. (yris illirica rg, yreos b). 16 thiamelilotum V et (dia—) Gel., meliloton r, mellilota B (om. b). 17 poliarc(t rV)ion rVB, -archon b, -archion Gel. (cf. Gal. XIII, 184).

cibis nutriendi sunt ut epatici, exerceri similiter debent et fricari. 79 vitio adhuc perseverante coloris omnibus amycticis imminebo, peregrinationis et solis calidi beneficia sustinere suadeo, aquis naturalibus aeque uti conveniet. si remotis accidentibus adhuc ille malus color perseveraverit, naribus infundo elaterium, infundo betarum sucum, utrumque muliebri lacti commixtum.

iuvantur interea utilius si hae digestiones vel purgationes in balneis procurentur, in balneis inquam ubi quam maxime. potiones et cetera semper adiutoria profuerunt. nam et illic etiam praecordiorum fotus continuo profuit adhibitus, et in cortice colocynthidis vinum calefactum ibidem datum, profuit et struthii pulvis in oenomeli similiter et anchusae pulvis in modum unius coclearis cum aqua calida et lapathi sucus in melicrato et decoctio radicum feniculi et cetera quorum est pretium diureticum.

hanc ego peculiarius potionem in balneis dare con-

1 debent V Gel.: om. rBg. 3 amicticis rBg, acmicticis V (om. b). 2 peregrinationis VB Gel.: —nes rg. 3 beneficia (—fici sic B) sustinere (sic) rVBb: beneficio sustineri Gel. 4 conveniet B (Gar.): —net V, —nit r (= n̄ b). 5 malus r Gel.: &multis V, aemulus B (Gar.), emulor sic g, om. b. color rV Gel. (Gar.), calor b: labor B. 6 elaterium rVB, om. b ⟨hoc est sucum agrestis cucumeris add. Gel.⟩ uetarum r, betarum g et b Gel. (bletarum Gar.), h&arum V: elaterii (iterum!) B. 7 lacti V, —te rBg Gel. (post commixtum) aut cyclaminis sucum cum melle commixtum add. b et (commixto melle) Gar. 8 iuvabuntur g (om. r). purgationes procurentur in balneis ubi ... (brevius) r (sicut b purg. in balneo ubi ...). 10 epaticis (ante pot.) add. Gel. 11 et (ante illic) om. Gel. illuc b. 12 p. adhibitus rVBb: p. hęc (his Gar.) adhibitus g. et si in cortice (—calefactum fuerit Gar., cal. profuit etc. g) g Gar. coloquintides Vg, —dis B, —de rb. 13 ibidem datum (sic) rVB: om. g, datum (om. ibidem) b, datum ieiuno Gar. 14 cocliaris V, coclearis B (—rii r). 15 lapati V: lapacii Bbr. decoctio rBbg: coctio V Gel. 16 est rBb: & V. pretium V[c] (a corr. sic passim in hac parte codicis factum est, novo atramento ita obductum ut quid habuerit V fere incertum sit): praesidium B, precipuum rgb (Gar.) et Gel. (qui add. d. adiutorium). hic unus Gar. addit haec: Decolo-

suevi, euforbium bacas lauri nitrum piper ex aequo contusa et pro causae vel virium qualitate in melicrato, et cum profuisset in plenam sanitatem imminui.

XXVIII. De spleniticis.

80 In plerisque passionibus, catholicis sive generalibus curis prius adhibitis, specialia vel partilia adiutoria melius adhibentur. unde spleni nunc adiutoria prius ex catholicis ordinemus.

oportet initio curae ex ieiuniis et patientia inchoare, item cathartico vel flebotomo relevare. post vero his specialibus adiutoriis spleni succurrere conveniet. aceto et oleo aequa mensura commixto calido infusis lanis sucidis fomentandum est, et spongiis pusca calida infusis similiter locus vaporandus est, cui cinis ex foco tenuis aspergendus erit. et lapides molares ignefacti aceto extinguuntur et operti pannis loco imponuntur. et saccelli de salibus igneis impositi prosunt, et cataplasmata de hordei polliuibus in oxymeli, cui admiscendus est radicis tunsae capparis pulvis.

81 et emplastra haec utilia superaddimus. gutta ammoniaci nitrum myrobalanus murra sinapi, aequa ponderatione

rato enim homini dabo suci yris ilt. ÷ II. cum una mellis cocti. hanc peculiarius *etc.* 17 ego *b*: ergo *rVBg*(*Gar.*).

1 bacas *rB* (baccas *b*): baca *V*(*Gel.*). contusum *rVB* (—sa *Gar.*): omnia facta *b*. 2 et (*ante* pro) *rVb*: *om. B Gar.* causae *rb Gel.*: causa *VB*. (in m.) dedi *add. rb* (*om. VB Gel.*). 4 splene(i *in ind. V*)ticis *VB* (De spleneticis eiusdem. XV. *r*). 5 c. generalibus *r* (sive g. *add. Neu.*): c. generaliter *VB Gel.* (g. *om. b*). 8 ordinemus *V Gel.*: —namus *B*: adhibemus *r* (*v. 6—8* spec. —ord. *om. b*). 9 initio: initiū *rVB Gel.* (op. ex inicio curę eius ieiuniū et pacientiā inchoare *b*). 11 spleni (—ne *r*) sic curari *rb*, splenis sicurare *V*c (*atr. obd.*), plenis sic curare *B* (spleni succurrere *corr. Gel.*). 13 fomentandum *r Gel.*: —dus *rBb*. exspongia ... infusa *r*. 14 locus *VB Gel.*: locus ipse *b* (loca ... vaporanda sunt *r*) 15 ignifacti *rVB* (igni *sic mut. b*). 16 operto *b*. 18 radices tansi c. *V* (radicis tunsae c. *B*, radicis c. tunsę *Gel.*), radices tusi c. *r* (*17—19 om. b*). *cf. Diosc. p. 313.* 21 mirobalanum *rVB* (*acc., ut* guttam ... murram).

omnia miscenda sunt et temperanda cum pinguibus ficis prius aceto coctis et contritis.

aliud emplastrum. hordei farinae unc̄ III, faeni graeci unc̄ III, cardami unc̄ I, herbae parietariae unc̄ I, ficus pinguis unc̄ VI. cum aceto temperandum, sicuti superius ordinatum est.

aliud de expertis. cardami unc̄ I, iris illyricae unc̄ I, guttae ammoniaci unc̄ I, myrobalani unc̄ S, terebinthinae unc̄ I, cerae unc̄ I.

aliud quod chrysun appellamus. cerae, pityinae frictae uncias senas, sulphuris vivi, auripigmenti unc̄ singulas, olei sicyonii unc̄ IIII, aceti unc̄ VI. tantum.

aliud simile. cerae, pityinae, picis brittiae libras binas, auripigmenti, aluminis scissi unc̄ binas, aceti unc̄ IIII, olei libram I. tantum. conficies et uteris, ut consuetum.

1 ficis *rV Gel.*: ficubus *B* (caricis *b*). 3 farina ... faen (foeno *r*, feno *B*)greci ... c(h *V*)ardamum (cardamomū *r*) ... herbae paritariae ... ficos (—cus *r*) pingues (*ubi* fici pingues *Gel.*) *rVB*. 3 *sqq.* unc̄ *V Gel.*: *signa ponunt* (÷ *Bb*, S *r*). 7 cardamum (—momū *r*) ... irin illirica (iris illiricae *r*) ... gutta *rV* (*haec sic habet b*: de expertis. Cardamū. yreos. cera. amoniacū ana ÷ I.). 8 g. a. ÷ IS *r* (*ut Gel.*). mirobalanum ÷ IS. (*ut Gel.*). Teruentina ÷ II. cera ÷ I. Aliud quod crison appellamus. Cera pituina [Pice bricia ... *r* (*qui om. 10—12*), Mirob. ÷ S. Terbentina ÷ I. Aliud quod erison appellatur. Resina frixa VI. ÷ *b*: mirobalaat pellanus Cera pithiena frixa ana unc̄. senas V., quod mirobalanum appellamus. cerae. pituinae. frixę ana unc̄. senę *B* (*sic lacunam V explens*). *contra Gel. om. v. 10—11 sic exhibens* cera unc̄. I. (*v. 9*). oleum sicyonium unc. IIII. (*v. 12*). 10 chrysun: erison *b* = crison *r* (*certe non* κιρρόν *cf. Gal. 11, 126. 13, 519*). 11 sulphor vivum. auripigmentum unc̄. I. *V*, sulphuris vivi a. ana ÷ I. *B*, sulfur ÷ I. aurip. ÷ I. *b* (*om. Gel.*). 12 aceto unc̄. VI. *V*, acęti VI. ÷ *b*: acęti unc̄ III. *B*. Tantum aliud s. *V*, Datum aliud s. *B* (*hoc om. b*). 13 cera pituina Pice bricia ana duas lib *r*, cera pityena pice britti ana libras duas *V*, cerae pituinae picis briciae ana libras II. *B* (c. p. pix brittiana lib. II. *Gel.*). 14 sciscim ana unc̄. II. *V*, scissi ana lib II. *B*, scissū ÷ II. *r* (unc. binę *Gel.*). 15 libra I. *V*, lib I. *rB*. ut consuetum est. aliud (Item aliud *r*) *r Gel.* (*om. b*): et consuetum aliud *VB*. *cf. 2. 94. 86 etc.*

aliud et spleni et epati conveniens in fervore utrorumque praecordiorum. crocomagmatis unc̄ I, cerae lib̄ I, olei rosei unc̄ VIII, guttae ammoniaci lib̄ I, aceti quantum sufficit ad guttam ammoniaci dissolvendam.

haec omnia emplastra vel malagmata conveniunt causa splenis indignantibus. quibus expedit ab omnibus dulcibus abstinere.

82 sane si splen duritiam adduxerit, quae de hydropis nos superventu plus terreat, etiam his potionibus imminendum est. acetum scilliticum in noctem in modum unius coclearis sorberi debet. aquam calidam bibant ubi ferrum igneum extinguitur. aut de utrisque puscam temperatam accipiant. utantur decoctionibus capparis aut lapathi aut tamarici aut ubi forte murram infuderis. in modum palaestrae fricari eos convenit, commodius tamen si laborem libentius sustinentes suis quam maxime manibus defricentur. gestationes cursus et ceteros labores appetere oportet. dropaces impono tempore competenti et cetera quae cyclo conveniunt. uti lavacris salsis vel bitumineis naturalibus expedit. natare frequenter etiam in mare plus

1 crocomagmi *B*, crocum magna *V*, Cō magna *b*: c̅c̅ *r*. 2 cera libra (*om.* I) . . . gutta (*sic etiam B*) a. libra I. aceto *V*. 2 VIII. *Bb*, octo *V*: duodecim *r*. ammoniacam *VB* (—ci *r*). 5 conveniant *V*. causis splenis *r Gel.* (spleneticis *b*): splenis *V* (—nibus *B*). 8 splen *B Gel.* (*et cum* l *in ras.*) *b*, phlenis *V*, spleni *r*. obduxerit *r*. 10 in noctem *V Gel.* (– te *rB*): ad noctem *b*. 11 sorbi debet *VB* (sorberi debet *Gel.*): *om. rb* (*ubi* a. squill. in n. dabis in m. u. coclearii *r*, a. sq. dabis ad n. I. cocl' *b*). aquam *r b Gel.*: caram (*sic*) *VB*. bibet *V*. 12 f. calidum (*sic*) igneum *VB*, ferrum ignitum *r* (ferrum *simpl. b*). utriusque *V*. 13 utantur *r Gel.*: ututantur *V*, et utantur *B*. lapati *V*, —cii *rBb*. 14 ta(tria— *V*)marici *VB*: —cis *r*(*Gel.*) *ab hac voce in b inseruntur remedia splenetica plurima sic*: Tamarici ligni fasciculos III. in olla rud' cum aceto decoques… 16 si laborem *r Gel.*, si labores *b*: si siborem *V*, si saponem (!) *B*. 19 cyclo *V*, ciclo *B*, ciclos *r* (*haec om. b*). vel *VBb*: et *Gel.* 20 natare: naturae *r V B Gel.* (*om. b*, *ubi* vel bitumineis vel in mari). in mare *r*, in mari *b*: mare (*om.* in) *VB Gel.*

placet. ieiunos acceptis radicibus cum oxymeli vomere cogo. providebo omnes diureticos cibos. vinum stypticum sumant.

dabo antidota diuretica, quibus et splen et epar fre- 83 quentius percuratum est, ut est apium, cicer, gramen, feniculum aut semen eius, asarum, daucus, meum, petroselinum, puleium et reliqua e quibus antidota vel decoctiones conficiuntur. febricitantibus spleniticis vinum vel acetum parcius ingerendum est, apyretos vero his subiectis potionibus iuvo. lupini amari tribus diebus in aceto infundantur et post ex eorum decoctione unum cocleare vel duo in noctem accipiant. hoc etiam ieiunis proderit. purgati virides lupini cocti comesti satis iuvant. aliud. cortex salicis arboris semper infructuosae in aqua cocta, et data ut supra continuo medetur. tunc et turis masculi pulvis cauliculorum suco commixtus loco appositus perseverando satis proderit.

1 ieiunas radicibus cum oxymeli ac vomere c. *V*, ieiunos acceptis radicibus cum oximelle vomere c. *rB* (ieiunos accipere radices c. o. ac v. c. *Gel.*), *ubi sic b*: ieiuni radices manducent cum oximelle et post vomere cogantur). *cf. Diosc. 2, 137.* 4 et splene *V*, et splen *B Gel.*: splen *rb* 5 percuratum *b*): procuratum *rVB Gel.* 6 daucumeu *V*, daucū meu *rB*. 7 puleium *VB Gel*: polium *b*, folium (*ut supra*) *r*. reliquę quibus *V*, reliq; quibus *r* (reliqua ex quibus *b*), reliqua quibus *B Gel.* 8 spleniacis *r*, phleniacis *V*, pleuriacis *B* (spleneticis *b Gel.*). 9 apyreti[illegible] *V*, apyretos *rB Gel.* (*om. b*). subiectis *VB Gel.*: *om. r* (*b*). 11 cocli(e *B*)are *VB* (—ar *Gel.*, —arium *r*). in nocte *rVB*, —tem *Gel.*, (noctu *b*). 12 purgati *etc.*: purgati vero id est (ů idē *sic pro* virides) lupini c. c. s. i. *r* (Si ipsi lupini purgati a paciente manducentur. satis iuvat *b*). 13 Corticem s. a. s. i. in aquam coctam et datam ut supra c. m. *rV*, cortex s. a. s. i. in aqua coctus et datus ut s. c. m. *B* (nam et cortex s. in aqua decocta. et ipsam aquam potui dabo et c. medebitur *b*): *ubi Gel.* Cortex … coqui debet in aqua quae accepta ut supra contexui continuo medetur. 14 infructuosi *rV* (—sae *B Gel.*). 15 tunc et thuris *Gel.*: Tun turi *V*, Thuris *B*, et turis *r* (*haec om. b*). vel ammoniaci aequis ponderibus (*post* pulvis) *add. Gel.* (*om. rVBb*).

XXVIIII. De stomachi variis accidentibus.

84 Stomachus, de quo nunc mihi tractatus interponitur, origo est et occasio facilis vitiorum, qui dominium sortitus sit membrorum omnium reliquorum sibimet famulantium, potestas virium quibus aut deficitur aut recte valet. hic de subiectis accidentibus primo quantam molestiam sustineat, advertendum nobis erit. patitur defectum causis aliquando incognitis, patitur etiam post aegritudinem. sustinet constrictionem, dolorem cum indignatione vel febribus, duritiam, ventositatem, fastidium, solutionem, bulimum, vomitus ex corruptela ut etiam ex eo ventris effusione fatigentur indigestione, calorem inmensum vel ardorem aut causon ex quo sitim sustinent molestissimam, frigus, singultus. aliquando eum etiam cholera nigra cum inflatione sollicitat. ex eo etiam lumbricorum origo frequenter est procurata. quibus omnibus ex ordine adiutoria sic ordinare curabimus.

85 ergo stomachicos, quos post agritudinem prolixam stomachi defectus tenet, quos leves adhuc febriculae infestant, oleo absinthiato calido fomentabo aut nardino aut sicyonio aut oenanthino aut lentiscino cum vino mixto. item epithema impono tonoticum de aloe et mastice et nardino cerotario. sic cataplasma de dactylis vel cydoniis coctis in vino cum stypticis speciebus, sicut in epaticorum ordinavimus solutionem. sed considerandum est praecipue necubi ciborum sit praesumptio quorum et qualitate et quantitate laedantur, et ex eo cibi viribus in nullo proficiant. intendendum est itaque ut et congruos et moderatos temporibus competentibus sumant. sin vero nulla sub hac ciborum moderatione proficiant, purgatione opus est qua umor quisquis ille est superfluus hos defectus efficiens omnimodo depurgetur. hos etiam et artomeli curo. his et faenum graecum in vino coctum et tritum cum adipibus anserinis impono.

moneo interea odores insuaves vitandos semper stomachum pervertentes. attestatio manifesta. novimus enim hos semper bonis odoribus iuvari.

1 Stomachus (—acus *V*) *r V Gel.*: Stomacho *B* (Stomachi *b*). 2 nunc mihi *r V B*: mihi nunc *Gel.* 3 facilis *r b Gel.*: —lius *V*, —lior *B*. qui domnium (*sic V*, quod omnium *B*) sortitus sit m. o. r. *V B*, qui dominus constitutus sit m. o. r. *r* (eo quod sordiciis omnium sit membrorum omnium *b*, quod omnium membrorum sortitus sit dominium reliquorum *Gel.*). *cf. Vindiciani epit alt. c. 17.* 6 valet *b*: valetur *r V B Gel.* 7 nobis *b Gel.*: *om. r V B.* 8 patitur (*ante* dolorem) *infert Gel.* 9 sustinent *V.* 11 vomitus *r V B*: —tum *b Gel.* aliquando (*post* vom.) *habet Gel.* ex corruptei aut etiamex eo *V*, ex corruptela aut etiam ex quo *B*, ex corruptela ut etiam ex eo *r Gel.* (corruptelam ciborum ventris effusionem *b*) 12 fatigentur *V Gel.*: —gatur *B*, —getur *r*. indigestione (*sic*) *r V B* (—nē *b Gel.*). calore inmenso vel ardore *B* (—um *et* —ē *r V B Gel.*). aut *Gel.*: ut *r V b*, ut est *B*. 13 causona *Gel.*, chausona *V*, causon *r B* (causor *b*). molestissimum (frigdorem) *V Gel.*, et m. (frigd.) *r*, (sitim) molestissimam *B* (*cf. infra 93 sed* inmensum frigorem *etiam b*). 14 c(h *V*)olera ⟨nigra *add. r Gel.*⟩ . . . sollicitant *r V B Gel.* (*om. b*). 17 curabimus (*b*): —vimus *r V B Gel.* 18 stomaticos *b.* quos *om. Gel.*

1 quos leves (leve *r*) adhuc febriculae infestant *r Gel.* (quos levis infestat febricula *b*): (et *add. B*) quod leve est adhuc febriculae infestas (—tae *B*) *V B*. 2 absinthiaco (*sic*) *V B b Gel.* (abscentiaco *r*). fomentabo *V Gel.*: —tamus *r B b*. 4 thanotica *b*, thenitiea (*sic*) *r*: unicum *V B Gel.* (*cf. Cass. p. 102, 14*). de aloe *Gel.* (ex aloe *r*, ex aloen *b*): delaloten (*atram. ind.*) *V*, dedi alteon *B*. 5 sic *V B b* (si *r*): sive *Gel.* 7 solutionē *r b*: —ne *V B Gel.* 8 sit *r B* (*b qui add.* prohibenda): *om. V Gel.* 9 ledantur *r b Gel.*: laetantur *V B*. et ex eo cybi *V Gel.* (ex eo cibi *r om.* et), et ex eo cibo *B* (et ipsi cibi *b*). 10 est *V Gel.*: *om. r B.* et congruorę moderatis *V*. 11 sin *r V B*: si *b Gel.* nulla: *sic r V B b Gel.* (in nulla *ante ips. ras. r*). 12 proficiant *corr. Neu.*: deficiunt *V B b Gel. et* (*ubi* inmoderatione) *r*. 13 quisquis ille est *r Gel.*: quidem illi est *V* (quidem ille *B*, ille *simpl. b*). superfluus *b Gel.* (superfilios *r*): superseruus *V*, superius *B*. hos *r B*: hoc (defectus) *V*. 14 et artomeli *V Gel.*, ex arto melle *B*: art(h *r*)omelli *r b*. 17 moneo— manifesta (*sic*) *r V B*, *ubi* esse (vit.) *et* (man.) est *add. Gel.* (moneo interea odores insuaves vitandos contrarii sunt maxime testę et lucerne fetidus odor. Novimus enim *etc. b*). 19 hos *V B Gel.*: eos *b*. adiuvari *Gel.* (relevari *b*).

cum ergo sine febribus plene esse coeperint, viribus consulentes gestationes competentes indicimus, vina lavacra et cetera quae post aegritudinem possint corpora reparare.

86 quos vero repentinus dolor stomachi comprehenderit, qui cum gravedine etiam scapulas et dorsum admoneat, faucium quoque conclusionem et ructus difficiles faciat interpositis etiam febribus, his flebotomo convenit subvenire. item quietem et patientiam suademus. cibos utpote febrientibus leves propriis temporibus subministro, fovemus calidis mediocriter et stalticis, non tamen frigidis. cataplasmandi sunt ergo de hordei farina in melicrato cydoniis coctis vel dactylis immixtis, aliquando etiam meliloto, item cerotario cyprino habenti masticen et castoreum. utor polyarchio, quam maxime in dorso vel in scapulis, quibus partibus commodius adhiberi conveniet. frequenter etiam cucurbitas ventosas imponimus.

declinantibus febribus etiam potiones iam paregoricas dabo, ut cyminum frictum cum apii semine ex aequo tunsum et cribellatum, cocleare unum cum aqua calida. sic

1 plene *b Gel.*: plena *r V B.* 2 gestationis competentibus *V.* 4 relevare et reparare *r.* 6 etiam et *r.* admoneat (ammoneat *r*) *r Gel.*: ammoueant *V*, amoueat *b* (scapulis et dorso immineat *B*). 7 conclusionem *r b Gel.*: anclusionem *V*, inclusionem *B*. 8 convenit: *sic omnes.* subvenire *r V B Gel.*: —ri *b.* 9 utpote *rB*, inpote *V*: et potus *Gel.* (*om. b*). 10 et (propriis) *add. r.* subministro *r V B Gel.*: ministrabo *b.* 11 mediocriter et s. *Gel.*: et mediocribus s. *r V B* (calida et staltica *etc. b*). 12 ergo *r V B*: *om. Gel.* de *r V b Gel.*: *om. B.* mel(l)icrato *r b Gel.*: meliciato *V*, meliciatho *B.* cid(t *B*)oniis (—eis *r*) coctis *r V B b*: cocto *Gel.* 13 inmixtis *VB*: mixtis *r b Gel.* 14 habenti *r*[c] *V Gel.*, —te *rB.* et *r V B Gel.*: aut *b.* 15 poliarcio *V B* (—artion *r*, —archion *b*). 16 adhiberi *rGel.*: —re *V B.* 17 imponimus: *hic* (*per 25 versus*) *additae sequuntur potiones in b* et his potionibus adiuvandos esse suadeo. Ventrem ossifragia ... 18 etiam *om. Gel.* paregoricas *V Gel.*: paragoricas *rB.* 19 ut *V B*: vel *Gel.* (*om. r*). frictum *r V Gel.*: frixum *B b.* ex aequo tunsum *V B* (ana *b*): ex eo contusum *Gel.* (tusum *simpl. r*). 20 et *r Gel.*: vel *V B.*

abrotonum cum vino dabo. ipsi vero stomacho pingues dactylos in oenomeli coctos et contritos impono. si adhuc dolor remanserit, lac bubulum vel asinae schiston secundum consuetudinem confectum adhibebo.

si nulla sane praeeunte querimonia repentinus occu- 87
paverit dolor, hos continuo post cibos vomere conveniet, tunc etiam ventosas accipere, et supra dictis potionibus propensius imminere. declinantibus vero doloribus decoctionem absinthii dabo. ieran indico. pro virium qualitate gestationes et exercitia vel palaestras, balneas et vinum cum moderatione concedimus, quibus vexatum corpus ad plenam valitudinem valeat pervenire.

si duritia innata fuerit stomacho ex prioribus languoribus, ficos pingues in melicrato coctas et tritas seminibus misceo et ex his cataplasmabo. cerotario post cum nitro vel salibus utor. aquis naturalibus uti convenit. holera cum cibis ceteris, nec non et vinum parcius dabo.

si ventositatis molestiam senserint, sicca fricatione iuvandi sunt, ieiunos vomere convenit, cibos pinguiores et calidiores accipere, potiones quoque ex aniso dauco

1 abrotomum (*sic*) *V*: —tanum *B b Gel.*, aprotanum *r.* ipsi vero stomacho (—um *V*) *r V B b*: Stomacho vero *Gel.* 2 et (si) *add. b Gel.* (*om. r V B*). 3 schiston: siston *r*, yhiston *V*, isdem *B*, his *Gel.* (*om. b*). 4 adhibebo *r Gel.* (dabo *b*): —beo *V B.* 5 si nulla sane *rB*, senula sane *V* (si nulla hos sane *Gel.*). 6 hos continuo *r Gel.* (Quos ... continuo *b*): hos timtintio (!) *V*, eosdem thio *B.* 7 tunc etiam *r V B b*: et eodem tempore *Gel.* supra dictis *r V B Gel.*: s̄s̄ *b.* 8 decoctionē *r b*: —nes *V B Gel.* 9 absinthii—gestationes et *r Gel.* (*ubi sic b* decoctione vero absinthii iuvandi sunt. dabo yera p. v. q. Gcstaciones exercicia...): *om. V B.* geran *r.* 10 et *Gel.*: *om. r b.* balneas *V B Gel.*: —nea *r b.* 11 ex quibus *b* (*sol.*). 12 plenam *rBb*: flegmam (*sic*) *V.* 14 ficus *rBb Gel.*, —cos (*ubi* ficos sanguinis i. m. *sic*) *V.* 16 vel *r b Gel.*: et *V B.* aquis *r b Gel.*: *om. V B* (*unde* utor naturalibus. Uti c. holeribus *B*). convenit *r V B b*: —niet *Gel.* 18 senserint *V B*: —ris *b*, —rit *r Gel.* 19 convenit *r V B b*: —niet *Gel.* 20 accipiant *r.* aneso *V B*, aniso *r b Gel.*

castoreo, absinthio pontico, sinone pipere baca lauri ruta cymino contusis aut singulis aut mixtis sibi invicem aliquibus aut omnibus cum aqua calida in modum coclearis unius. adhibeo etiam epithemata confecta de seminibus potionum supradictarum mixtis cerotario. impono dropaces, adhibeo paroptesin. utraque tamen et cetera adiutoria cycli etiam in dorso vel scapulis applicabo.

90 fastidio incidente locis conveniet habitare aeris salubritate temperatis. ab exercitiis vel fricationibus commodis non quiescant. absinthii decoctionem vel vinum absinthiatum frequenter accipiant. salsamentis omnibus nutriantur, acrimoniis, sinapi et aceto scillitico et similibus ceteris quae stomachi hanc ciborum recusationem valeant extergere.

praeter consuetudinem vero edacibus hoc est bulimantibus ieiunia conveniunt, somni procurandi largiores, cibi insuaves et inflationem procurantes, et vini meri potio.

1 sinone pipere *Gel.* (pp = pipere *b om.* sinone): sinon epipere (*sic*) *V*, Sinonos pipere *r*, sine pipere (!) *B*. bacu *V*, bacis *B* (bacas *rb*, bacca *Gel.*). 2 ex (singulis) *r Gel.* (*om. VB*). mixtis *VB*: commixtis *r Gel.* 3 aut omnibus *r Gel.* (*cf. b* omnia . . .): *om. VB.* cocliariis *V*, coclearis *B* (—rii *r Gel.*). 4 epithe(i *V*)mata *rVB*, epitima *b*. 5 in(m)pono *rVB Gel.*: inpanno *b*. 6 adhibeo *rVBb*: —bebo *Gel.* paroptesin utranque *Gel.*: paropta(e *corr.*)sin. utraque *r*, paroptos inutraque *V*, promptos in utroque *B* (*om. b*). *cf. Cael. chr. 3, 40 etc.* 7 *iterum* (*post* applicabo) *stomachica remedia sequuntur plurima* (*per versus 23: etiam* ad singultum). 8 vero (*post* fast.) *add. Gel.* (*non rVBb*). conveniet *rVB Gel.*: —nit *b*. aeris *Gel.*, aeres *r*: acris *V*, acri *B* (locis salubribus et temperatis *b*). 9 ab *rVB*: sub *Gel.* (*om. b*). vel *VBb Gel.*: et *r*. 10 absentia. Com(frequenter) *V*, absinthiacon *B*, absenthiacum *r*, absinc(t *Gel.*)iatum *b Gel.* 12 sinapi *VB*, senapi *r*: sinape *b*. et s. c. *VB Gel.*: et his similibus et ceteris (ceterisque *b*) *rb*. 13 stomachi *rVb Gel.*: —cho *B*. 14 abstergere *b* (*ubi seq. aliena per versus* 1½). 15 bulimantibus *rV Gel.*: bouinantibus *B*, pulmentis *b*. *fort. scr.* bulimiantibus. 16 ieiunia conveniunt *rVb Gel.*: ieiunantibus veniunt *B*. somnia procuranda *V* (*non rBb*). 18 potio sone si *V*, potiones. Si *B*, potio sane. Si *r*, potio sane si *b* (p. Sane si *Gel.*).

sane si nausiando frequenter flegmata et cibos incoctos 91
excluserint, quo corpus non nutriendo tabidum fiat, hos cibis nutrio siccis et tostis. acrimonia omnia concedo. potum frigidum per momenta parum dabo. ieiunos vomere cogo. per ventrem umorem deduco catharticis. calidis unguentis omnia membra pertracto. absinthii decoctionem dabo, sucum stypticum mali granati aut solius aut hoc modo confecti. ad suci mentae viridis partem unam tres mali granati suci partes admisceo, et coquo ut paulatim pinguefiat, et ex eo unum cocleare ieiuno pro ecligmatio dabo.

si etiam choleram cum cibis vomuerint, omnia cum aqua frigida dabo ubi murta viridis cocta fuerit. si una etiam ventris effusione fuerint fatigati, mala granata decem cydonia decem in aquae sextariis quinque coquuntur ut penibus maturescant. quae postea exsucata separantur. sucus vero qui remanserit ad mensuram partem mediam mellis accipiet, coquetur ut ecligmatium, et operabitur similiter. aliud. murta viridis in vino coquitur ut tertia

3 tostis *rb Gel.*: tosteis *V*, totius *B*. acrimonia omnia *rV Gel.* (Omnia acrimonia *b*): (totius) acrimoniae omnia *B*. 4 parum *VBb Gel.*: parvo *r*. 5 et (*ante* cal.) *add. Gel.* (*non rVBb*). 7 (9) mali granati *rb* (*et infra V*): malo(a *V*)granati *B*. 8 ad *r Gel.*: aut *VB* (*om. b*). (partes) tres (*hic*) *r*. 9 decoquo *r*. ut paulatim pinguae(pingue *B*)fiat *VB*: usque ad pinguedinem (*formula vulgari*) *rb Gel.* 10 cocli(e *B Gel.*)are *VB*, coclearē *r*. eligmatio (—thico *V*) *rVB Gel.* 12 c(h)olera *VBb*. omnia: *sic rVBb Gel.* 13 mirta *rBb*, myrta *r*. *deinceps in b sequuntur additamenta plurima per versus 47* (ad cardiacos *etiam etc.*). 14 Si tantum sola effusione *etc. b*. mala (*V*, —li *rb*, —lo *B*) granata. 15 coquantur *b* (*sol.*). 16 maturescant. quae *r Gel.*: maturus. Canc quae *V*, maturus. Cumq› *B* (maturascant colas et ad mensuram parte dimidiā mellis accipiat. et recoques et ut elegmatium potui dato. mire operabitur *b*). *cf. supra 2, 31.* 17 qui remanserit *rB Gel.*: quae remanserint *V*. 18 accipiet *r Gel.*: acci(e *B*)perit *VB*. (et *add.*) coquetur *Gel.* (*b*): —itur *rVB*. eligmatium (—thium *V*) *rVB Gel.* 19 murta *V*: mirta *Bb*. tertia (*sc.* pars): *sic rVB Gel.* (cocta ad tercias *b*).

remaneat. cui partem mellis similiter miscemus, et conficimus, et utimur.

92 quibus vero flegmate supernatante frequenter acescunt cibi, his bubulam dari suadeo et cetera agrestia carnosa similiter. post quae continuo aceti unum cocleare dari convenit. omnes amarissimae ex absinthio expediunt potiones, ut est haec. piperis et aneti semuncias singulas, cymini unc̄ IIII. tunsa et cribellata reponimus, et ex hoc pulvere unum cocleare cum aqua calida potui damus. cum humanius hi profecerint, dabo picrau, exercitiis et gestátionibus competentibus imminebo, fricationibus, dropacibus, sinapismo, quibus stomachus siccatus a flegmate liberari possit.

93 quibus calore nimio inquietatur, ut haec eadem inflammatio stomachi etiam et superficiem faciat plus calere, ut etiam choleram frequenter emittant, his hoc remedio succurrendum est. mastices unc̄ II, rutae siccae unc̄ I. teres. pulveri ut trocisci fiant arnoglossi sucum admisceo et eos in singulis drachmis paro, ut ex his unum cum aqua calida accipiant.

1 miscemus: mittimus *rVB Gel.* 3 flegmata (fremata *V*) supernatant (—natante *r*) *rVB*: flegma supernatat et *b* (phlegmate supernatante *Gel.*). acescunt *rVBb*: inacescunt *Gel.* 4 *post* cibi *seq. aliena in b* (*per versus b*). et ceteras carnes agrestes *b.* 5 cocleare: *sic rVB Gel.* 6 tunc (*post* omnes) *add. Gel.* omnia amarissima *r.* 7 uterest haec *V*, Iterum haec *B* (*r* ?) (sic pp ÷ I. aneti S ... *b*), nam et piperis ... *Gel.*). 8 ÷ III. *r.* tunsa et cribellata: *sic rVB Gel.* (*om. b*). 9 coclearium *rV Gel.*, cocleare *B.* 10 hi (in *V*) *VB*, hinc *r*, hec (h̄) *b.* picran *Gel.*: pichram *V*, pigram *rBb.* 12 ex quibus *b.* siccatus *b Gel.*, siccatus est *r*: *om. VB.* 14 inquietabitur *r.* 15 stomachum etiam et superficiem *VB*, stomachum etiam in superficie *r*, stomachi etiam superficiem *Gel.* (stomachi infl. superficiem f. pl. c. *b*). 16 cholera *rVB* (colera *b*). 17 masticis *rVB* (—tic̄ *b*). 18 teres. pulveri (*cf. 2, 10b*): erupulauest *V*, eurupulau ÷ I. *B* (eorum pulveri *Gel.*). 18—20 teris cum suco arnoglose (arneglosse *r*) et facies (—cis *r*) trociscos (an̄ ÷ II. *r*) et dabis cum aqua calida *sic rb* (*contra VB Gel.*). arnoglosi *V* (—ssi *Gel.*): —glossae *B* (*br*).

si nimius ardor fuerit, quem causon appellamus, sub quo angustiis intervenientibus et febrium augmenta fiunt, his aquam frigidam per intervalla dari convenit et similes cibos frigidos. articulos eorum manibus calefacio. decoctiones dabo cydoniorum mespilorum sorborum mali granati mentae viridis vel oenanthes. si etiam sitire vehementius coeperint, hoc remedio compescuntur. seminis cucumeris dulcis unc̄ II, tragacanthi I. in ovi albo liquore infunditur et cum se resolverit, tunc seminis supra dicti pulvis admiscetur et collyriis ex eo factis, unum sub lingua datur habendum, cuius paulatim umor vel sucus liquefactus perveniens ad stomachum sitim compescere valeat. aliud quod et viribus expediat quae forte aquae possunt inopia laborare, quod sine cuiusque vexatione etiam febricitantibus frequenter ingessi. suci glycyrizae unciis IIII unam seminis supra dicti pulveris misceo, et ovo similiter

1 nimius *r* (*Neu.*): minus *VBb* (minor *Gel.*). 2 febrium *rVB*: febribus *b.* 3 dari *VB Gel.*: dare *r.* et similes cibos frigidos *VB Gel.*: et similes cibos et frigidos *b*, et similes cibos eque frigidæ (!) *r.* 5 mali granati *rV*, malogranati *B*, mala granata *b.* 6 otenantes *V*, enantes *r*, ynantis *B*, īantis *b.* 7 *hoc καταπότιον habet Ps. Gal. XIV, 371. Escol. f. 33a (= Gar. 2, 40) ex Asclep. Gal. XIII, 145. ὑπογλωττίδας tales aiunt sec. Galen. XIII, 31 sqq.* seminis *b*: semen *rVB Gel.* 8 tragacanti. I. *V*: draganti. I. (℥ I *r*) *rB*, draganti (*simpl.*) *b.* albo liquore *rVB Gel.* = albore *b.* infunditur *sc.* tragacanthum (*cf. Diosc. p. 362*). *brevius haec innuit b, ubi* et catapucias facito et sub lingua teneto. 9 seminis supradicti *r Gel.*: seminibus supradictis *VB.* habendum *VB Gel.*: tenendum *r* (*b*). 11 perveniens *r Gel.*: proveniens *VB.* 12 aliud et (aliud est quod *B*, aliud quod et *r*) auribus (viribus *r Gel.*) expediat quid (quod *rB*, si *Gel.*) forte ea quid (forte et aliqui *B*, forte ea quae *r*, forte aquae *Gel.*) possunt inopia laborare *r VB Gel.* (*om. b*). 13 viribus *r Gel.*: auribus *VB* (ardoribus *Neu.*). aquae *Gel.*: ea quid *V*, et aliqui *B*, ea quae *r.* 14 cuiusq· *r*, cuiusqꝫ *Gel.*, cuiusquae *V* (—quam *B*). 15 suci *Gel* (suco *r*, suc⁹ *b*): sub *VB.* glycyridie *V* (liquiriciae *rB*), gliquiriciȩ *b.* unciis *Gel.*: in unciis *VB*, ℥ *r.* seminis: semis *VBGel.* (supra dictarum specierum I. ÷ *b*, Cucumeris pulverē. ℥ I. S *r*). 16 supra dictis (*V*, —ti *B*) pulveri (*V*, —ris *B*): supra scripti pulveris *Gel.* misceo: *sic rVB Gel.*

temperabo et similiter adhibebo. nam etiam sola ova cum vino data par beneficium praestant.

94 quibus autem flegmatis infestatione stomachus infrixerit, calefactionibus, unguentis calidis curandus est, et potione iuvandus superiore, ex mastice menta et arnoglosso, cui piperis et castorei singulae unciae admiscendae erunt. nam et cortex radicis feniculorum in aceti unciis decem et octo coquitur ut illic omnem sucum demittat, et postquam corticem proieceris, huic aceto partem mellis miscebis et coques et uteris, ut electario. similiter iuvabunt et oxyporia confecta consuete, hoc est ameos caru ligustici apii semen in unciis singulis cribellantur, his miscentur piperis unciae duae, et mellis despumati quod sufficiat ut pinguescat. oxyporium temperetur. ex hoc et ieiuno et post cibos unum cocleare cotidie ministretur.

95 sane singultus frigido flegmate stomacho permanente si obvenerit, confecti pulveris ex piperis unciis tribus et

1 temperabo . . . adhibebo *rV Gel.*: tempero . . . adhibeo *b* (temperabo . . . adhibeo *B*). (*post* ova) incocta recentia *add. rb* (*om. VB Gel.*). 2 *post* prestant *add. b* similiter et apii rad'. in aqua decocta^s ad tercias bibat sitim compescit *deinde* Si autem de fervore *etc.* (= *95, med. om.*). 4 calefa(i *r*)ctionibus: *sic rVB Gel.* curandus est *rV Gel.*: curandi sunt *B* (*sed* iuvandus *rVB Gel.*). 5 superiore *B* (—ri *Gel.*): superioris *r*, est superiori *V*. arnoglossa *VB* (—so *V*^c *Gel.*, —se *r*). 6 singulae — (7) aceti *om. r* (*ubi* castorei ana ℥ XVIII. coquitur ad medietatem ut illic *etc.*). 7 X. et octo *V*, decem et octo *B* (XVIII. *r Gel.*). 8 demittat *V*, dimittat *rB Gel.* 9 miscebis *Gel.*: misces *VB*, ammisces *r*. 10 coques (quoques *V*) *V Gel.*: coquis *rB*. ut electuario *B*, ut electarium *V* (—tuarium *Gel.*): in modum electuarii *r*. 11 ameos careu(m *B*) liu(b *B*)isticum (ligusticum *Gel.*) ap(p *V*)ii semen *VB*. castoreum (*pro* careum) *r*. 12 ana ℥ I. *r*. miscuntur *r*. *pro* 14—15 quod sufficit. et ieiuno et post cibos dabis (*sic*) *r* (*rel. om.*). et (oxyp.) *add. B*. temperetur *VB*: temperatum *Gel.* (*om. r*: *cf. ad v. 14*). 16 frigidus flegmate *VB Gel.*, ex frigido flegmate *r*. *cf. Cass. p. 103, 11 sqq.* in (stomacho) *add. B* (*om. rV Gel.*). 17 confectus pulvis *VB Gel* (dabo potionem confecti pulveris *r*). unc̄ I. *V*, uncia una *B Gel.*, ℥ I. *r*.

castorei uncia una simul commixtis unum cocleare in aqua calida dandum erit.

si de fervore autem, ut tempore digestionis, odor fumosus quidam, quem aliqui carbunculum appellant, dolorosos singultus procuraverit, continuo aquam egelidam bibentes vomant, et sternutamenta provocentur. et acetum si sorbeant, continuo sedantur. etiam piperis radix massata frequenter singultus compescuit. eidem stomacho vaporis illius causa folia vitium trita impono.

cum vero nigra cholera stomachum attemptaverit, ut ex inflatione molesta cum aliquibus melancholicorum accidentibus publicetur, continuo inter initia spongiam cum aceto viscido infusam eidem stomacho convenit adhiberi et hederae foliis in vino coctis et tritis cataplasmari. cibis nutriantur competentibus, ovis alica iuscellis pinguium gallinarum vel ungularum porcorum. fasianorum vel perdicum carnes accipiant. 96

1 commixtis unum *Gel.* (commixti unum *r*): commixti uinum *V*, cummixta ad unum *B*. 2 dandum est *r* (*cf. ad p. 194, 17*). 3 ut *rVb Gel.*: et (&) *B*. 4 et dolor hos singultus *VB Gel.*, et dolor his singultus *r*, et dolopaces (*sic*) simul insto^{i}m (= istomachi) *b* (*cf. Cass. p. 103, 15*). 5 egelidam *V*: gelidam *rBb*. 6 vomant *rb* (*Gel.*): vomas *V*. vomitus *B*. provocentur *rV*, —vocent *B*, procurentur *Gel.* (sternutacio procuratur *b*). 7 piperis *ego*: pap^{i}eri (*ips. corr.*) *V*, papiri *r*, papyri *B* (*Neu.*, papaveris *Gel.*). *haec om. b. cf. Diosc. 2, 188* *ἡ τοῦ πεπέρεως ῥίζα . . . ἀποφλεγματίζει . . . μασσηθεῖσα.* massata *Gel.*: maxata *V*, masata *r*, masticata *B*. 8 compescuit *rGel. et* (compescoit *sic*) *V*: —cit *B*. eidem (eodem *V*, et eodem *r*) — impono *rV Gel.*: Item ad stomachi vaporem in pusca sex folia vitium trita impono *B* (Si provocetur ex eodem carbunculo stomachi vaporis illius causa folia vicium trita inpōta [= inposita] *b*). 10 attemptaverit *V Gel.* (tēptaverit *b*): attemptarint *rB*. 11 ex inflatione *rB Gel.*, exflationem *V*: inflammacione *b* (*item infra*). 11 accidentibus *rVB Gel.*: signis *b*. 12 publicetur *b Gel.*: —centur *rVB*. cum *rVB Gel.*: *om. b*. 15 ovis alica iuscellis *V*: ova alica iussellū *b*: alica iusellis *r* (*om.* ovis, *item*) aliqua iuscella *Gel.* 16 vel ungulas *r*.

si illa vero inflatione necdum digesta stomachi adhuc perseveraverit tensio, polii herbae decoctionem conveniet accipere aut calaminthae mixto melle despumato.

XXX. De lumbricis.

97 Cum vero corruptis stomachi umoribus, incompetentibus saepe quoque cibis praesumptis, seu per aegritudinem seu certe sine febribus lumbrici innati fuerint, qui aliquando eundem stomachum aliquotiens inferiora possideant, hos sic excludendos esse suadeo.

primo advertendum est tres esse differentias lumbricorum. sunt rotundi et rubri, sed minus noxii. sunt latiores et albidiores, sed molesti. sunt minuti et tenues, ut vermiculi, sed sollicitiores.

hi licet omnibus aetatibus semper nasci possint, attamen frequenter infantibus familiares sunt. quibus dare convenit centauriae decoctionem vel abrotoni vel santonici, et epomfalium ex lupinorum farina aut absinthii pontici aut melanthii aut abrotoni in melicrato temperatum imponi, cui decoctio ficorum admiscenda erit. dabo myxarum

1 inflatione *rV Gel.*: inflatio *B.* 2 tensio *rV Gel.*: densior *B.* polii: *sic V B Gel.* (*om. b*). *cf. Cass. p. 104, 4.* 3 calamintae *Gel.*: calamentis *r*, calamittis *V*, —mitis *B* (diacalamiten antidotū *b*). 4 *tit.* De lumbricis theodori prisciani. XVII. *r* (De lumbricis. XXX. *V B*). 7 certe (—æ *V*) sine *rV B Gel.*: in *b.* 9 suadeo *rV B Gel.*: doceo *b.* 12 latiores et longiores et alb. *Gar.* sed (*ante* molesti) *b*: *om. rV B Gel.* (sed molesti *om. g*). 14 possint *B b*: possunt *rV Gel.* 15 dare (. . . *mox* imponi) *codd.* 16 decoctionem *Gel.*, —nes *r* (*et infra b*): *om. V B g.* centauriae *V Gel.*, —reae *r*: —riam *B g.* vel aprotani *r* (*Gel.*), vel abrotanū *g* (*b*): vel abrosia *V*, vel labruscum *B.* sandonici *V Gel.* (*b*), —cum *B*, santonice *r.* 16—17 *haec sic habet b*: q. d. c. centauream. vel abrotanum. vel sandoni. vel pūta folii decoctione. et l. farinam *etc.* (*sim. Gar. 3, 23*). 17 et epanfoliū *r*, & ponfaliū *V*, & eponfalium (—lion *g*) *B g* (enponfolion *Gar. Ber.*) *i. e.* κατὰ τοῦ ὀμφαλοῦ ἐπιτεθέντα, *ut ait Gal. XII, 76* (*cf.* epithema *Cass. p. 174, 3*). 18 melancii) pulverem *add. b* = trita *Gar., qui cum g om.* aut abrotani. temperato *rV*, —ta *B* (—tum *b Gel.*). 19 ficorum *rV g Gel.*: ficuum *B Gar.*, ficidis *b.* mixarum *V*: mixtarum *B*, micarum *b* (nixarum *rg*, nuxarum *Gar.*).

decoctionem, et easdem myxas comedendas permitto. dabo passum, et si multi fuerint lumbrici etiam per clysterem curo.

iuvenibus vero nasturcium cum melle coctum dabo. 98
rafanos expedit accipere, et sucum eorum. dabo dia moron pro ecligmatio. et eadem mora convenient. et sinapi cum oleo tritum bene datur, et hydrelaeon tepidum ex veteri oleo temperatum, et sucus ptisanae in quo polypodium coqui debet. et cornu cervini combusti pulvis cum melle datus continuo lumbricos exclusit. sic mentae viridis decoctio, sic erucae, sic caulium, sic rus syriaci et malorum granatorum inmaturorum. cataplasmata autem adhibeo ex pulveribus sicut supra lupinorum absinthii pinnarum combustarum abrotoni et melanthii. nam et pulvis earum pinnarum cum aqua calida datus satis iuvat. epomfalium vero his ex subiectis adhibeo. fel taurinum cum melanthio, abrotonum tritum cum lacte muliebri, ficos pingues aut dactylos tritos cum melle despumato commixtos. et cerotarium in quo cymini pulvis vel absinthii commiscendus erit. exercitia pro modo virium adhibita proderunt. cibi

1 et eadem sedem mixas *V*, et easdem mixtas *B*, et easdem nixas *r*, et easdem micas *b*, et eandem enixas *g.* dabo passum . . . curo (*sic Vindob.*, curabis *Vindocin.*) *add. g Gar. cum b, qui sic habet* . . . comedendas. Et si multi fuerint etiam per clisterem curo (*cf. Cass. p. 173, 21*). 6 mora *rGel.* (*om. b*, eedem more *Gar. ms. Ber.*): hora *V B g.* convenient *g*: —unt *rV B* (*sc.* comesta). 7 idreleon *V*, idroleon *B*, idroleum *r.* 8 polidium *V B* (polipodium *r g Gar. b Gel.*). 10 exclusit *V Gel.*: —dit *rB b g Gar.* *post* (mente) viridis decoctionem *aliena adduntur* (*per 9 versus*) *in b, ea autem quae hic sequuntur abiciuntur* (*usque ad v. 20*). 11 erucae *rV B g* (*Gar.*): rutae *Gel.* rosis *V*, roris *V*c *B Gel.* (ros syriacum *g*, rossiriaci *r*). 13 sicut supra *rV B g*: *om. Gel.* lupinorum farina absenti *etc. r* (*cf. 97*). pinarum *V*, pennarum *rB g* (*cf. Med. Plin. f. 44*c *Bas.*, *Cael. chr. 4, 126. 129*). 13 earum pinnarum *g Gel.*, earum pennarum *r*: earum *V*, eorum *B* (lupinorum *Gar.*). 15 &ponfalium *V*, Et ponfalium *B*, eponfalion *g*: et epomfalium *r* (et omphalium *Gel.*) 16 his ex *rV B Gel.*: hęc *g.* 17 ficos *V*, —cus *rB g Gel.* (*ubi* pinguis *r*). 19 quimini *V*, cumini *r.* 20 frequenter (*post* virium) *add. Gel.* vero (*post* cibi) *add. Gel.*

dandi sunt digestibiles. et per intervalla clysteres acerbiores adhibiti satis iuvaverunt.

99 si illi latiores infestaverint, hos murra pinguis accepta continuo excludit, et alium frequentius si comedatur. sic his etiam omnia acrimonia profuerunt. nam et vomere cogendi sunt, et continuo scamoniae purgandi cathartico, ubi lathyrides euforbium piper nitrum coccum gnidium admiscebis. ego vero et magistrorum experimento et nostro longo probato iam tempore hoc cathartico his semper utor. scamoniae unc̄ III, combustarum pinnarum pulveris unc̄ I, euforbii unc̄ III, nitri partem semunciae unius. ex omnibus tunsis et cribellatis cum melicrato aut vino dulci unum cocleare semper dedi. salubrius autem continget, si ante diem alium vel cetera acrimonia edant, alium

2 iuvant *Gel.*. 3 Si illi *rVB*: Si enim illi *g*, Si vero (lat.) *Gar.* (latiores) qui molestiores sunt *add. Gel. solus.* murra *r*, mora *Vg* (*cf. 64*), myrra *B* (mirra *Gar.*). 6 sammonia *V*, scamoneae *Gel.*, scamoniae *r*, scammoniae *B*, escā admove *g Gar.* (*scil.* purgandū *g*, ad purgandū *Gar.*, *sed ibi Vindob.* scammoniam admove(nt?) purgandū catarticū). 7 latirides *V* (lactides *b*), lacterida *B*, lateridas *r* (tyriaca addis *g cf. Gar.*): elaterium *Gel.* nitrium *V* (nit b), nitrum *rB* (*Gar.*): nigrum *Gel.* coccum cnidium *V*, cocognidium *rBb*. admiscebis: ammiscens *V* (admisces *Bg*), admiscens *r* (admisce *Gel.*, amisceo *b*). 9 probato *r Gel.* (*b Gar.*): prolato *VBg*. his *V* (catirticum his): in his *rg Gel.*, cum his *B*. 10 escamoniae *V*. unc̄. III. *V*, ÷. III. *B*: IIII : *b* (drach. 4 *Gar.*). combustarum pinnarum pulvere (—rē *B*) unc̄ I. *VB*(*g*), comb. penn. (*om.* p.) ʕ II. *r*, p. c. unc. I *Gel.*: coloquint. I. ÷ *b* (colocinthidarum pulveris ÷ I. *Gar.*). 11 euforb. II. ÷ nitri IIII. ÷ *b* (III. IIII. *Gar.*), euforbiu ʕ II. nitri ʕ *r*. nitri partem simuntiae (semunciae *B*) unius (semuncia. I. *Gel.*) *VB Gel.*: Nitru ʒ *g*, nitri ʕ (*item sine num. r*). ex *V Gel.*: et *B*, *om. r*. 12 et *rb Gel.*: *om. VB*. 13 *post* dedi *add. b*: Pennarum combustarum pulverem subtilissimum facio et cum mellicrato. aut in vino dulci semper utilius utor (*rel. om. usque ad p. 192, 2*). 14 *haec sic habet r*: si ante diem alium (*sic*) vel cetera acrimonia olium (*sic*) maxime comederint. His et oleum *etc.* purgationis (*post* diem) *add. Gel.* edunt *VB* (edant *Gar.*, comedat *g*): in coena accipiant *Gel.*

quam maxime. his et oleum bibere convenit calidum, sed vetustum ut superius significavi.

100 minutos vero et tenues ut vermiculos, etiam hos murra pinguis semper accepta exclusit. his etiam per clysterem hoc expediet adhiberi. et omnes decoctiones superiores calidae, et oleum calidum acceptum, et rus syriaci sucus cum aqua calida, et seseli cum melle. his anus felle taurino vel cedria perunguendus erit. si stomachum vero diutius attemptaverint et ibidem frequenter inquietudinem fecerint, semper sales in ore ferre convenit, ex quibus umor liquefactus descendens et stomachum et omnia intestina a lumbricorum molestia liberare possit.

omnia itaque stomacho supra dicta accidentia, quae cum suis propriis remediis exposui, aut indignante stomacho obveniunt aut quieto sedantur.

1 quam maxime *Gel.* (*g*): quod(qđ *B*) maxime *VB*, *ubi* comedere convenit *add. VB* (manducare convenit *g*), *quae om.* (*r*) *Gel.* his namque et *Gel.* et oleum bibere calidum (—calidum *v. 6 om.*) acceptum rossyriaci sucus . . . *g* (*Gar.*). 2 significavimus *Gel.* 3 ut *VB Gel.*: *om. r* (*b*). etiam (et *add. r*) hos *rVB*: etiam *Gel.* 4 murra *hic V* (*ut r*, mirra *B*). *cf. supra p. 198, 3.* m. p. s. a. *VB*: a. m. p. s. *Gel.*, p. m. a. s. *r*. 5 hoc *rV* (*b*): *om. B*. 6 calide *rV*: —das *B* (*haec om. b usque ad v. 10*). acceptum: acceptum profuit *Gel.* et . . . sucus *Gel.*, et . . . sucos *r*: cum . . . sucus *V*, cum . . . suco *B*. ros *rg*: roris *VB Gel.* 7 sisęl *V* (*Gel.*), sesel *B* (siseleos *g Gar.*), siseli *r*. his anus *r* (hęc anus *g*, et anus *Gar.*): insanus *VB* (insano *Gel.*). 8 cedria *Gel.* (*Gar.*, cydria *g*, *cf. Cass. p. 108, 5*): cedrino *V*, cethrino *B*. 10 sales: grani salis *r*, salis granum *b* (*unde mox* ex quo *rb*). ferre id est tenere c. (*sic*) *g*. 11 descendens (et *add. r*) stomachum *r Gel.*: desc& | (*in fine versus*) stomachū *V*, deserat stomachum *B*, descendens in stomacho *vel* —chū (omnia . . .) *bg*. 12 et *VBg*: *om. b*. liberare *rVB Gel.*: —ri *gb*. possit *gB Gel.*: —sint *b*, —sent *V*. 13 stomacho (*sic*) *VBb*: —chi *r Gel.* supra *i. e. c. 29—30 quae faciunt unum capitulum.* 14 indignanti *B* (—te *rVg*, —tē *b*). 15 adveniunt *rg*.

XXXI. De dysentericis vel lientericis.

101 Dysentericorum fit causa molestior temporis prolixitate. frequenter enim ventris effusio corpora assidua vexatione debilitat. est namque dysenteria intestinorum vulneratio cum reumatismo, quae conationibus et veluti desiderio egestionum suavium debilitata membra consumat. dysentericorum ergo adiutoria ex subiectis compendiose percurram. est cibus, est potus, sunt potiones vel antidota et cetera quae nunc nobis ordinanda erunt.

cibus inquam convenit panis mundus siccus aut cyprius aut alexandrinus vel potius africanus, sucus ex alica milio oryza, quibus concoqui debet aut caprarum adeps aut cummi aut symfytum aut rus syriacus aut certe ichthyocolla. sic etiam lac bubulum convenit. oleum vi-

1 lientericis *rb*: mentericis *V*, neutericis *B*. fit causa molestior *rVB*: causa molestior est *b Gel.* 4 vulneratio *rVBb*: ulceratio (*ut solet, corr.*) *Gel.* 5 conationibus *rb* (*cf. 104*): conatibus *VB Gel.* 6 egestionum *V*, &gestionum *B* (diggestionum *b*). *cf. Cael. chr. 4, 85. 87.* suavium *rVBb*: suavium assidue cogentium *add. Gel.* debilitata *r Gel.*: debilitate (—tem *V*) *VBb*. 7 compendio semp curaē (.ē. *corr.*). cui⁹ est potus. sunt p. *etc. r*, *itaque* est ciuus est potus *r*, Est cibus et potus *b*: & cybos est potus *V*, et cibos et potus *B* (e quibus est cibus consuetus et potus *Gel.*). 9 nunc nobis *Gel.*: nunc a nobis *r*, nonnullis *VB* (*om. b*). 10 Cibus (Cybus *V*) inquam c. *VB Gel.*, Cibus inquit c. *b*: quibus inchoam (Panis m. *etc.*) *r*. aut (cyprius) *rVb Gel.*: ut *B*. 11 africanus *rVB Gel.*: afrus *b*. suci alicae milio oriza (a quibus) *V*, suci alicae milium oriza (quibus) *B*, sucus alicae milio oriza (quibus) *r*, sucus ex alica. milio. origa (quibus) *b*, suci ex alica *etc. Gel.* 12 debeant *r*, debent *b*. 13 adipes *rb*. aut (*ante* cummi) *om. VB*. gummi (gummin *V*) *VB Gel.*, gumen *b*, gūm̄ (gummen) *r*. sinfit(h *V*)on *VB*, sīphitū *rb* (symphyton *Gel.*). ros syriacus *Gel. B* (roxiria *sic V*): ros siriacum *rb*. 14 ictyocolla *VB*, ictiocolla *r* (*om. b*). bubulum: in quo lapides de fluvio igniti extinguntur potui dari *addit solus b, ex infra scriptis quae omittit praesumtum* (*p. 201, 9*). convenit *VB*: convenit accipere *Gel.*, convenit aut certe (o. v.) *r* (potui dari convenit *b*).

ride his frequentius misceo. expediunt caules decocti plantago portulaca polygonum symfytum, horum omnium quam maxime folia vel molles cymae oleo et aceto conditae. ova in aceto cocta sorbilia conveniunt, et ex vitellis eorum patellae perfusae cerebellorum pulvere aut gallarum aut rus syriaci. pisces aut capitones aut lepores aut mugiles et ceteri sicciores. caseus vetustus proderit, sive recens libuerit. lac asinae in diploangio coctum facit, et bubulum schiston confectione iuvat ex lapidibus fluminalibus. sic etiam caprinum silvestre facit. sic carnes dandae sunt agrestes et sicciores, iuvat fasianus in pusca decoctus, palumbus matri subductus, turtur et lepus et cetera silvestria sicciora quam maxime volatilia. quae enim neque salivarum neque urinarum usum habent, na-

1 misceo *rVB*: ministrandum est *Gel.* (*om. b*). interea (*post* exp.) *add. Gel.* 2 plantago *rVB Gel.*: arnoglossum *b*. poligonus sinfitus *B*, polygonusinficus *V*, poligonos simphitus *r*. 3 molles cymae *Gel.*: molles quae *V*, molles cimi *B*, molles cum *r* (*om. b*). oleo. s̄s. = supra scripto *add. b*. 3 conditi *B*. 5 profusae *VB*, pfusę *rb*: *om. Gel.* 6 roris *VB Gel.*, ros *r*. aut *rVB*: dandi sunt *Gel.* capitones: *sic rVBb Gel.* lepres (*sic*) *V*, lepores *B Gel.*: *om. rb* (*sed in r mox* Leporina *post* sicciores). 7 mugiles (—lem *V*) *VBb*: muli *r*, mulli *Gel.* caseus *etc. om. b* (*usque ad v. 11*). 8 sin vetere recens *V*, sive te recens *B* (sin vero r. *r Gel.*). in diplo angio (*sic*) *VB Gel.*: *om. r. cf. I, 37.* coctus facit *rV*, coctum proficit *B* (lacte ... cocto facito *Gel.*). 9 *ante* sciston (*VB*) *add. Gel.* misce. confectione *VB Gel.*: confectum *r*. lap. fluvialibus (*Gel.*) *sc.* ignitis. *cf. Cass. p. 123, 18.* 10 sic (etiam *add. r Gel.*) caprinum silvestrae (—tre *B Gel.*) facit. sic (*Gel.*, si *rB*) carnes d. s. *rVB* (*fort.* sic caprae silvestris). 11 dandae sunt (Iuvat *etc.*) *VB*: magis agrestes et sicciores expediunt *Gel.*, d. s. agrestes et sicciores [iuvant. Fas. *etc. r*. 12 palumbus m. s. *VB*: columbos m. s. *r*, columbi minores *b* (palumbus similiter columbus *Gel.*). turtur et lepus (—os *B*) *VB*: turtures lepores *Gel.*, turtures lepus *r*, thurtures (*sol.*) *b*. 13 quam *rb Gel.*: *om. VB*. 14 salivarum *Gel. cum* r^c (villarum *Neu.*): silvarum *VB et ante corr. r*. urinarum *r Gel.*: urbia | arum *V*, urbanarum *B* (—norum *Neu.*). *cf. Hippocr. peri dietes l. II. (I, 680 Lips.)* σχεδόν τι πάντα τὰ ὀρνίθια ξηρότερα. ὁκόσα γὰρ κύστιν οὐκ ἔχει οὔτε οὐρέει οὔτε σιαλοχοέει πάντως ξηρά.

tura profecto sicciora consistunt. mala cydonia conveniunt in vino cocta, mespila, mala granata paulo inmatura, amygdala amara, thebaici et his similia.

potus vero licet primis diebus aqua bibenda sit parcius, attamen cum vinum dandum fuerit, tiburtinum surventinum marsicum siculum, quibus primo ferrum igneum infundendum est. sin vero confici vina placuerit, fit myrtites, fit oenanthinum, fit cum mespilis, fit cum sorbis, fit foenicium. quae tamen omnia in vasis picatis reponenda erunt.

102 omnia quidem de cibis dispositis percucurri, sed utilius si unius speciei subministretur, ut Hippocrates ait „mixti cibi insimiles veluti reponentes in stomacho digestiones impediunt.“

potiones vero vel antidota haec. cornu cervini com-

2 (mespila) sorba *add. solus b.* paulo (pralo *V*) *r V B Gel.*: in (maxime) *b.* amigdala salsicia thebaici (—ca *B*) *VB*, amigdala amara thebaici dactili *r* (amigdala salsa, thebaici dactyli *Gel.*, (dabo) amigdalas dactilos thebaicos *b.* 4 potus *VB et* (*qui add.* vero) *Gel.* (post vero *b*). sit parcius *Bb Gel.* (sit paratius *V*): sed parcius *r.* 5 vinum *rb Gel.*: unc̄ (*sic*) *VB.* 6 quibus: in quibus *rVBb Gel.* igneum *rV Gel.*: ignitum *Bb.* 7 infundendum est *rVB* (erit *Gel.*): extingendum erit *b. cf. 2, 80.* sin *rVB*: si *b Gel.* myrtite *V*, myrtē *r*, mirtinen *b*, myrtatum *B.* 8 oenanthium *V*, y(i *rb*)-nantinum *rBb.* 9 foenicum *VB*, fenicenū *r* = de dactilis *b* (phoenicium *Gel.*). picatis (*rB Gel.*, pictis *V*): fictilibus *b.* 10 erunt *VB Gel.*: sunt *rb. post* reponenda sunt *add. b* (*p. 123, 2*): Qui ita conficiuntur. De dactilis. vel sorbis . . . (*v. 3*). 11 dispositis *rb*: repositis *VB.* percucurri *V*: percurri *rBb.* 12 utilius *b*: utilis *r*, ueillius (*sic*) *V*, melius *B.* spetei *V*, speciei *B Gel.*: species (ſpēs) *b*, speciem *r.* subministretur *Vb Gel.*: —trentur *rB.* ypocras *b*, yppš *r*: eppocastes *V*, ypocasten *B* (Hipp. *ubi?*). 13 ait *rb Gel.*: aut *VB.* mixti cibi insimiles vel ita reponentes (rep. *inter lin. corr.*) *V*, mixti insimul veluti reponentes *B* (mixti insimiles veluti stom̊. reponentes *b*): mixtis insimiles veluti sibi repugnantes *r* (m. c. et similes veluti sibi repugnantes *Gel.*). 15 haec. cornu c. c.: ex cori cervini cembusti *V*, cornu cervini combusti *B*, ex cornu cervino combusto *r* (hęc sunt quę dissintericis. celiacis et lientericis novimus subvenire. cornu cervini c. cinis . . . *b*).

busti pulvis in aqua aut in vino styptico datus iuvat. sic coagulum leporis in vino similiter. sic ventrium caponum vel anserum vel ceterarum agrestium membranae combustae interioribus conveniunt. et rus syriacus tunsus, et rosarum flores et mali granati. et suci herbae polygoni et arnoglossi acaciae hypocistidis, ut tibi visum fuerit, ministrandi sunt, trochisci vero aut melas aut andronius aut dia spermaton et ceteri de experimentis. et si putredo vulnus attemptaverit, iniciendus est Athenaei veluti causticus ex auripigmento calce viva sandaraca charta combusta confectus cum vino styptico vel sucis herbarum similiter constringentium. adiungitur frequenter etiam lac in quo lycium indicum solvitur, et vinum in quo cantabrum coquendum est, aut rus syriacus aut cetera similia supra dicta. potionibus vero supra scriptis convenit aro-

1 in exaqua *V* (in aqua *rBb*). 2 ventrium *b Gel.*, ventrē *r*: venerium *VB* (*cf. Antid. Brux. 50. 143*). 3 anseris (*sic*) *rVB* (anser̄ *b* = —rum). ceterarum *rVb et* (*qui addit* volatilium) *Gel.*: —rorum *B.* 4 rossyria | cum tunsuam *V*, ros syriacus tunsus *B*, rossiriacū contusū *r* (roris siriaci pulvis *b*). 5 rosarum *rb Gel.* (*cf. Galen. XIII, 288*): rosiriarium *V*, roris syriaci *B.* flores (frores *V*) *VB Gel.*: flos *rb.* suci *B*: sucus *rVb.* poly(i *B*)goniae (—nii *Bb*, —ni *r*) et arnoglossia (—ssae *B*, —si *r*) *V.* 6 ypochistidiae *V*, ypoquistidae *B*, —da *r* (ipoquistide *b*). ut - fuerit *VB* (vel uti visum fuerit *b*, vel ut tibi v. f. *r*): uti convenit *Gel. hic potionis formula inseritur in b.* 7 aut̄ (autem) | elasat anthronius *V*, aut emplastra andronius *B*, aut malas aut andronius *r*, aut melas. ā androniū *b* (aut Andronius *simpl. Gel.*). 8 et ceteri (—ra *B*, —ris *r*) de experimentis *rVB* (interim de expertis *Gel.*): vel diasteros (diastōs) *b.* et *rVBb*: *om. Gel.* 9 uulnus (*sic*) *VBb*: vulnera *r* (ulcera *Gel.*). Athenai (*Galen. XIII, 296*): attheneus *b*, athineus *r*, athenus *V*, athereus *B* (*cf.* Faustinianus *Cassii p. 126, 10 = ib. Gal., Escol. p. 49b*). 14 ros sy(i *r*)r(c *V*)iacum *rVb* (—cus *B*). ceteris *V.* 15 supradictis *B. ubi* c. supradicta (ſſ. *b*) similia *rb Gel. iam sequuntur aliena in b*: huius vero trocisci nomen diacartū vocatur. Et cinus grecum . . . (*per v. 45 codicis p. 123—25*). supra scriptis *rB*: —tas *V* (supradicta *Gel.*, *om. b qui sic pergit p. 125, 5* Hęc omnia stomachi vires nutriunt . . .).

matica commiscere quam plurima, quae stomachi vires nutriant. omnia etenim haec etiam ventris poterunt continere resolutiones.

103 et diuretica dysentericis opus sunt, dum per urinae meatus fit illius reumatis derivatio. etiam hypnotica conveniunt, quae somno reparatis viribus corpora demissa constringunt. semper enim inportunae vigiliae corpora reumatizantia fatigarunt.

si in ano his ustio innata fuerit, huius remedium in euporiston nostro invenies. nam etiam unguenta dysentericis frequentius profuerunt ex oleo melino nardino oenanthino. mastice murra oenanthe acacia et cetera similia commiscenda sunt. cataplasmata ex dactylis cydoniis et ceteris mixtis stypticis temperata adhibeo, emplastra vel malagmata, ut dia iteon aut barbara et cetera xerantica. haec omnia dysentericorum etiam coeliacis convenire manifestum est.

104 si conationes vel pondera perseveraverint quas tenes-

3 resolutiones *VB*: solutiones *r Gel* (—nem *b*). 4 opus sunt *VB*: prosunt *rb Gel.* dum per(p)urine meatus *rb Gel.*: dum urinae meatus *V*, dum proprio meatus *B*. 5 fit *VBb*: transfertur *Gel.*, *utrumque* (transfertur. Fit) *habet r duplici ex duobus codicibus lectione.* etiam *rVBb*: nam et *Gel.* ypnotica *B*, ymnotica *r*, pronothicā *b*, epnoticam *V*. conveniunt *rV* (sufficienter conveniunt *Gel. solus*): convenit (*sc.* Derivatio!) *B*. 6 naturali (somno) *add. r.* reparatis *r Gel.*: separatis *V*, superatis *B* (*om. b*). demissa (*sic*) *VB Gel.* (dimissa *r*). constringit (*cf. v. 5*) *B*. 9 si in ano his ustio (si vero in ano infimo haec ustio *Gel.*): sihisimohis ustio *V*, si in fimo his ustio *B*, si infinito ustio *r* (*om. b*). huius *r* (eius *Gel. Neu.*): cuius *VB*. 10 euporiston: eoproristo *V*, euporisto *rB*. *cf. supra lib. I c. 30*: nascitur in hoc (ano) saepissime indignatio vel fervor *etc.* 11 frequentius *rVB* (frequenter *b*): saepius *Gel.* 12 (similia) supradicta oleo *add. r* (*solus*). 13 commiscenda *r et* (sunt *add.*) *b*: —do *VB*. 14 (adhibeo) et empl.) *B*. 15 diaiteon: *sic VB*, diateon *b*, diaitheon *r* (diatheon *Gel.*). barbara *rb Gel.*: barba *VB*. exeranthica *VB*, serantica *r*. 16 coeliatis *V* (ciliacis *B*), quilaicis (*sic*) *r*. 18 *de tenesmo cf. Escolap. c. 30* (*Gar. 3, 21*). vero (*ante* vel) *add. Gel.* perseverav̄er *V*, —verint *r B b Gel.* quas *r V b Gel.*: quae *B*. tenismodis *r*, teniensmodia *V*, tenesmodia *B* (tenasmodeis *Gel.*): thenasmon *b*.

modis appellamus, quae frequenter procurant ventris exponendi suavitatem, vaporibus imminendum est super quos sedentium indignatio saepissime mitigata est. qui aut ex faeni graeci decoctionibus aut althaeae radicibus conficiuntur. nam et cerotario hoc frequenter curati sunt, ex adipibus anserinis cera et butyro. et picis brittiae saepe sedentibus post vaporem fumigia profuerunt. iniciendi sunt aliquando oleo roseo vel murteo, et incontinenti lemniscus supponendus est in basilicon infusus aut cerotario ex oleo plumbato confecto. lana interea sucida superimponenda, quam anadesmus ex more continere debebit. iuvabunt sane etiam saccelli vel cataplasmata sub eodem anadesmo perseverantia de dactylis in passo tritis aut hordei pollinibus cum oxymeli. lac bubulum potui datum iuvat.

1 exponendi: *sic rVB* (= ventris egerendi delectationem *Cael. chr. 4, 87*), deponendi *Gel.* (*om. b*). 2 vaporibus—indignatio *Gel. et* (*ubi sic* vaporibus inminendum. et super quos sedeant. tunc indignatio) *r*: *om. VB. haec si habet b*: si conationes. aut pondus. aut dolor perseveraverit quas thenasmon appellamus. Vaporibus inminendum est i. (id est) in calida decoques. mirthe. salicis. vel olive folia viridia super quę sedentes indignatio illa mitigatur i. fenu grecum. et euiscum. Nam et in tegulas candentes. et eas in scafio ponis. et cantabrum super aspergis. et desuper acętum ita ut super ipsum halitum sedeat. qui patitur. Nam et cerotario hoc frequenter curati sunt... 3 est. qui *rV*: sunt. quae *B*. 5 hoc *rVBb*: *om. Gel.* 6 brittiae *V*, briciae *r*, bricie *b* (pice bricia *B*). saepe sedentibus: *cf. b*: p. br. fumigia super catismata super sedentibus prof. 8 lemniscus *r Gel.* (leniscus *b*): luminicus *V*, luminoso (supponendi sunt...!) *B*. 9 in basilicon infusam (*sic*) cerotario ex oleo plumbato confecto *Gel.*, in basilicon resolutus atque infusus aut cerotario ex oleo plumbato confectus *r*, in basilicon infusam (infusi *B*) cerotario ex oleo plumbeo confecto (—festo *V*) *VB* (*cf. Escolap. c. 30*). 10 plumbato *r Gel.* (plumbeo *VB*): *cf. Gal. XII, 231.* superimponenda *rb Gel.*: suproimponendo *V*, superimponendo *B* (*qui corr.* lanam *etc.*). 11 quam anadismus (*sic VB*) ex m. c. d. *VB Gel.*: *om. r* (*qui simpliciter addit* et liganda est (*om. b*). 12 sub *r Gel.*: *om. VB.* anadismo *rVB*. 14 potui datum linteolo umbilico impositum *etc. VB. lacunam explet ex cod. suo Gelenius = rb, ubi sic*: olera discocta (de caulibus *add. b*) con-

holera discocta conveniunt. item ostrea in melicrato cocta prosunt. puleium vero tunsum obvolutum in linteolo umbilico impositum sine mora medebitur.

105 lienteria si obvenerit, quae longo tractu effusionum veluti quendam limum intestinis obducit transitu reumatismi, quo ex eo nulla penitus ciborum solemnis valeat digestio celebrari, sub alio nobis ordine curanda erit. utor acerbo clystere ex sucis ptisanae, ubi aut colocynthides aut betarum radices coquendae sunt aut scamonia solvenda. utor his etiam catharticis. dabo cibos acerbos et cetera quae fuerint acrimonia, ut alium et rafani et cepae, nepetae, sinapi, piper et omnia salsamenta. imminebo interea exercitiis quibus valuerint. impono ventri cerotarium ex oleo laurino cyprino vel sicyonio habenti rutam viridem cyminum bacas lauri nitrum vel certe castoreum. impono polyarchion aut dia spermaton. aquae tunc iam conveniunt naturales sulphureae vel bitumineae. dropaces et sinapismus et cetera cyclica adhibenda sunt.

veniunt. ostria (—eę *b*) in mel(l *b*)icrato cocta (—tę *b*) prosunt. Puleium vero tunsum (viride *add. b*) obvolutum (in *add. r*) linteolo (linteo *r*). (et *add. b*) umbilico impositum . . . .

1 in (mel.) *rb*: cum *Gel.* 4 Lienteria si *VB*: Interea si *b* (Si lienteria *r Gel.*). quae veluti *rVB*, qui veluti *b* (quae longo tractu effusionum veluti *Gel. solus*). 5 abducit *V*. transito(rreumatismi) *V*, transitu *B*: transitus *rb Gel.* 6 quo exeo *rVB* (ex quo *b*, quod ex eo *Gel.*). *scil* quo = ut. 8 c(qu *V*)oloqui(e *V*)ntida *rVb*, —dae *B* (colocyntida *Gel.*). 9 radices *bGel.*: *om. rVB* (*ubi* a. betarum c.). 10 his etiam *VB* (*b*): etiam his *r*. cat(h *b*)articis *Bb*, cathartica *V*, catartico *r*. 11 rafaniea cepe napici sinapi *V*, rafani & cępe napae synapi *B* (Rafanos. cepas. Napos. Salsamenta . . . *b*), rafanos. napitios. sinape *r*. 13 valuerint *rb*: valuerit *V Gel*, voluero *B*. cerotariū *b Gel.*, —rii *V*, —ria *B*, rio *r*. 14 habenti: *sic rVBb Gel.* 16 poliarchion *VB* (—cion *r*). diaspermatóna quae (*sic*) *B*. 17 conveniunt *r Gel.*: convenit ut *V*, convenit aut *B* (*haec om. b*). naturalis sulphore vel bitumineae *V*, (aut) naturale sulphur vel bitumen *B* (naturales sulfureae vel uitumineae *r* = *Gel.*). dropaces—(18)sunt *r Gel. VB*: *om. b*. 18 cyclica *Gel.* (qui ciclo *r*): scullica *V*, stiltica *B*.

ex dysentericis enim lienterici facti et virium fatigatarum intuitu et temporis prolixi praeiudicio difficile curabuntur. nam ex his hydropes frequentius emerserunt.

XXXII. De hydropicis.

Hydropici et cachectici simili sub diligentia visitantur. 106 qui enim prope ex similibus praeaccidentibus fiunt, aequali sub indignatione tumescunt.

hydropum ergo difficile et periculosum negotium est, difficilius et indigestius uti totis corporibus superveniat. labore etenim nimio et continuis quassationibus exercitiorum forsitan curabuntur. hos frequenter febres pertinaces comitantur, quarum oportune temporibus observatis cibos nos et adiutoria inferre conveniet. febribus itaque sub hac observatione desinentibus, iam exercitiis ex parvo crescentibus imminendum est, subinde fricationibus, solanis quam maxime, et ceteris vaporibus sudorem provocantibus.

1 enim: *sic rVB Gel.* (*cf. b*: Multi enim ex dissintericis facta (*sic*) l. fatigantur *etc.*). 3 curabuntur *rVb Gel.*: sanabuntur *B*. emerserunt *r Gel.* (*Neu.*): emerserantur *V*, emerserant *B* (hydropici sunt facti. quibus ut possumus remedia ordinamus (*sic*) *solus add. b*). 4 *tit.* De ydropicis theodori prisciani *r*. 5 Ydropes *r*. et (*Gar.*): vel *rVBb Gel.* (*sed cf. Escolap. p. 57 a*). cathectici *VB*, cacectici *rb*. 5 qui enim *sic rVB Gel.* (Q̷ n. = Quod enim *b*): qui uno vino *g*, quia uno *Gar.* pręaccidentibus *V* (p̄cedentibus *rg*) *Gel*, accidentibus *Bb*. et aequali *b* (*Gar.*). 7 tumescant *V*. 8 difficilius uti totis corporibus *r*, difficilius indagestius utitutis corporibus *V*, difficilius indigestius ut totis corporib̄us *B*, difficilius. si indigentius uti. totis corporibus *g* (diff. tamen si indulgentius institutis corporibus *Gel.*, diff. si indigestio totis corporibus s. *Neu. cf. b* Hydropūm g̊ et pıcl'osū negociā ut toti⁹ copib⁹ ſup ueniat): *om. Gar.* 9 totis corporibus: *cf. Cael. chr. 3, 98 et 107. Escol. p. 57a.b 58d.* 10 labore etenim nimio *VB Gel.*: laboris sermone (et cont. *etc.*) *b*, laborē. Sermone ergo nimio *g*, Labore sermone etenim nimio *r*. 12 observatis *V Gel.*: observantes *rBg*(*b*) *et ubi* tempora *Gar.* 13 conveniet *rVB*: convenit et *g* (—nit *Gel*). 15 est *VBb*: nobis erit *Gel.* solanis *rVB Gel.* (*Cael. chr. 3, 112. cf. 4, 18 etc.*): lanis *bg* (*Gar.*).

sub quibus . omnibus tumentibus locis nitrum aut sales tritos aspergo. post exercitium vel labores continuo oxymeli dabo aut rafanos ibidem infusos, quibus acceptis ex more vomere cogendi sunt. lavacris tunc uti conveniet, sed marinis, quibus veluti membra laborantia foveantur. interea acrimonia omnia et salsos cibos convenit accipere, caules elixos cum salibus. panis parcitas et potus quam maxime continentia. sitis etenim his procurata si animosius sustineatur, grande remedium est. vinum licet per intervalla, austerum tamen et diureticum dandum est.

107 si vero multus umor ex putrefactis eorum carnibus adgregatus ventrem satis adimpleverit membris ceteris minutis, saccellos ex tostis salibus vel milio similiter sub umbilico locis admoveo. et harena calida in litore haec loca detegere maximum interdum est beneficium. aliqui etiam tritico sic tecti iuvati sunt. interea tunc acetum scilliticum sorbere convenit. nam et catharticum frequenter dedi, et siccis fricationibus imminui. imposui emplastra revocatoria, amyctica maxime infantibus competentia. adhibenda cataplasmata desiccantia ex flore mali granati et ceteris stypticis, cum lenticulae pollinibus passo et aceto temperata. aliqui vero scarifaverunt suras eorum et altiores plagas fixerunt de superioribus umorem derivare cupientes, et sub umbilico paracentesin frequentius adhibuerunt, per quam conveniet exinanire paulatim et per intervalla dierum, ne subitanea effusio secundum Hippocraten continuo periculum faciat.

1 sale(i *V*)s tritos *VB Gel* : gallas tritas *bg* (*Gar.*). 2 exercitiam *V* (—tia *B*), —cium *r*, —tium *b Gel.* (*Gar.*). labores (—is *r*) *rVBg* (*Gar.*) *Gel.*: vapores *b*. 3 rafano idem infusus *V* (rafanum eodem infusum *B*, rafanos ibidem infusos *rbg* (*Gar.*) *Gel.* ex more *r Gel* (*Gar. ubi gl. ms. Berol.* penna in ore missa: *cf. de radicum vomitu Cael. chr. 4, 118—19. 153*), ex ore *g*: *om. b*, ex parte *VB*. 6 convenit: *cf. Hipp. ap. Cael. chr. 3, 139. Escol. p.* 58[d]. 60[c]. 7 panis parcitas *rVb* (*Gel.*): parcitas cibi *B*, parcius (*sic*) *g* (c. salibus parcis *Gar.*). 8 Sitis *rg* (*Gar.*, Satis *b*) *Gel.*: istos *V*, (cont.) instet *ad praeced. spectans B. fort.* sit. Sitis ... 10 austere (*sic*) *VBbg* (—rum *Gar. Gel.*): abstinere *r*. et diureticum *rVbg Gel.*: et quod sit diureticam *B*. 11 multus humor *rg* (*Gar.*): multus eorum umor (humor *B*) *VB*. 13 minutis *Gel.*: minuatis *rV*, minutatis *B* (*om. b*). 14 eadiarena *V*, Et de arena *B*, Et arena *rb*: harena (*om.* et) *g* (arena *Gar.*). in litore (littore *r*) *rVB* (*Gar.*): de littore maris *b* (*cf. Cael. chr. 3, 112* ex harena litoris sole ignita. *Escol. p.* 59[a].) arena calida si obruantur in sole). 15 detegeret *V*: detergere *rB*, deterge *g* (tegere *Gar. ms.*). 16 sictecti *rVB* (sintetici *Gar.*, *om. b*), sic cocta *g*, siccati *Gel.*). Tunc interea *g* (*Gar.*), Tunc et *b*. aceto scilleticum *V*, acetum squilliticum *rBb*, aceto sublente *g*. 17 sorbere (—bire *g*) convenit (—iet *rg*). Nam et catarticum *gb Gel.* (uti convenit. Nam et cat. *Gar.*): *om. rVB*.

sane potiones vel emplastra probata saepissime pro- 108
fuerunt, e quibus aliqua compendiosius designabo.

emplastrum quod etiam spleniticis saepe profuit, hoc est. faeni graeci pollinis unc̄ IIII, hordei unc̄ IIII, stercoris columborum unc̄ IIII, resinae frictae libram unam, cerae unc̄ VIII, aceti quod sufficiat terendo pulveri, qui postea solutis admiscendus erit.

1 amyntica *Gel.* 3 adhibenda *rV Gel.* (—da sunt *g Gar.*): —do *B*. desiccantia *Vb Gel. g* (*Gar.*): defricantia *B*. 4 passo ... temperata *VBb Gel.*: ex passo ... temperatis *g* (*Gar.*). 5 scarifaverunt *b*: sacrificaverunt (*sic*) *rVg*, scarificaverunt *B* (*Gel.*). suras—fixerunt *om. g* (crura eorum *Gar. qui om. rel.*). 6 infixerunt *r* (*sol.*), frixerunt *B*. 7 et sub—(10)faciat *om. b*. pare(a *Gel.*)centesin *r Gel.*: parocentisis *V*, paracenteses *B*, —sis *g* (*om. b*). frequenter *r Gel.* 8 per quam *rg Gar.* (*Gel.*): pro quem *V*, per que *B*. sed (*ante* paulatim) *add. Gel.* et *rg Gel.*: haec *VB* (humores *Gar.*). 9 subita *Gel.* yppo(ypo— *g*)craten *VBg* (ȳpp̄em *r*). 11 p. vel palestra *g* (*unde Gar.!*). posuerunt *B*. 12 e quibus: quibus *rVB* (*Gar.*) *Gel.* aliqua *rVg*: aliquod *B* (*Gar.*). 13 spleneticis *bg Gar.*: spleniacis *rVB* (splenaicis *ante corr. r*) 14 pollinē *r*, polline *V* (—nes *bg*, —nis *B*): *om. Gel.* ordei farine III. ÷ *b*, hordei pollines ÷ IIII. *g*. stercus *rVgb* (—coris *B Gel.*). 15 columborum *rBb Gel.*: —barum *V* (—binū *g Gar.*). fricte *V*: frixae *Bb Gel.*, (resina) frixa *r* (*om. g*). 16 *ante* acetum q. s. *add. g*: Aloe ÷ VII (*item Gar. qui et sequens* aliud *in unius medicaminis confectionem miscet*). terendo pulveri *VB Gel.*: ad terendū pulverē *g*, ad terenda pulvere *r* (—ra *r*[c]), ad terendā pulverē *b*. qui—admiscendus *B*: quod—admiscendum *Vg Gel. et* (*om.* solutis) *r*.

aliud. semen myrices et galbanum ex aequo tunsa miscentur. superadditur quippiam olei, ut emplastri temperies fiat. quod perseverantius adhibendum est.

aliud. pilae cupressi in vino coctae et tritae axungiae veteri colatae ex aequo miscentur, et imponitur. quod si permanserit, satis iuvat.

ficus pinguis tunsae libram unam et nitri et absinthii unc̄ ternas oesypoceroto admiscebis ut emplastrum temperetur, et uteris.

nam et stercoris bubuli pulverem hordei pollinibus mixtis cum oxymeli coctis cataplasmabis. similiter etiam de caprarum stercore frequenter adhibui.

et unguenta sunt utilia haec quae tumentibus partibus sub sole adhibita profuerunt. cimolia in aceto contrita, boum stercora cum nitro et oleo sicyonio, mixto et quipiam vini.

nam etiam has potiones accipientes saepe iuvati sunt. sambuci radicis sucus cum oxymeli datus est et continuo purgando profuit competenter. et euforbii granum in ovo datum cum pane corpora hydropicorum aliquotiens similiter depurgavit. aliud maius purgatorium. stercoris colum-

1 myricis *V Gel.* (miricis *rbg*): mirice *B*. ex aequo *rVB* = ana *b*. 2 miscentur]—(5)miscentur *om. r*. additur *V*: —to *Bbg*. quippiam (*sic*) *et V cum Bb*. 4 pilae (=σφαιρία *Diosc. p. 102*, sperulae *Cass. p. 186, 4*) *VBb* = Gabulas (cypressi) *g*. exungiae *VB*. 6 *post* iuvat (*reliquis omissis*) *sic statim pergit b*: Nam et his potionibus sepe iuvati sunt... (= *infra v. 17*). 7 ficus pinguis tunsae (ficuum pinguium tunsarum lib. I *Gar.*): ficus pingues tusas (tunsas *g*) libra una (lib̄ *r*) *VBgr*. 8 unc̄ III *VB* (*i. e.*) ternas *Gel.* (ana S III. *r*, nitrū ÷ III. absinthiū ÷ III. *g*). ysopocerotum *V*, —to *g*, ysopi ceroto *B*, ysopu cerotū *r* (*de oesypoceroto vid. gyn. 25*). admiscebis: —cens *r*, —ces *VBg*, —ce *Gel.* 11 mixtis *Gel.*: mixtis et *rVB*, mixtū *g*. 15 bouum *V* (boum *rBg*). *cf. Neue I, 287.* mixto *V* (commixto *g*): mixta *rB*. quipiam *V*: quippiam *rBg* (*cf.* copia vini *Gar.*). 17 accipientes saepe *rVB* (*cf.* his potionibus sepe *b*): accipere satis *g*(*Gar.*). 19 in ovo: cum ova *r*. 20 cum pane (con pane *V*) *om. rb*. hydro(ydro *B*)picorum *Bb*: ydropum *rVg* (*Gel.*). 21 stercus *rVBbg Gel.* columborum *rVBg*: —binū *b*.

borum drachmam I, rutae seminibus drachmas duas. in oenomeli similiter datur.

interea haec omnia adhibenda erunt perseverantibus exercitiis et laboribus catholice salutem procurantibus, sub quorum perseverantia hydropum poterit vitari periculum.

XXXIII. De renum vitiis vel vesicae.

Renibus longo tempore dolentibus semper vaporis 109
fomenta et cataplasmata paregorica convenerunt. diuretica vero tunc praetermittenda erunt. indignantibus enim et reumatizantibus renibus potionum transitus adversatur.

declinantibus sane doloribus beneficiis primo catholicis adiuvandi sunt, fricationibus et unguentis paregoricis et siccantibus. his etiam cyclicus ordo percurrendus est adiutoriorum. emplastrum polyarchion aut dia spermaton saepe convenit. tunc calaminthe tunsa cum axungia im-

1 dragma. I. rutae semei dragmas duas *V*: dragma. I. rutae semen (sem *r*) dragmis duabus *B* (ʒ I. Piganū ʒ III. *g*). ʒ *sign. habent rb*. 2 in oenomeli *Gel.*, in ymnomelli *r*, in oiei (similiter...) *V* (in enomelli *g*): in oximelle *Bb*(*Gar.*). datur *VB*: *VB*: datum *rb Gar.* (dantur *Gel.*). *sequuntur* (*per versus 30*) *alterius auctoris hic in b remedia* Cucumeris silvatici . . . (*cf. Plin. iun. med. 3, 22*). 3 interea *Vg Gel.*: inter *rB*. 5 poterit vitari p. *Gel. et* (*ubi* vitare) *r*: poteritui p. *V*, poterit abigi *B* (pterruit vitę p. *g*). 6 *huius cap.* (XX. *sec. rB*) *exhibetur titulus in indice capp. cod. b p. 89, textus tamen omittitur.* 7 vaporis (*sic rVBg Gar.*, —res *Gel.*) fomenta *i. e.* vaporationes (*cf. Cael. chr. 5, 73 sq.*). 8 convenerunt *rVB Gel.*: conveniunt *g* (*Gar.*). 9 praetermittenda erunt *Vg Gar.*, permittenda erunt *r*: preter | inicia tetenderunt *B*. 10 reumatidiantibus *V* (*Gel.*), —zantibus *rBg*. potionum: hępotionibus r. semper (*ante* transitus) *add. Gel.* adversatur *rg* (*Gar.*): aversatur *VB*. 12 flebotomo, quam maxime (*ante* fricat.) *add. Gel.*, *om. rVBgGar.*: *cf. Cael. chr. 5, 73. Escol. p. 64.* 13 cyclicus (cyclus *g*, ciclus *r*) ordo *rVBg*: dialimma et cyclicus ordo *Gel.* (*cf. Cael. chr. 5, 76* adiectiones cyclicae ac detractiones). percurandus *r*. 14 adiutoriorum *Gel.*: adiutorium *VB* (—riis *g*, —rius *r*, *om. Gar*). emplastra *rV Gel.*, —tri (*sc.* adiutorium) *B*. 15 convenient *r* (—nit *VB Gel.*). tunc: cum *VB*, aut *Gel.* (*om. gr*). cal(b *V*)amite (—ae *V*, —em *g*) *VBg*, calamenta *r*.

posita multum profuit. dabo etiam potiones ex storace galbano uva passa pingui purgata, mixtis diureticis aliquibus, ut petroselinum meum asarum cyperus daucus amygdala amara cum melicrato. dedi ego frequenter etiam iustianam. interea oportet aquis uti dulcibus et naturalibus et cibis nutriri omnibus digestibilibus.

110 dabitur etiam haec potio omnibus vesicae vel renum causis expediens ... seminis lini, papaveris, cucumeris dulcis, tragacanthi in unciis singulis, amyli in duabus, tunsis et cum aqua diuretica temperatis ut trochisci fiant in drachmis singulis.

fit autem aqua diuretica omnibus probata, in qua decoqui oportet radices feniculorum, apiorum, graminis, et cicer venerium. superadditur saepe etiam asarum et

15 si flebotomo adhibito necdum tempus sua secreta cognoverit, tunc oleo dulci vel anetino vel rutato inguina fovenda erunt et post lana in eodem oleo calido infusa contegenda. tunc cataplasmatibus chalasticis calefacienda, quibus admiscemus aut artemisiae pulverem aut dictamni, quarum etiam in aqua decoctarum frequenter vapores adhibeo. nam et fumigia vaporatis partibus supponi conveniet ex supradictis herbis lapide gagate subiuncto.

16 si his omnibus rite adhibitis naturalis circa purgationem ordo permanserit, matricis orificio mediocriter relaxato iam adiutoriis conceptionem procurantibus imminendum est. continuo igitur cum se purgatio inoffense transegerit, ex dia chylon pesso vel libiano, cum nardino aut roseo oleo resoluto prius, encolpismo uti conveniet, et post matricis delavationem ex eodem medicamento spis-

2 officium *rf*(*v*), *sed* orificium *hic etiam B* (*cf. p. 233, 12*). patefaciet *Gel.* purgationes sollempnes i. disposite (... possint) *g* (*sol.*, disposite *etiam fv*). 4 enim *fv*. 5 subsequentur *B*(*b*): —quantur *fv Gel.*, —quatur *r*, —quuntur *g*. 7 anetino *Bfvrg*(*e*): ynantino *b*. rutato *Bfvr*(*b*): rutaceo *g*(*e*). 8 post *Brg*(*b*): posteus *f*, post eius *v* (praeterea *Gel.*). 10 admiscimus *fv* (miscebimus *Gel.*), āmiscemus *rg*(*b*): admiscebo *B*. 11 quarum etiam *B*: *om. fvrg*(*b*), *sic autem Gel.* ex quorum aqua decocta *etc.* in: ex *b*. coctarum *B*. adhibeo *rg*(*b*), exhibeo *B*: adhibemus *fv Gel.* 12 conveniet *b*: —nit *rel.* 13 subiuncto: *sic omnes* (adiuncto *Gel.*, *Neu.*). 14 rite *B*: recte *fvrg*(*b Gel.*). 15 orificio *Gel.*: officio *Bfvrg*(*b*). 16 iam: Nam *fv Gel.* 17 continuo igitur *Bg*(*b*): et continuo *fv Gel.* 18 diacy(i *rg*)lon *rgb*, diaquilon *Bfv*. pusso *f*. libiano *b et* ⟨passo *add.*, *sed* pesso—passo *in ras.*⟩ *B*: leuiano *fvrg*. nardino *B*(*b*) *Gel.*: nardo *fvrg*. 19 oleo *v*(*b*) *Gel.*: *om. Bfrg*. 20 delavationem *Bf*(*v*)*g*(*b*), delabationem *r*: dilatationem *e*. spissiore (—res *v*) *rfv* (spisso *b*): & pesso priore *in ras. B*, spissius *g* (post m. dilationem spessiorem pessarium adhibere *e*).

siore pessario. adhibere haec continuis diebus triginta conveniet usque in diem venturum alterius purgationis.

quibus transactis libiano nitrum conveniet commis- 17
cere. quod adhibendum erit post encolpismum ex subiectis speciebus disponendum, cardamo dictamno artemisia iris illyricae radice rutae semine. omnia tunsa et cribellata oleo dulci plurimo miscenda sunt, ut ex his ante pessarium fomentum adhiberi possit. commodius interea fiet si huic fomento recentes porcinos adipes aut anserinos admisceamus. post quod continuo pessario tali uti expediet. ficos pingues in aqua decoctas et tritas melli misceamus et ex hoc pessarium supponamus. desuper vero libianum superimponi conveniet. deinde intersecti nitri glebam accipiemus et in modum balani collyrium factum molli lana contegemus, quod superillitum libiano iniciemus. nullo etenim remedio meliore et innoxio aut corrigi matrix poterit aut purgari quam huius nitri suppositione.

1 pessariū adhibere. Haec c. *r fv Gel. g*(*b*): pessarium adhibere c. *B*. triginta *rB*: XXX *fvg*(*b*), *ubi add. Gel.* adhibenda sunt (*om.* conveniet). 3 libiano nitrū *Bg*, libiano (liviano *r*) nitro *rfv*: libano et nitro *b* conveniet *rg*: —nit *Bfv* (—ū *b*) *Gel.* commiscere *rBfv* (—ri *gb Gel.*). 4 est *Gel.* 5 cardamo *b* (—mum *Gel.*): c(h *B*)ardamomū *Bfvrg*. diptamno *fvgb*, dictamnū *rB*. artemisiā *rB* (—a *fvb*). yreum *B*, yrios *f*, yreos *vrgb* (*om.* radice, *ut solent*). 6 semen *rB* (sem *frb*). *ubique nomin. habet Gel.*, *accusat. Neu.* 7 plurima (*sic*) *b*, et plurimo *B*, et plurior(l *f*)i *fvrg* (puriori *Gel.*). 8 foventum (*ut solet*) *r*, fouendū *g*. fiat *Gel.* 10 expediet *B*: —dit *fvg*(*b*) *Gel* 11 ficos: ficus *codd.* melle *b*. 12 et: ut *b*. sup(b *rf*)ponamus *fvg*(*b*): (pessario) iniciamus *B*. 13 libianum *Bvg*(*b*), livianum *r*: libanū *f*. superimponi (inpotu *g*) conveniet (—nit *Gel.*) *Brg Gel.* (super imponimus *fv*): inici conveniet *b*. intersecti *Neu.*: interiecti *B*, interiectis *fvrg*(*b*) *Gel.* 14 accipiemus *fvrg*: —pimus *B Gel.* (—piamus *b*). 15 contegemus: —gimus *Bfvrg*(*b*) *Gel.* illitum *Bvg*, inlitum *r*: in(l *b*)linitum *f*(*b*). 16 etenim *Brg*: enim *fv*(*b*). meliore (—ri *rgb*) et innoxio *Brg*(*b*): meliori innoxio *fv Gel.* 17 huius nitri *rfv* (nitri *om. g*): usus nitri *in ras. B*. suppositione *r* (*solus*). quam—suppositione *om. b cum reliqua parte huius cap.*, *subiungit quae infra s. 18* Cerę albę. adipis

18 postquam vero his adhibitis quae sufficere arbitror ad omnia corrigenda quae impedimento conceptui esse possint, iam uti conveniet his duobus sequentibus pessariis aromaticis conceptionem maturantibus. fit autem prius hoc modo. cera alba, adipe gallinarum, terebinthina et nardino oleo, his omnibus ex aequo solutis coagulum leporis admiscemus et hoc post encolpismum supponimus.

aliud vero omnibus experimentatum usibus sequens hoc est. cassiam fistulam, folium, spicam indicam, amomum in unciis singulis omnia cribellata cum stafylino aut nardino oleo accepto coagulo leporis admiscemus. et hoc pessario ordine adhibito rite est maturata conceptio.

19 iam nunc et superiorum pessariorum convenit subiungere compositionem. pessarium dia chylon contra omnes conclusiones utilissimum et probatum. lini semen althaeam

(—p̄) gallinarum. terbentinę olei nardini his omnibus ex equo solutis. coagulum leporis āmisceamus. et hoc post encolpismum supponemus. (*deinde nova haec:*) Nam et masculum concipiet. gallorum testes si subinde acceptos mulier devoret masculum concipit. Item si voluerit mulier gravida fieri. aliquid de membris corvorum duorum secum habeat. (*sequitur* De aborsu).

1 postquam (*malles* post) . . . his adhibitis (haec adhibita *corr. Gel.*): *sic Bfvrg Gel.* 2 conceptui *Bg*: —tus *fv*, —tu *r*. 3 possint *Gel.*: possunt (—s̄t) *g*, n̄ possunt *rB*, n̄ possit *fv*. conveniet *Bfrg*: —nit *v*. 4 prius *Gel.*: prior *B*, primus *fv*, primū *rg*. 5 cera alba *Bfvrg*: cerę albe *b* (*v. ad p. 235, 17*). adipe (—pes *rg*, —p̄ *b*) gallinarum *Bg*(*b*): adipis (alapis *f*) gallinaceos (—tios *v*) *fv*. terebentinacia *f* (—na *rel.*). 6 nardinā oleū *rfv* (—o *B*). 7 ad(ā— *g*)miscemus *Bg Gel.*, —cimus *fv*: āmisceamus *b*. supponimus *fvrg Gel.*: —nemus *Bb*. 9 cassiam *etc.* (*acc.*) *B*: cassia *etc.* (*nom.*) *fvrg*. fistulam *B*: *om. rfv Gel.* 10 in unciis singulis *B* (*Gel.*): ana. una unc̄. *f*, ana ÷ I. *vrg*. cribellata *B Gel.*: *om. rfv*. 11 admiscemus *B*, —cimus *fv*: cōmiscemus *rg*. 12 o. adhibito rite est maturata c. *B*, o. adhibito recte est maturata c. *rg* (erit maturanda *Gel.*): o. adhibitū (—tu *f*) si recte (—ta *v*) est maturata c. *fv*. 13 et superiorum *B Gel.*: et superiori *r*, ex supernorum *g*, et superioribus *fv* (*cf. p. 229, 11*). 14 diaquilon *Bfv*, diacilon *rg*. 15 seminis *fv*. altea *fvg*.

faenum graecum, omnia aequis ponderibus in vas novum mittimus, ubi oleum dulce et aquam aequa mensura adiciemus ut semina pertegantur. quae cum molli vapore coqui et bullire coeperint, undatio vel spuma quae supernataverit colligitur. cui anserinos vel gallinaceos adipes et cetera iungimus, ut pessario moderamentum faciamus. sic nos dia chylon pessarium conficimus. quod solutius si fuerit temperatum, unguentum magnum chalasticum vel paregoricum faciet.

libianum vero sic faciemus. cerae ponticae ÷ IIII, mastices chiae ÷ II, storacis ÷ I, adipis anserini ÷ III, butyri ÷ III, medullae cervinae ÷ IIII, olei nardini ÷ IIII, haec omnia secundum consuetudinem tunsa soluta miscebimus, ut pessarii temperies procuretur.

haec est ordinatio curae omnibus mulieribus adhibenda concipere cupientibus, quam breviter contexuimus. 20
sunt etiam alia quam plurima ab aliis variis coniecturis composita, quae magis causticis adhibitis forsitan possint

1 vas novum *Brg*: vaso (—se *v*) novo *fv* (vasum novum *Gel.*). 2 mittimus *BrgGel.*: mittis *fv*. 3 quae cum molli vapore coqui et bullire ceperint *B Gel. et* (*om.* vapore) *r*: quę cum (que *add. f*) molliter coquis et dum bullire coe(ce— *v*)perit *fv*, quę cum molliter coqui et bullire ceperint *g*. 5 vel *Brg Gel.*: et *fv*. 6 pessario moderamentum *Brg Gel.*: pessariorum odoramentum *fv*. 8 paragoricum (*ut semper*) *Bg*, paregoricum (*ut saepius*) *r*: paregoriticum *fv*. 10 libianum *Brg*: libanum *fv*. faciemus *fvrg Gel.*: facimus *B*. ponticae *B*: punica *r* (*Gel.*), punīcę *g*, *om. fv* (*ubi* cera ÷ II.). 11 masticechia ⟓II. *r* (*Gel.*), masticis ÷ I. *B*, *om. fv* (*in fine cum* storacis cal'. ÷ I. *habet g*). storace—cervina ÷ III. (*sic v*) *om. f*. adipis anserini *Bg*, adipes anserinos *rv*. 12 buty(i *B*)ri *Bg*, butyrū *rv*. medulla cervina *rv* (—ę *Bg*). nardini olei *B*, oleum nardinum *r*, olei nardini *g*, oleo nardu *v*, oleu nardu *f* (*haec secundum pondera aequalia addito* ana *ordinat g sic* cerę p. med. cerv. olei n. ana ÷ IIII. *etc. usque ad* stor. cal'. ÷ I). 13 tunsa—procuratur *B Gel.* (*ubi* soluta autem m. *B*): pessarium faciemus (*tantum!*) *fvrg*. 17 quam *om. Gel.* (variis) ex *add. Gel.* 18 magis causticis *Br et* (*om.* magis) *Gel.*: magis calasticis *rg*. forsan *solus r*.

purgationem sanguinis extorquere. at ego blandis quam causticis magis conceptionis causa procurandae purgationem sedare volui quam extorquere. commodius est enim sic impendere officium medicinae ut cum susceptam causam curare coeperis, alia non creetur.

21 sunt alia duo genera pessariorum, quibus etiam magister meus et purgationem inoffense se procurasse frequentius testaretur et conceptionis officia perfecisse. quae sic conficiebat.

opobalsami ÷ I, peucedani ÷ I, aristolochiae ÷ I, murrae et croci semuncias singulas, medullae cervinae et adipis anserini uncias singulas semis. seorsum quae tundenda sunt cribellantur et solutis ex more miscentur ut pessarium fiat. hoc primum pessarium expleto mox tempore secretorum post balneas supponendum est, quod duabus horis continendum erit.

1 at ego—quibus et magister *etc.*: *haec ordine membrorum perturbato* (*quem correxit Gelenius*) *sic leguntur in Bfvrg* (*post* extorquere). Commodius est enim ... creetur. Sunt alia duo genera pessariorum. At ego ... extorquere. quibus (et) magister *etc.* blandis quam causticis magis *fvrg* (bl. magis q. caust. *Gel.*): magis blandis quam causticis *B.* 2 causa *Bf*[c]*rg Gel.*: cause *f*, cure *v.* procurandas purgationes *Gel.* 3 volui *frg* (voluit *v*): voluero *B.* 4 suscepta (—te *v*) causa *fv et* (*qui* curari coeperit) *Gel.* (—am *Brg.*). 5 creetur *B* (*cum rasura inter* e—e) *et rg*: creditur *fv* (curetur *Gel.*). 6 (Sunt) et *add. Gel.* etiam: iam *B*, et (ꝰ) *rg*, *om. fv Gel.* 7 inoffense (—sa *r*, —sę *g*) *Bfg*: in offensione *v.* se *Brg*: *om. fv* (procurare se *Gel.*). 8 perfecisse *Bg Gel.*: —set *fvr.* 10 opobalsami *etc. genitivos habent Bg, gen. et acc. mixtos rfv* (*ordinem pro ponderibus sic mutat g*: Opobalsami aristologie an̄· ÷ I. peucedani ÷ S. myrre c̄c an̄ ʒ. IIII. medullę cervinę. adipis anserini aū ʒ. VI.) peucedani unc. IS *Gel.* (*cf. g, sed* ϛI *r i. e.* ÷ I. *r*). 11 myrrae et croci semuncias singulas *B*: murra drag̅ (2. *v*) IIII. croco (—ū *v*) drag̅ (đ. *v*). IIII. *fv*, murram et c̄c ana. ʒ. IIII. *r*(*g*). medulla cervina drag̅ (đ *v*) V. adipes ansa(e *v*)rinos drag̅ (đ *v*) VI. *fv*, medulla cervina adipes anserinos ana. ʒ. VI. *r*(*g*). 12 (m. c. et a. a.) uncias singulas semis (ana unc. IS *Gel.*): semuncias singulas. Semina (seorsum ...) *B.* 12 seorsum—fiat *B Gel.* (*!*): pessū facis (*tantum!*). Hoc [pessum facis hoc. *r*, pessū | oc facis *g*] *rgfv.* tundenda *Gel.*: addenda *B.* 13 ut. p. fiat *Gel.*: ut sic tusis pessarius fiat *B.* 14 Hoc primo pessario exempto mox tempore *Bf*(*rg*), Hoc primū pessariū ex tempore *v*, (hoc.) Primo p. exempto mox tempore *rg* (*ubi scripsi* expleto).

post vero detracto pessario, hac sequenti confectione 22 fysin vir eius linire debebit, et continuo mulieri commiscendum est. opobalsami unc̄ I, opopanacis ÷ I, turis masculi ÷ II, cinnamomi ÷ IS, murrae ÷ I, costi semuncia, croci dr̄ VI, cassiae dr̄ VI. haec simul contrita oleo irino commiscentur, ut paulo pinguefiat. cum vero utendi tempus advenerit, post purgationem et balneas et pessarii prioris usum uteris necessario linimento.

peregisse me arbitror quam plurimas sub constrictione mulierum aegritudines. quibus si quam forte minime comprehendimus, sub uno et simili relaxandi beneficio visitandae erunt. variae etenim pro causarum temporibus

1 balneas *fv Gel.*: —ea *Brg. item infra.* 3 pessario hoc. sequens confectio si sit. vir eius l. *B*, pessario. ác sequenti confectione fisin vir eius l. *fv*[1], pessario hoc (ħ *r*, ḣ *g*) sequenti confectione fisin vir l. *rg.* 4 lenire *fB*[c]. debebit et c. mulieri *fv*, debebit mulieri et c. *B*, debebit. mulierique c. *g* (debebit mulierinos. ϛ II. cinnamomū ϛ IS *etc. r cum lac.*). commiscendum *B*: —dus *fvg* (miscendus *Gel.*). 5 est *Bfv Gel.*: erit *g. ante* opob. *haec* (*ex marg. sc.*) *addunt verba* sequens linimentum hoc *Bg*, s. linimentum. hoc fisin *fv.* opobalsami unc̄ I. opopanacis ÷ I. *B*: opopanace ÷ I. opobalsamu(ū) ÷ I. *fv.* turis masculi ÷ II. *B*: libanu (—ni *g*) arrenos (arenos *g*, arabicū *v*) *fvg.* 6 cinnamomu ÷ I. *fv*, cinnami ÷ II. *B*, cinnami ÷ I. et S *g* (*Gel.*), cinnamomū ÷ IS *r.* mirrę ÷ I. *B* (*rg Gel.*): *om. fv.* costi semuncia. I. *B*, costo. S. *f*, costū ÷ I. *v*, costū ÷ S *r*, costi ÷ S *g.* 7 croci cassie ana semuncia. I. *B*, c̄c cassię (casia *r*) an̄ ʒ. VI. *rg*, crocu (—um *v*) drag̅. (đ. *v*). VI. cassia drag̅. ! (đ. V. *v*) *fv.* *ordinem specierum secundum pondera hic etiam mutat g* (*sic*: opop. opob. mirre an̄ ÷ I. libani arenos ÷ II. *etc.*). hęc similiter contrita oleo *B Gel.*: teris (tere *g*) cum oleo *fvrg.* 8 commiscentur *B*: *om. fvrg.* ut *B g*, aut *r*: & *fv.* paulo *Brg*: modice *fv.* pinguē (—e *v*) fiat *fv*, pingue fiant *B*: pinguius fiat *rg Gel.* 12 quibus *f*: e quibus *Brgv Gel.* quam *Gel.*: qua *Bvrg* (*f detr.*). 13 visitandae (—dę) erunt *Brfv*, —de erit *g.*

adiutoriorum species proderunt, eadem attamen medendi omnibus virtus.

VI. De aborsu.

23 Abortivum dare nulli umquam fas est. ut enim Hippocratis attestatur oratio, tam duri reatus conscientia medicorum innocens officium non decet maculari. sed quoniam aut matricis vitio aut aetatis impossibilitate, sub qua causa praepropere frequenter partus evenit, feminae periclitantur, expedit praegnantibus in vitae discrimine constitutis sub unius partus saepe iactura salutem mercari certissimam, sicut arboribus arescentium ramorum accommodatur salutaris abscisio et naves pressae onere cum gravi tempestate iactantur solum habent ex damno remedium. unde breviter huic loco adnectenda continuo designabo.

24 si ergo necessitatibus urgentibus aut aetatis inmaturae aut vitiorum superius comprehensis pecus molliter subtrahendum erit, his quam maxime consentio faciendum ut

1 proderunt *Gel.*, prode erunt *fv*: proderunt adhiberi *Bg*, adhiberi proderunt *r*. eadem attamen (*in ras.*) *B*: eadem enim adtamen (attm̄ *g*, adagmen *v*) *fvg*. 2 virtus (*sic*) *Bfvrg*: ratio *Gel.* 3 De aborsu *b Gel.* (De aruosu *e*), De avorso (—su *ind.*) *r*, Ad aborsu (m) *fv*, De abortivis mulierum *B* (de abortu *ind. B*), De abortivo non dando *g*. 5 yppo(ypo *g*)cratis *Brg* (ypocras *fv*). *cf. Hipp.* (*iusiur.*) *I, 2 L.* oratio *Brg*, ratio *b*: *om. fv Gel.* 7 quoniam *Brg*(*b*): quia *fv*. ınpossibilitas *fv* (*hic mutilus Gel.* aut aetatis propere *etc.*). sub qua pꝑpere *B*, sub qua cū pꝑpore *r* (*ubi* cū *pro* cā), sub qua cū ꝑpere *g*, sub qua (ę *v*) cūq· ꝑpere *fv* (sub qācq; causa ꝑferre *b*). 8 evenire *fv Gel.* 10 mercari *Brg*: merear *fv* (mergi *b*). 11 sicut —(15) designabo: *pro his sic habet b* sicut navis onere pressa cum gr. t. iactatur. nihil aliud nisi solum dei remedium (!). 14 unde *Brgv*: munde *f sol.* (modum *Gel.*!), *om. b.* 16 in(ī)maturae (—ę) *fvrg Gel*: immaturitate *b et* (*in ras.*) *B.* 17 vitiorum *fv Gel.* (humorum *rg*): viciis *Bb.* comprehensorum *Gel.* pecus: metus *v* (foetus *Gel.*). 18 his: *hinc aliena multa praebet b.* quam maxime *B*: quā *fv*, qua *g* (*ubi sic* moll. his subtr. erit. qua consentiendo faciendū ut ...), *om. r et* (*ubi* sic consentio f.) *Gel.*

cataplasmatibus chalasticis artemisiae sucum aut tunsae pulverem misceamus. dictamni quoque similiter. sic aristolochiae, sic rutae seminis. sic et fomentis ex supra dictarum specierum decoctionibus factis uti conveniet et quae scripta sunt in cura conceptionis ad sanguinem innoxie provocandum.

his vero sequentibus aliqui usi remediis duris forsan 25 corporibus minus obfuisse videntur, ut qui vi sanguinem extorquentes simul etiam venientia pecora pertraxerunt. sucum rutae viridis potui dederunt ad neofyta excludenda. hanc eandem rutam viridem cum rancidis nucibus et cum melle tritam dederunt, asseverantes pro pessario apponendum. interea etiam murram et artemisiam et violae semen ex aequo cum suco mentae potui similiter post balneas dari debere asseveraverunt. item lupinorum amarorum pulverem murrae et violae semen, quae omnia ex aequo cum mentae suco temperaverunt ut trociscos conficerent, quos cum decoctione artemisiae aut dictamni dari constituerunt. alii radicem panacis murram aloen ex aequo

1 sucum *fvrg*(*e*): sucos *B.* 2 dictamni *B*(*e*): diptāni (—tami *g*) *fvg.* 3 seminis *fvrg Gel.*: seminibus *B.* 4 decoctione *Gel.* et quę *fvrg Gel.*: quae (*om.* et) *B.* 5 ad ... provocandum *fvrg Gel.*: ac ... provocantibus *B.* 7 aliqui usi *Brg*: aliquibus *fv*, *om. Gel.* forsan *Brg Gel.*: forsitan *fv.* 8 minus obfuerit uti quae vim s. *etc. Gel.* videntur. qui (qui vi B^c) sanguinem *Bg*, v. qui vi sanguine *r*, videnti. ut qui vim sanguinis *fv.* 9 pecora *Bfvrg*: (—tes) foetus *Gel.* 10 neof(ph *v*)ita *Bfvrg.* 11 cum melle: *cf. e* aut ipsum sucum cum nocibus rancidas ad mellis spissitudinem pro pessarium. 12 ap(d *fv*)ponendum (*sic*): supponendam *Gel.* 13 violę(e) *fvrg*: leucon (*i.* leucoiu) *B. cf. supra 22* libanu arrenos (*fvg*). 14 cum suco mente [—(17)cum suco mente *om.*] temptaverunt (*sic*) *r.* 15 balneas (*sic*) *fv* (*ut 22*). dari debere *Bf*(*v*), dari bibere *g.* asseveraverunt *B*: adseveraverint *fv*, adseverant *Gel.* item *etc. B*: et *fvg Gel.* amarorum *B*: *om. fvg Gel.* 16 mirrae *B*: *om. fvg Gel.* violę(e) *fvg Gel.*: leuco (*sic*) *B.* quae omnia ex *B*: *om. fvg et* (*praeter* ex) *Gel.* 17 cum suco mente *fv.* tentavere *Gel.* (*ut r ad v. 14*). ut trosciscos confecissent (*sic, ubi* conficerent *Neu.*) quos c. d. ... dari constituerunt *B*: et trociscos c. d. ... dederunt *fvrg.* 19 alii ra-

similiter cum suco mentae viridis temperaverunt. alii collyrium suppositorium facientes sic se haec innoxie extorsisse testati sunt. murrae absinthii iris illyricae radicis panacis uncias singulas, cummi ÷ II. quae in suco faeni graeci infuderunt, ex quo mixto cum pulvere supradictarum specierum collyria vel balanos confecerunt, quos post balneas supponebant. nam et dictamnum cum vino tritum post balneas potui dabant et continuo paene iam maturas animas excludebant. nam et ovium fel in melicrato dederunt aeque violentum. sic fel taurinum cum nitri combusti pulvere oesypoceroto miscuerunt et pro pessario supposuerunt.

aliud. oesypoceroti, nitri, cymini uncias singulas,
26 ficus pinguis albae bene tritae ÷ II. cum lacte muliebri pessarium supponendum temperaverunt. nam et nostro

dicem panaci mirrae aloes ex aequo similiter sucum mentę viridis temperaverunt *B*: alii radicem panaci(e)s murra aloe equalia cum suco mente dederunt *fvrg Gel.*
2 supposto(u)rium *rfv*, suppositum *g*. 3 murra absentium yreos radices (—cis *r*) panaces (—cis *r*) *fvr* (myrrę absinthii y. radicis panacis *g*), mirrae et absinthii yris illiricę radicis panaci *B*. 4 singulas uncias *fv Gel.*, unc̄ singulas *B* (an̄ ÷ I. *rg*). et gummi uncias duas *Gel.*, et gummenoli *f*, ęt gummę XII. *v*, gummi ÷ II. *Brg* (gummę II. ÷ *b*). *cf. Cass. ind. s. v.* quae in suco . . . supponebant *B*: in suco f. gr. omnia infusa (infusas omnia *r*) commiscentes c. vel b. fecerunt et post balneas supposuerunt *fvrg Gel.* 7 balneas *fvrg*. supposuerunt—(8) balneas *om. v*. nam et (*cf. e* facit ad hoc et diptamnis sucus potum et fel ovium in melicrato datus): nam (*om.* et) *Bfrg Gel.* 8 balneas *frg*. iam maturas *fv Gel.*: inmaturas *Brg*. ovium fel in mel(l)icrato *Brg*: ovillum fel et maligranati (sucum *add. Gel.*) d. *fv Gel.* 10 cum nitri combusti pulvere *B*: cū nitrū (—o *v*) combustū (i *v*) pulvere *fv*, cum nitro combustū *rg*. 11 ysopi ceroto (ceratū *v*) *Bfv*, ysopocerotōm (ysopoceroto *ante corr.*) *r*, ysopo ceroto *g* (ysopum cerutis *e*). *Gal. X, 965* (ἡ δι' οἰσύπου κηρωτή) *cf. Diosc. p. 206.* 12 aliud *Brg*: item *fv*. ysopi cerotū nitrū tostū ciminū ana unc̄. I. *B*, ysopū cerotū n. c. ana ÷ I. *r*, ysopi ceroti nitri cimini ana ÷ I. *g(b)*, ysopū cerotū nitrū ciminū singulas uncias *f(v) Gel.* 13 ficus pingues —tritas ÷ II. *B et* (*om.* bene) *r*, ficus pinguis albę tritę ÷ II. *g*, ficus pinguis (*om.* a. tr.) II. ÷ *b*: *om. fv Gel.* mulieris *rfv Gel.* 14 temperaverunt *Bfv* (*al. b*): (pessario supponendū) temptaverunt *rg* (*cf. Gel.*).

pesso utebantur ex solis pinguibus ficis tunsis balanos vel collyria supponentes, quibus nos etiam nitri speciem admiscuimus. sed innoxie ex hoc purgatio procuratur.

aliud inquiunt exclusorium violentum, quod murram tritam et elleborum felle taurino miscentes et temperantes pro pessario supponebant.

aliud. murrae ÷ I, ficus pinguis tritae lib̄ I, galbani ÷ I, afronitri ÷ III. omnia trita commiscebant. cum usus exigebat, cum melle pessarium temperabant.

his etiam ptarmica adhibuerunt ex elleboro struthio castoreo, ut membris omnibus exagitatis pecus facile extorquere valuissent.

coacti etiam aliorum scripta legimus, inlicita quidem 27

1 ex solis pingues ficos tunsas *r*, ex solas (ex solo *v*, ex sole *g*) pingues (—is *f*) ficus tunsas *fvg*, ex solis pinguibus ficubus tunsis *B*. balanos *Bg*, —no *r*: —nū *fv Gel.* 2 nos: ros *r* (*solus*). 4 quod—supponebant *B* (*cf. e*): murra elleborū fel taurinū ex hoc pessum supposuerunt *fv Gel.*, murre ellebor̄ fel taurinum (myrtę ellebori fellis taurini *g*) ex hoc pessario supposuerunt *rg*. 7 aliud *Brg*: item aliud *fv Gel.* murra ÷ I, ficus pingues tritas l̄ib I, galbanū ÷ I., afronitrum ÷ III o. t. c. cum usus exigebat (exegisset *fv*) p. temperabant *rfv* (murre ÷ I. ficuum pinguium tritarum lib̄. I. galbani ÷ I. afronitri ÷ III omnia commiscebant. cum usus exigebat. cum melle temperabant *g*): mirrę unc̄ I. ficus pinguis tritę lib̄. I. g. ÷ I. a. ÷ III. omnia trita tunsa fi⟨cui commiscebant *in ras.*⟩ et cum usus forte fuerat necessarius pessarium (—us *ante ras., sicut f*) ab isdem temperabant *B*. 8 afronitri VI. ÷ *b* (III. *rel.*). 4—9 *pro his sic habet e*: aliud inaqua exclusorium violentum murra elleborum fel taurinū omnia ista simul mista et pro pessarium adponatur & tarmica provocanda erunt . . . 10 His etiam ptharmica *B* (*supra B*[c] i. sternutamenta): His etiam sternutamenta *rg*, His itaque exsternutamenta *fv* (his etiam sternutaciones *b*, *cf. supra* et tarmica *e*). ex *Br Gel.*: et (ex lebore *f*, ellebor♃ *v*, *deinde* cū membris) *fv*. 11 ut (ú *g*) *Brg*: cū *fv*, tum *Gel.* (*om. b*). *cf. ad v. 11.* 11 extorquere *B rfv*: —ri *Gel.* (*b*). 12 valuissent *B*: potuissent *r*, —set *g*, potuisse *f(v) Gel.* (possit *b*). 13 legimus *rg*: ⟨eli⟩gimus (*in ras.*) *B*, erigimus *fv* (transivimus *b*), *unde* exegimus *Gel.* in(l *g*)licita *rfvg* (*Gel.*): inclita *B* (inclinata *b*).

non adeo sub illis necessitatibus salutis, si vel non inportunis mensibus ingerantur. sed quoniam his inconsiderate frequenter ita rebus gestis, vi et vapore adhibitarum specierum haemorragiae provenerunt, per quas et vulnerationes paene incurabilis cursus laesas feminas occupaverunt, ad haec nos quibus valemus tandem adiutoriis salubribus obviamus.

VII. De haemorragia matricis.

28 Haemorragiae matricis licet etiam ex aliis fieri soleant, attamen quoniam omnes una lege medendi curandae sunt, in subiectis earum causis adiunctis, omnibus ut arbitror sub constrictione passionibus praetractatis, ad resoluta et sub effusione laborantia descendemus. quae quam maxime saepe chronicarum more causarum difficiles liberatu sunt.

1 non adeo *Brfvg*: nec adeo *Gel.* (*om. b*). salutis: salutem *rfv* (salutem apantibus *g*), salutaria *Gel.* (*cf. b*), saltem *B*. si vel non inp. *Brfvg* (si oportunis *b*, si vel importunis *Gel.*). 2 inconsiderate *Brg*: —ranter *fv*. his . . . ita: *sic omnes* (*cf. e*: Omnia tamen hec diligentius sunt facienda ne . . .) *praeter Gel. qui om.* sed — inconsiderate. 3 adhibitarum *Gel.*: adhibita *rfv*, —to *Bg*. 4 emo(r)rogiae *Brg*: emorroy(i *v*)de *fv* (morroide *b*, emorroidas *e*). pvenerunt *B*. per quas — occupaverunt *om. v*. et vulneratio *rfg* (—ones *B*): exulcerationes *Gel.* 6 nos *B*: *om. rfvg Gel.* adiutoriis (—ribus *V*) salubribus obviamus: *hic* (*post lacunam*) *incipit f. 78 cod. V, cuius ultimis foliis quae sequuntur servata sunt.* 8 De emorracia (emorrogia *Bg*, emorroida *be*) matricis (vel fluxu sanguinis *add. b*) *V* (*Bge*), De fluxu sanguinis (id est emorroide matricis *add. v*) *rfv* (de fl. s. mulierum *g*). 9 Emorragiae m. *V*, Emorrogiae m. *rB*, Emorroides *b*, Emorroidę m. *f*. (*om. v cf. tit.*) ex aliis: in alii(s) locis *e*. soleant *VBrg*: solebat *fv*. 10 medendi (*om. Gel.*): meditandi *fv*. curandae sunt (erunt *g*) *Brfvg Gel.*: curae fiunt *V*. 11 in subiectis (*b*): subiectis *VBrgfv*. causas adiunctio *V*, causis adiunctisque *B*, causis adiungo *r*(*b*), causas adiungo (—e *v*) *fvg*. 12 passiones *f*, —nis *v*. praetractis *Vfv* (praetactis *Gel.*), pertractatis *Brg*. ad: hac *r*, ac *f* (*om. v*). 13 di(e *B*)scendimus *VB*, discedimus *rgfv*. quamvis maxime *Bv*(*f*). 14 difficiles liberatu sunt *Gel.*: difficile liberati sunt *V* (—tę sunt *rgfgb*, —tę sint *B*).

vaporibus constringendae sunt ex decoctionibus specierum omnium stypticarum, quas etiam nunc subiectas admoneo. murta viridis, flos mali granati, cortex arboris pini, siliquarum folia vel bacae lentisci, similiter rosa sicca et galla et ros syriacum et cetera similia. item encolpismis imminere convenit ex croco hypocistide acacia omfacio lapide haematite lemnia sfragitide, omnibus tunsis et mixtis decoctionibus supra dictarum specierum aut sucis polygoni vel arnoglossi temperatis. post vero spongia infusa in puscula supposita muniendae erunt. inguinibus vero lanas sucis supra dictis infusas imponi suadeo. 29

expedit interea omnibus superioribus locis usque in mamillas cucurbitas stalticas ignitas imponere, sic etiam inter scapulas diu perseveraturas sed molliter detrahendas. epithemata vero omnia staltica, ut dysentericis sunt ordi-

2 quas e. n. subiectas ammoneo *B*: quae e. n. subiectis (subiunctis *fv*, in subiectis *b*) ammoneo (adm. *fv*) *Vfv*(*b*) *et* (etiam *om.*) *rg*, quas e. n. subiungo *Gel.* 3 mirta virides f. m. cortix a. p. s. f. vel bace lentes. Similiter ossa s. galle & rosiriacū & c. s. *V*, murtę viridis f. m. cortex a. p. s. f. vel uace. lentis. scimiliter rosa s. galla et r. s. & c. s. *r* (*et similiter nomin. casu gb et e, ubi est* qualis est mirta virides. et flores m. et pini cortices s. f. vel vace lintisci s. rosa s. gallaro siriacos et c. s.): murte viridis (—es *v*) f. m. cortice et a. p. cortice et s. f. vel u(b *v*)ace lentisci s. uacas (baces *v*) rosę siccę & galla ros syriacu (siriacum *v*) & c. s. *fv* (*unde Gel.*), mirti viridis flore m. cortice et a p. s. foliis vel bacis lentisci s. rosa sicca et galla rore syriaco et ceteris similibus *B*. 5 item *VB*(*e*): et *rgfv*(*b*). inculpismis *Vv* (incupismis *f*), incolpismis *re*, encolpismis *Bg* (encalpismis *b*). 6 hypocestistida *V*, ypoquistida *Brfv*. 7 lemnias frigida *Vrv* (limnias frigidos *e*), leminias frigitida *f*, lemnia fragitida *B* (lepnas fragida *g*). 8 specierum *rgfv*(*b*) *Gel.*: superius *V*(*e*), superius specierum (!) *B*. 9 arnoglossi *Vf*(*b*), arneglossi *r*, —sa *v*, —sę *Bg*: plantaginis *e*. 10 in puscula posita *V*, in puscula supposita *r* (in puscula superpositum *e*), in pusca sub(p *v*)posita. muniendae *VB*(*b*): minuendę *fv*, īminende *g*. 11 in sucis *e*. infusas *om. V* (*solus*), *post* lanas *habent fv Gel.* (*non r*). inponi suadeo *VBrg*(*b*): inponis *fv*(*e*), *unde* impones *Gel.* 12 in mamillas *VBrg* (—lis *fv*): ad m. *b* (usque mamillis *e*). 13 stalticas *Bf* (tautica *v*) *gr*: *om. V*(*e*). ignitas: agnitas *f* (*om. Gel.*). 15 ut d. s.

nata, imponenda sunt, quam maxime ex dactylis thebaicis in vino vel aceto decoctis et cerotario commixtis, speciebus quoque quas nosti competenter posse constringere.

VIII. De vulneribus matricis.

30 Si vulnerata ex his matrix fuerit, quibus vulneribus internis putredo frequentius sociatur, advertes ex egestionibus quatenus debeas causae succurrere, adhibendo dia chartu **Athenaei** trocisco ex auripigmento calce viva sandaraca pulvere chartae combustae et ceteris similibus ita confecto et temperato ex sucis omnium specierum supra dictarum.

VIIII. De fluxu reumatis quem run appellamus.

31 Si ex his fluxus perseverans sanguinis vel umoris colore variantis molestiam fecerit, quem nos run appellamus, his omnibus superioribus imminendo constringendus

ordinata: a disinthericis ordinata V (et dissentericis ordinata b, sicut disinterici | sunt ordinata e), dissintericis ordinata rg: quę disintericis ordinavimus (ordinavi Gel.) Bfv (Gel).
1 dacti(u rfv)lis Bfvg: om. V. 2 et(cer.) b: ex VBfvrg (Gel.). ex speciebus q. n. b. 3 quoque VB (Gel.): vero rfv. nostis c. quę possint c. fv. 4 VIII. (item postea VIIII. X) numerum solum sine rubr. habet V. 6 internis Vfvrg (be): interius B. advertes rgv: —tis VBf (e). 7 dia chartu Athenaei trocisco (Gel.): aut (pro aut̄?) diuartu uthineo trochisco V (aut di | artuathineo. trocisco e), diucarui atineos trociscos b, aut diacardii. aut athineu. trocisco r, aut dia cardiu ā athineu trocis̄ g, aut diacartum (—tu f, diacostu v) aut trociscos (—co v, troschiscos B) Bfv. cf. Galen. XIII, 296. Cass. Fel. p. 126, 10. 9 pulvere charte (cartę Be) cōbuste VB (e): carta com(con f)busta rgfv. 11 in fine add. b: et sicut dissintericis ordinavimus uteris. 12 quem run (e, q̄ run b): quem rom B, quarū f, quā rū v, quem runa r (q̄ reuma dicitur g). 14 colore varianti V (colores variantes e), colore (—rem B) variantis (is in ras. B) Brg (col'e variatus b), cholera variantē (corr.) Gel. run V (b): runa r, ruma g (strumam Sim. s. strumas), rum f, rū v rom B. 15 his: sic omnes. cf. infra p. 247, 15 (scil. 3, 29). imminendo (sic, sine puncto hic desinit v).

erit vel desiccandus. si quis vero etiam potionibus curare velit, habet has potiones a nobis similiter ordinatas in is qui sanguinem vomuerint aut dyssenteriae vitio laborarint.

si humanius res profecerint, ut veluti in chronicis mos erat, aliquando commoveantur aliquando sub blanda dimissione releventur, quo tempore cycli nobis iam omnis ordo intendendus erit et accipiendus, vomitus prius frequentius adhibendo quam maxime post radicum acceptionem, exercitiis paulatim crescentibus imminendum est. aeris mutationes appetendae, locis isdem psilotra paroptetes dropaces et sinapismos appono. quibus omnibus perseverando vim magnam reumatis magnis valeamus adiutoriis superare. sane si sanguineus et cum dolore fluxus fuerit, etiam flebotomo eas expedit relevari, omnibus his supra dictis stypticis imminendo.

X. De gonorroea id est spermatis effusione.

Effusione aliquando etiam spermatis spontanei et in- 32
portuni feminae fatigantur, quod in graecis nostris

1 desiccandus VBrg (b): siccandus f (Gel.). quis: qui V. 2 has potiones Bf: dispositiones b, has dispositionis (—nes g) Vg. 3 in is qui: In his autem qui VBfg (b), ubi quae corr. Gel. q. s. vomuerint Vfg (vomuerunt Br, evomuerint b): emoptoycis e. laboraverint (g): laborar̄ V, —runt Br, —raver̄ fb. 5 profe(i rg)cerint VBrg: profecerit (b, —ficerit f). 7 dimissione Bfg: demissione V (remissione b). cicli nobis VB: nobis cicli (cycli b) frg (b). 11 mutationibus. Spetēde V (appetendis Gel.), inmutationis appetende r. isdem Brg: hisdem Vf. psi(y r)lotra Br: pesilotra V, desylotro f. paropteres VB, parop(b g)tesis frg. 12 et VB: om. rf (Gel.). sinapi(e V)smos VB: —mū frg (b). 13 reumatis magnis VBr (b, r. malignis g): reumatismis f. 15 expedit VB (eb): —diet rgf. his: cf. supra p. 246, 15 (omnibus—imminendo om. b). 17 gonorria B, —rea fb. id est Bf: hoc est r (tit. om. V cf. ad p. 246, 4). 18 Effusione (in ras.) B (Effusio e): om. Vrf, post v. inportuni habet b (ubi fluxu Gel.), post feminę g. spontanea et inportuna B (solus). 19 in grecis nostris g. appellavimus (—bimus V, appellamus B) VBrg (in grecis libris nos g. appellamus b): greci g. appellant f (cf. e hoc enim greci g. vocant).

gonorroean appellavimus. ea quae in viris hoc vitio laborantibus superius ordinata sunt, etiam feminis convenit adhiberi.

Ordinata gynaeciorum dispositioni sufficere arbitror, principalium passionum constrictionis et relaxationis causis ex parvis omnibus adiutoriis competenter adiunctis. cetera vero quae artis officio parturientibus aut disponenda sunt aut facienda, usu magis quam lectione debes advetere.

1 gon(m *V*)orroeam *V*, —rea *frg*, —ream *b*, —riam *B*. ea: et *b*, haec (hęc *f*, h̄ *g*) *VBrfg* (*cf. e* hac ratione curari debet sicut in viris ...). 2 etiam: etiam et *f*. 4 Ordinata gineciarum dispositionis afficere *V*, Ordinatas gineciarum dispositiones sufficere *B*, ordinavi geneciorum dispositione s. *f*, Ordine genitiorum dispositione s. *r*, Ordene geneciorum dispositione s. *g* (Ordine gonorreorum dispositione s. *b*). 5 *post* passionum *add. b* in oxer̄. libro dispositis. constrictiones et laxationes *f*. causis *B*: causas *Vfrg*(*b*). 7 aut *Bg*: que (quae *r*, quę *fb*) aut (*iterum*) *Vrf*(*eb*). 8 debes *VB*: debebis *fg*(*eb*). *post* advertere *addunt Bf* ut intelle(i *B*)gas quae pertinent (*sic*) ad salutem mulierum. *subscriptio nulla in VB*(*b*). *at in f* Explicit genecia theodori auctoris. *contra in g continuo seq. c. XI* De menstruis provocandis *etc.* (*ut* Theodorus priscianus ad octavium filium. De sanguine menstruali provocando ... *et cetera in b*) *capitula gynaeciorum aliunde addita.*

Theodori Prisciani

Physica.

Scribenti mihi de fysica scientia, qua te maxime 1
delectari intellego, sufficere arbitror ad commendationem operis Menandri comici insigne argumentum. apud cives cum studiorum annis magnae scientiae laboraret invidia, produxisse in theatrum fertur suem partu plenam, hoc enim in loco celeberrimum atheniensis eloquentiae auditorium erat, produxisse inquam exspectantibus auditoribus plenam suem ibique eius exsectum uterum in Euripo fuisse. cumque interfecti paene doctu tamen naturae agerentur, Athenienses inquit viri, si in parvis annis scientiam meam miramini, istos natare quis docuit?

hinc advertere datur, Eusebi dulcissime filiolorum 2
meorum, gratum mihi testimonium. plus enim in te amo laboris mei operae pretium et quod tu mihi nunc scribenti contigeris auditor. dixi datur advertere, quantum naturae vis pateat in omnibus elementis eorumque se-

1 *Huius libri fragmentum quo uno extat codice Bruxell. s. XII (B), hoc sic inscribitur* Incipit de fisicis ad octavium eusebium filium eius. *Eusebium ipse libri textus attestatur, Octavium finxisse videtur librarius propter Octavium Horatianum, quem putabat libri patrem. sic etiam gynaeciorum liber II. ab alio quodam additus ad Octavium scribitur. ego ipsum codicem unicum (licet incertae fidei testem) sequor (collatum a. 1876), expulsa Hermanni de Nuenar emendatione arbitraria.* 4 ad comm. operis *om. Neu.* 5 cives [suos *add. Neu.*]. 10 *post* euripo *album in cod.* (*i. e.* fuisse proiectum *add. Neu.*: *sed multo plura exciderunt*). 11 doctu *B*: ductu *Neu.* (*recte fort.*). 14 filiorum *Neu.* 15 Plus *B*: Valde *Neu.* 16 opere (—rae *Neu.*) precium *B*.

mine atque animantibus, cuius virtutes non frustra inter se dissentiunt aut secum copulantur. alcyonio herba pastae oves periclitantur, mox radice eius assumpta liberantur. mulorum sumere potus venenum est, carnes eorum cibo datae remedio. medentur ventris tormento canes pastae gramine, et horridus sus nebulam discutit campo pabulatus. et iacta theca per dictamnum excluduntur iacula. et cervi longaevi vita adhaesis mutatur cornibus. et communis chelidoniae cognomines herbis pullorum suorum declarant oculos. ad postremum natura omniparens veluti adiuncta granditate cuncta animantia prosecuta est. quae enim nascendi sortem tribuit, vivendi ac valendi substantiam non negavit. est enim in omni mundo natura quae operetur grande secretum. sed illud mirari non desino cur irrationabilia et vagae aves et agrestes ferae ad beneficia naturae propius accederent.

3 supra contexti dabitis mihi veniam operis, patres priores. disputationum enim vestrarum rationes atque morbidorum animalium genus et his similia aetas mundi rudis ignoravit. Pythagoras aegyptiae scientiae gravis auctor, scribit singula nostri corporis membra caelestes sibi potestates vindicasse. unde fit ut aut contrariis quibus vincuntur aut propriis quibus placantur conemur. hinc est quod et Romani febri aedem statuerunt et quod cer-

2 alchionio *B*. 4 *fort.* mullorum (*cf. Plin. 32, 91 cum eiusdem 32, 25. 44*). sumere *B*: sanguis *Neu.* 5 [sunt] remedio *add. Neu.* (remedio medentur *coniungit B*). canis paste *B* (*f. corr.* pasti). *cf. Plin. 25, 91.* 6 horridus . . . pabulatus: *sic B* (—a *Neu.*). *cf. Plin. 18, 364* (?). 7 theca *B*: *om. Neu.* iacula *B*: tela *Neu.* (*Plin. 8, 97. 28, 92*). 9 adęsis *B* (*cf. Plin. 8, 116*). 9 communes celidoniae cum omnibus herbis *B* (*ubi pro* cum omnibus *scr. Neu.* communibus). *cf. Plin. 25, 89. 8, 98. Apul. c. 73 Ack.* 11 granditate *B*: charitate *Neu.* 16 accederent *B*: —dant *Neu.* 17 patres *quos infra citat Pythagoram inprimis dicit et Democritum* (*cf. Plin. 24, 156*): 18 atque *B*: *om. Neu.* 19 similia *ante corr. B*: similis B^c *Neu.* 20 ęgiptiae *B*. 24 aedem *Neu.*: eadem *B*. certanas (*sic*) *B*: Quartanas *Neu.* (*fort.* tertianas? *cf. Ps. Plin. med. 3, 15 Rose in formula magica*).

tanas Saturni filias affirmavit antiquitas. in quarum curatione Democritus inquit pollutione opus esse, ut sunt caedis culpae et menstruae mulieris et sacrarum avium, vel vetitorum animalium carnes cibo datae et sanguinis potus. nam et epilempsin, quam ieran noson appellavere, sic curare praecipit, efficaciae potentiam praeferens et vetans inquiri rationem. sed haec non nos primi prodimus. fateri non paenitet, communia sunt quae cum veteribus sentio. mea quae scripsero, aeque in his dumtaxat et nos magis posteris placebimus. nec mirum si nulla circa vivos fama est. sua tempora lector non amat. hinc est illud clarissimum satyrici distichum

parva coronato plausere theatra Menandro
riseruntque suum saecula Maeoniden.

nam et magister meus quo me usum esse praemiseram, dum viveret bellus habebatur, qui nunc orbis totius Vindicianus celebratur, et profecto nullius umquam virtus digne suo saeculo honorata est, vel quod invidiae fortunaeque locus inter vivos maneat vel quod a miseria orto desiderio celebretur post fata probatio.

⟨I. Caput dolentibus.⟩

Herba polygono coronatus quam quis luna decrescente sustulerit dolore capitis caret. similiter etiam herba illa 4

2 Democritus: *cf. Plin. 28, 7.* 3 caedis culpae: cędes & culpę *B* (*in quo tamen corr. erasit* c *ut fiat* ędes). *cet. cf. Plin. 28, 7. 34.* 3 menstruae: *sic B* (menstrua *Neu.*). *cf. Plin. 7, 64 sq. 28, 77 sqq.* (*83*). 4 carnis *B* (—es *Neu.*) 5 epilempsin *B* (*ut et graece* ἐπίλημψιν). gera noson *B*. 7 vetans: vitans *B* (*et Neu.*). 8 quae . . . sentio *Neu.*: qui . . . sensio (*sic*) *B*. [Atqui] mea *add. Neu.* aeque: atque *B*, *om. Neu.* 10 nulla —amat: *sunt verba Martialis ep. 5, 10 v. 1 et 2.* 12 satyri disticum (*sic*) *B* (*scil. Martialis epigr. 5, 10 v. 9 et 8 inverso hic ordine*). *cf. A. Meineke, Men. et Philem. rel. 1823 p. XXXI.* 15 usum esse [praeceptore] *add. Neu.* p̄miseram: *sic B*. 16 orbis totius *B*: orbe toto *Neu.* 19 amiseriae: *sic B* (*Neu.*). 21 *abest rubrica, licet album unius lineae spatium prostet in cod.* 23 *cf. Marc. p. 35 Bas. v. 6* (*et v. 1*) quam rubiam (*Pl. 24, 94*) vocamus (*ex confusione*).

quae forte inventa fuerit in capite aenearum statuarum. nam et reliquias bovis potantis si quis biberit molestia capitis relevabitur. spuma vero eius fronti illita lege secretiore naturae graves inquietudines capitis sedat. et cornicis cerebrum quoquo libet genere acceptum paria facit. similiter etiam muris cerebro comesto natura omniparens magnum remedium caput dolentibus praestitit. ferulae quoque combustae cinis oleo mixtus fronti vel capiti illitus inquietudines capitis saepe sedavit. attamen etiam de vulturis cerebro mixto oleo perunctum caput frequentius liberatum est. o quantum naturae venerationis, cum magnetes lapis admotus capiti ex altitudine latentes morbos eripuit, et nidus hirundinum mox expositus omnis cum aceto contritus fronti illitus par beneficium procuravit.

haec fysica remedia sufficere arbitror caput dolentibus. exhinc etiam de epilempticis ordinabimus.

1 *cf. Ps. Plin. med 1, 1 (ex Pl. 24, 170), Marc. p. 35, 1.* 2 *cf. Ps. Plin. l. c. (ex Pl. 28, 166). Marc. p. 35 (v. 11 inf.).* 3 spu⟨ma —illita⟩ *in ras. B.* 5 cornicis: *cf. Marc. p. 36, 12.* quoquo libet *B*: quolibet *Neu.* (*cf. infra* quoquo pacto). 8 ferulae *etc. sequentia Galeno veteri latino (qui de febribus vulgo inscribitur) addita legit Garipotus II, 14. at non habentur in Gal. cod. Leid.* 9 illi⟨tus⟩ *in ras. B.* sedavit: sedabat *B* (*Neu.*). attamen: tantum (*sic*) *B* (*fuerit scil.* sedaū attm̄). *ceterum cf. Marc. p. 36, 14.* 11 *vulturis cerebro Garipotus subiungit haec*: sanguis asini cum suco herbae cocodrillae (crocodileam *dicit Plin. 28, 108*) commixtus et infusus capiti mire subvenit. venerationis [debetur] *add. Neu.* 12 cū (*sic*) *B*: Nam *Neu.* magnetes *B* (*sic et Marc. p. 36, 1*: magnes *Neu.* (*de magnete om. Gar.*). 13 nidus: nidis *B* (*Neu.*). omnis *B* (*sc. cum lapillis de quibus Marc. p. 36, 9*): atque *Neu.* 14 fronti[que] *add. Neu.* 16 haec physica dolori capitis sufficiant *sic Gar.* (fisica *B*). 17 exhinc: & hinc *B* (*Neu.*). ordinabimus: —vimus *B* (*Neu., qui add.* quaedam ord.).

⟨II. Epilempticis.⟩

Remediorum recte adhibitorum efficacia semper causarum bonos exitus confirmavit. 5

latentes epilempticos gagatis lapidis admotum fumigium semper repentinis casibus publicavit. hoc de araneis parietum, hoc de stercore canum fumigio similiter fieri constat. nam et opertos caprarum pellibus si in aquam ingredi facias litoris infusis plantis et tectis, epilempsiae passio commovebitur. similiter etiam si nares eorum opobalsamo tangas, sollicitos epilempticos publicabit. et acaciae pulvere cum aqua calida accepto continuo correpti si fuerint, insanabiles erunt, sin vero febrierint, facilius liberantur. hoc de prodendis vel cognoscendis epilempticis scripsimus, remediorum nunc opus est ordinatione.

paeoniae radix magnum praesidium praestat, si collo 6
alligatam frequentius odoretur. sic halicacabi, sic lathyridis radices medentur. et contusum tithymalum cum alfitis

1 *A linea nova scribuntur haec in cod., sine rubrica tamen. sequitur enim cap. de epilempticis, eodem quo supra ordine de chronicis cum diceret.* 4 *ex eis quae hic prostant excerpta sunt quae tacito auctore in additamentis Galeni vet. lat. exhibet codex Leidensis atque ex simili Galeni exempluri Garipotus I, 6.* 4 gagatis: *cf. Alex. Trall. ed. Bas. p. 78 (lat. I, 72).* 6 stercoris etiam columbini canini *etc. Gar.* fumigium *B* (*Neu., qui mox pro* fieri *scripsit* facere). 8 opertos *etc.: cf. Alex. l. c.* (*Cael. chr. 1, 126*). 10 sollicitus (*l.* —tos) ep. publicavit (*l.* —bit) *B*: sollicitius ep. publicabis *Neu.* 11 pulvere ... accepto *etc.* (*cf. Gar.* et acaciae pulvis c. a. c. acceptus cum corripiuntur continuo liberat): pulveres cum a. c. acceperint. continuo corr. si f. *B* (pulveres si cum a. c. acceperint et si continuo correpti f. *Neu.*) 13 prodendis *Neu.*: profundendis *B.* 15 *de paeonia i. glycyside v. Alex. p. 83. 85 Bas.* collo alligatam (*sic Garip. l. c.*): continue potata (*inepte, ut solet*) *B* (*Neu.*). *addit Gal.* hoc auctor experimentatorum affirmat *aut potius, sicuti habet cod. Leid.* auctor expertus. 16 alica cacabi (*sic*) *B* (*corr. Neu.*) *i. e.* strychni: *cf. Alex. l. c.* lathyridis (*cf. Plin. 26, 62: inutilis quidem si non magico, tamen medico lathyridis radix sec. Dioscoridem p. 658*): nysteridis (*sic*) *B* (nycteridis *Neu.*). 17 et contusū titimulū — sic odoratur (—t²) *B*: *haec om. Neu.*

et aceto si odoratur. ex corio frontis asini facta veluti fasciola eorum articuli constringendi sunt, et dextri eius pedis ungulae portatus circulus pari condicione medebitur. interea caprinas tunc tantummodo carnes comedentibus camelorum medulla oleo roseo resoluta tempora capitis stomachus et totum pectus matutinis horis perunguendum est. ex sanguine mustelarum unguentum eo modo adhibitum par praestitit beneficium. in ipsis vero commotionibus, si sanguinem de eius pedum digitis elicias quoquo pacto, et eius frontem ex eo tangas et labia, continuo exsurget. tunc etiam asini lotio aspergi conveniet.

7 addo interea, quod ille ait si mihi fas audita loqui, quod necessitas procurandae sanitatis extorquet, eodem lotio asini potari eos debere, et hirundinum sanguinem cum turis masculi pulvere aequa sub ponderatione cum oxymeli similiter sumere. sic alii veteriores sub certo secreto naturae excepto capite et pedibus ceteras mustelae reliquiarum partes corporis obtulerunt, ex cuius cibi beneficio molestiam passionis frequentissime declinarunt. aliud. mulsa vini acri horis matutinis data diebus XXX continuis profuerunt. pari forma etiam ex testa cerebri asini combusta cinis datus profuit. sic althaeae sucus, sic coagulum leporis in modum grani ervi per dies XXX ministratum horis matutinis epilempticos liberavit. nam et mulieribus menstruantibus hoc vitio laborantibus coire conveniet.

1 si: sic *B.* ex corio: *cf. Alex. p. 84.* 4 capr. carnes *habet etiam Plin. 28, 226.* 5 timpora *B.* 7 eo modo (*sc. quo supra*) *B*: commode *Neu.* 9 de eius *in ras. B. cet. cf. Alex. p. 79* (*Plin. 28, 43*). 11 exurgit *B* (*Neu.*). 12 ille *sc. Vergil. Aen. 6, 266* (sit mihi *etc.*). 14 hir. sang. *Plin. 30, 91.* 15 aequa sub *B*: sub aequa *Neu.* 16 oximelle *B.* 17 et *B*: ac *Neu.* mustellae reliquiarum *B*: mustelae reliquias atque *Neu.* (mustelae cineres *Plin. 30, 34*). *cf. Cael. chr. 1, 128.* 19 declinaverunt *Neu.* 20 mulsa vini acri: Multum vina acria *B* (Vina multum a. *Neu.*). triginta *Neu.* 21 pari *sc.* mulsi (*cf. Plin. 28, 225. etiam Alex. p. 82*). 22 altee *B.* coag. l. *habet etiam Garip. l. c.* (*qui addit* expertum est). *cf. Pl. 28, 224.* 23 ervi: orobi *Gar.* 25 *Garip.* (*qui diverso*

haec epilempticorum praecepta ex probata remedii cura disposita, deinde reliqua ut potero vaga et disseminata remedia designabo collecta . . .

ordine singula remedia proponit) l. c. haec etiam addit quae ignorat cod. B: Cor vulturis tritum cum aqua dabis bibere et sanabis. Item vulturis cor et epar et pulmo levi pruma vaporentur et conterantur et cum oxymelle potui dato statim epilempsia excluditur (*ex al. f. fonte*). *cf. Plin. 30, 22.*

1 ex: et *B.* 3 collecta designabo *Neu.*

Ex cod. Lugd. Bat. Voss. lat. fol. 85 (ad finem cap. de epilempticis libri III. Ps. Galeni) f. 7b: (. . . sicut supra diximus stomaticis.) Gagatis lapis ammotus fumigium semper repentinis casibus maiores nostri publicabit. hoc et de araneis parietum. et de stercore canis fumigium fieri constat. et acacie pul̄(verem) si cum aqua calida acceperint. dum correpti fuerint continuo liberantur. Cor vulturis tritum ex aqua dato bibere. et mox sanabitur. Item vulturis cor et epar. et pulmon leni pruna vaporetur. et in unum contritum cum oximelle potui dato. statim epilempsia excluditur. Sic coagulum leporis in modum grani herbi per dies. XXX. horis matutinalibus ministratum epylemticos liberabit. expertum est et peonie radix si lunatico dum correptus fuerit iacenti in collo ligetur statim sedebat. ut sanus et quamdiu eam radicem secum habuerit. numquam ei aliquid malum accidet hoc expertus auctor affirmat.

Sequitur Item de epylemticis. Variis nominibus hec passio nuncupata est . . . (*ex Th. Ps. 2, 15*).

Ex reliqua Physicorum libri parte deperdita ipse Theodorus haec commemorat

praeter c. II quod servatum est de epilempticis, de quo sic

l. II. c. 15 (48):

. . . huius etenim causae magnitudini maiora sunt et frequentia adiutoria providenda. nam quam plurimi sapientiores etiam fysicorum adiutoria providerunt, in quibus, ut etiam nos in nostro libello fysicorum comprehendimus, magna et veluti religiosa remedia procuravere.

l. II c. 11 (34)

de satyriasi vel impedimento usus:

. . . reparatum est (virile officium) et pipere satyrio et scirco

et erucae semine, etiam ceteris adiutoriis par beneficium ministrantibus, quae quam maxime in libro fysicorum commodius disponimus.

l. I c. 25 (75)

de stirpibus vel ossibus infixis:

... si vero in faucibus os aut aliquid inhaeserit, aquam et oleum calidum contineat in ore et spontaneum exiliet sine mora. sunt et alia fysicorum beneficiis publicata, sed suo loco et tempore conscribentur. *ubi pro ultimis verbis sec. cod. Berol. haec subiunxit recentioris editionis Priscianeae auctor* [sunt et haec beneficia fysicorum optime comprobata quae huic loco adiuncta a nobis profiteor esse *etc.*

cf. l. I c. 21 (66)

de vulneribus variis causis inflictis corporibus (ubi et secundum fysicos *quaedam, ut* de experimentis *I, 2, 7 etc.*).

Ad Antidotarium quoddam deperditum (non quod extat Physicorum fragmento Bruxellensi adnexum et pro libro quarto additum) pertineant quae sic citantur:

primum ab ipso Prisciani l. I c. 7 (18) de alopeciosis

...ieran dabo quae post ordinabitur.

ἡ ἱερὰ ἡ διὰ κολοκυνθίδων *habetur graece in Eupor. Ps. Gal. (XIV, 327), sed aliam confectionem Theodoro supplet ed. sec.* (*bcr*) quae sic conficitur ... *convenientem cum Gera Vindiciani in Antid. Vindoc. 109 f. 108a 1*: Ant Gera vindiciani qui purgat omnia vitia corporis. Facit ad menamenis et melancolicis. hictericis et epaticis. spleneticis. elefantiosis. et ad cataractas oculorum et ad paralisin. Das infantibus d̄. II. Mulieribus d̄. III. Viris ÷ S. ℞ hęc. Coloquintida. Aloe. Gingiber ana d̄. I. Piper album. Piper longum. Piper nigrum. Camidreos Scamonia. Cassia. Costum. Euforbium. Mastice. Salis ammoniaci ana ÷ S. Myrra. Crocum. Cinnamomum ana d̄. II. Epithimum d̄. VI. Absinthii sucus d̄. V. Mel despumatum quod sufficit in mulsa.

praeterea apud Garipotum 3, 24 ad finem capituli exscripti Ps. Galeni (III) de colicis subiungitur

Conditum colicis expertum Prisciani Theodori. quod recipit petroselini macedonici *etc.*

quod paululum in brevius contractum assumit ille ex codice quo utitur Ps. Galeni additamentis ex Theodori Prisciani editione secunda aucto, qualis extat cod. Lugd. Bat. fol. 85, ubi sic legitur in cura colicorum (cap. 70 explendo verba textus

omissa et cetera his similia quę experimentis huic causę profuisse cognoveris):

nam et radices appii et feniculi inquoques in aqua et potu dabis ieiunis. Nam et antidotum ad colum ita facies cuius virtutem sepius probavi. Petroselinum macedonicum. Puleiu acapnu iuniperi uacas ana S̶ (semunciam). ortice semen. myrta. cassia fistula. struthium. spica nardi. marrubium. ros marinum. hinnula. Ciminus panu ana S̶. Zinziber. Samsucu. Bettonica. costu. ana ÷ I. piper nigru ÷ IIII. ex omnibus pul̄(verem)facis et in duleolo vitreo reponis. et cum opus fuerit conditum facis talem. mel dispumatum lib̄. III. vinum optimum S̶S̶ VI. piper nigru. ÷ S̶ et ex eo condito mittis pot̄. I. in calicem. et suprascripto pulbere plena cocl̄(iaria) II. et ieiunus in balneo in solio stans bibit. —

Praeterea in antidotariis medii aevi incipientis, qui ex singulorum medicorum libris collectam propagant remediorum materiam, variae citantur confectiones Theodori, quae ad Priscianum partim pertineant, velut Ant. Gera logodium teudori medici ad omnes mortiferas passiones et diuturnas ... *in Antid. Vindoc. 175 c. 83 f. 121 (eadem fere iera sine nomine legitur apud Cass. Fe. c. 73 p. 176, 12).*

in cod. Vat. reg. 1143 (post Priscianum) f. 81 a vetere manu additur

Antidotus teodori qui facit ad omnes dolores capitis *etc.*

atque in multis collectionibus est

theodoricon dianacardium (*antid. cod. Aug. 120 f. 4b, antid. Hafn. etc. etc.*), *cuius confectionem reperit, ut bis ait Simon Januensis* (*s.* alakion *et s.* kerbes) in antidotario Theodori Prisciani. *quod sane fieri potuit ut extiterit in remediorum quadam appendice codici quam legit Prisciani (fere ut in Brux.) fortuito subiuncta.*

PSEUDO-THEODORUS.

Ex ignoto auctore, ante Pseudo-Theodori aetatem, augmentum q. s. capitulo satis exili Prisciani XXXIII additum videtur (cf. supra ad p. 214, 14), quod in editionem aeque secundam recepit Pseudo-Theodorus, qui multis omissis aliisque (de cauculo specialiter) additis pro more mutavit (vid. infra Add.).

De vesicae vitiis.

Adveteratum vitium vesicae, quod diuturno tempore perfrictionibus et gelidissimo assiduo potu increvit, cum saevire coeperit, non tantum in se sed in vicinis partibus nimios facit dolores.

cum vesicae multae passiones eveniant, id est fervura collectiones vulnera durities cantabricia urina capillatura atonia paralysis calculus haemorragia dysuria stranguria hydatides, inhumana haec vitia his signis ostendi consuerunt. assidua libido meiandi cogit homines frequentius stillatim urinam facere. interdum cum difficilis est, et abstinetur. cuius cum facilis exitus non sit, pondere in-

1 *Hoc capitulum additur in duobus codd. rb (textu passim corrupto), citat etiam Sim. Jan. s. agripnia. tit.* De cauculo *b*, De cauculo. XXI. *r*. 2 Adveteratum v. vesice *r*: *om. b (qui inc.* Quod diuturno ... *sed in ind. libri legitur p. 89* De cauculo adveterato). 3 perfricationibus *r*, infrictionibus *b*. assiduo *r*: *om. b*. increverit *b*. 4 partibus *b*: *om. r*. 6 multae p. *cf. Cael. Aur. chr. 5, 60.* eveniunt *rb*. id̄ *r*: *om. b*. feruuhra *r*, febura *b*. 7 durit(c *b*)ias *rb*. cantabritia *r*: *om. b (ubi* urine attonia. Capillatura ...). 8 cauculus *rb*. emorrogia *r*: Emorroide *b*. dissuria *r*, Dissurię *b*. stringuria *r*, strangiria *b*. 9 ydatides *r*: ydatitis *b*. humana *rb*. h *b*: *om. r*. ostendi consuerunt *r*: cognoscuntur *b*. 10 assiduę *b*. meiandi *rb*. frequentibus *r*, frequenter *b*. 12 cuius —sit pondere *r*: (cuius)pondere *(rel. om.) b*. facile r.

consueto renes sive lumbi laborare cum coeperint, dolorem statim generant, vehiculo etiam si commotum corpus colliserint. quae eadem vesica difficile et cum dolore sanguinolentam urinam facit. et cum gemitu quidam excludere volentes pro lotio quasdam mucillagines exprimunt. pori etiam naturae ipsius interdum potionibus assiduis dolorem accumulant. hoc vitium et ventrem stringere consuevit et scapulae generare dolorem. conclusis igitur praefocatis aditibus ut etiam ventus reddi non possit, nimios dolores patiuntur non tantum vesicae quantum vicinae partis, renes lumbique magno pondere gravantur, sed et ilio sinistro tensura aliquando et dextro intolerabilis dolor, reiactationes etiam subsequuntur, quibus stomachus vexatus etiam febricula movetur. confusis itaque crebro dolore corpore et anima aliquibus etiam mens alienatur. assiduus incursus doloris et iter intercidit et vultum macrum faciet. is et agrypnias hoc est vigilias praestat, et ardoribus hoc est siti urget. unde frequenter inquietatum corpus invalidum efficitur.

2 itaque in dolore interiorum hoc genere boethematum

1 renes sive *r*: senes sui *b*. cum *om. b*. 2 Vehiculo—(3)dolore *om. b*. sive commotū corpus *r*. 3 sanguinulentam *r*, sang̅ *b*. 4 faciant *b*. et—volens (*sic*) *r*: *om. b*. quidam: quodam *r*. accludere *r*. 5 quodam mucillagines exprimuntur *r*, quadam mucillaginem exprimunt *b*. 6 Pori—assiduis *om. b* (*ubi simpl.* et dot acc.). 7 et *om. b*. stringere *b*: abstinere *r*. 8 scapul' g. dolorem *b*: scapula generare *r*. conclusis—aditibus *r*: *om. b*. 9 ut nec ventum parum reddere possint *b*. vento *r*: nimios—partis *om. b*. 10 vesicā *r*. 11 sed *om. b*. 12 ilio *r*, ylio *b*. aliquoties *b*. intollerabilis—subsequuntur *r*: intolerabile nascitur *b*. 13 reiactationis *r*. quibus *r*: unde *b*. vexatus etiam f. m. *r*: vexatur. et a febr. m. *b*. 14 confusis—anima *om. b*. 15 aliquibus: quibus etiam *r*, Aliquocies et *b*. assiduos inc. dolores et iter intercidit (*sic*) *r*: *om. b*. 16 et vultum acroū (*sic*) faciet *r*: et multū macres esse (ēe) facit *b*. 17 id (*sic*)—est (vig.) *r*: *om. b* (*ubi* et v. pr.). et ardoribus—urgentur (*sic*) *r*, et ardorē i. sitī urget *b*. 18 Unde—efficitur *om. b*. *pro* 20—*p. 263, 3 sic habet b* Itaque in dolore calido tactu manuum vel sabanorum calidorum. aut cantabrū cal'

adiuvandi sunt. [interdum cum dolore] calido tactu vel sabani vel manuum, cantabro etiam tepido pectinem calefacere oportet, vel certe calido oleo vesicam porcinam aut bubulam inguinibus aut pectini pro lenticula adhiberi non nimium repletam, quo possit omnibus locis diffusa prodesse, incipiente dolore. si nimius dolor fuerit, flebotomandus erit, et post tertium diem flebotomi oleo calido absinthiato fomentabis, ex ipso et toto corpore perungueri eodem oleo facies et detergi statim sabano calido. praeterea hydrelaeon calidum fiet, quo in vase adiecto patiens supersedere debeat et vaporari. cibis autem utimur sucis alicae aliquando et ptisanae, et ovis thermapalis. et calidam aquam bibat, ad modum tamen, ne inflatione eius rursus vesica tendatur. et augmentet quousque dolor desinat. si fieri potest, inter diem accipiat. si autem perseveraverit dolor, cataplasmate uteris id est malactico ex melle et seminibus lini faeni graeci et polline tritici. impones etiam et cucurbitas hoc est cufas ventosas. atque si in tantum perseveraverit, etiam scarifabis, et post

pectinē cale faciat (interiorum—dolore *om.*). boethamate adiuvanda *r*.

1 Interdum cum dolore (*sic iterum r*) *delenda videntur*. 2 tepidius pectine *r*. 3 vel —(6)dolore *om. b*. 4 non nisi dum repleta *r*. 6 incipientē dolorē *r*. fuerit *r*: sit *b*. 7 et *r*: sed *b*. 8 absint *b*: *om. r*. fouentabis (*sic, ut solet*) *r*. ex ipso—facies *om. b*. 9 et cum fabano (*sic*) cat deterges *b*. Preterea ydreleum *r*: et post ydromeleon *b*. 10 fiet in vas in quo paciens sedere d. et v. *b*. quod in v. adiectum patens *r*. 11 suco *b*, sucus *r*. 12 aliquantum *r* (*om. b.*). ptisane *b*: tysanae *r*, et ovister mapalis (*sic*) *r*: Ova termantica apula *b*. et (cal.) *om. b*. 13 bibant *b*. tamen ne *r*: tānę *b*. inflatione: inflammatione *rb*. eius *om. b*. 14 rursū *r*. et augmentet quo *r*: *om. b*. 15 inter. diem *r*: in tercio die *b* (*cf. Cael. chr. 5, 74* intervallis dierum). cibum accipiant *b*. 16 dolor pers. *b*. i. malacteriis *r*: *om. b* (*cf. Escol. ap. Garip. 3, 35*). 17 lini sem̅ (*om.* et) *b*. foenugreci et polluines (*sic*) *r*, fenugreco. et poll' *b*. Inponis etiam et *r*: et inpones et *b*. 18 hoc—ventosas *om. b*. atque si in t. *r*: Si dolor *b*. etiam s. *r*: scari fabit eum locum in quo dolor est *b*.

scarifationem spongia calida cicatrices vaporabis. certe si timuerit scarifari, sedenti super hydrelaeo calido in vase sanguisugas pectini impones. at si nimius dolor perseveraverit, adhibebis vehemens et experimentatum in dolore praesidium.

3 cum coeperit dolore molestari, si ante dolorem venter minime fecerit, ita clysterizari debebit. olei lib̄ I S, aquae calidae lib̄ I. et cum venter fecerit, statim post hoc aliud adiutorium adhibebis, id est anodyni coclearia duo. quod solvi debebit in oleo rutato, cui cyminum admiscebis et simul decoques in linteolo ligatum cum modica aqua, cum qua decoquatur. ita tamen si clysterem diligenter noveris eventare, ne vento dolor peior adcrescat, mittes butyri ÷ I et commiscebis omnia, et inicies. quod si ante dolorem venter fecerit, ex anodyno oleum tantum, id est secundo clystere inici oleum modo debet. in ipso autem dolore si nimium ventum reddere non potest, lanae floccellum opobalsamo modico infusum inicies. vel si clysterizari noluerit, sunt enim quidam qui hanc curam pro vitio vitent, ipse qui patitur summo digito modicum anodyni semel atque iterum per anum sibi iniciat, et cerotario quod dia tessaron dicitur dolentes partes aut pectinis aut

1 scarifationes *r*. vapor. cic. (*sic*) *r*. 2 timueri scarifari *r*: scarifari timuerint *b*. sedentis *b*. ydroleo calidū *r*, —leon cal' *b*. vase *b*: vas *r*. sanguisugias *r*. 3 imponis *r*, īpones *b*. at *om*. *b*. dolor fuerit adhibebit *b*. 4 vehemens expertum *b*. 5 dolor *r* (dot *b*). ministrari *b*. ventrem *rb* (*item infra v. 7. 14*). 6 clisterizari debebit *b*: debebis clisteriare *r*. IS *r*: S *b*. 7 aq̄ lib̄ I. calide inice *b*. 7 statim *hic b*, *ante* ventrem *r*. post *om*. *b*. 8 id est *om*. *b*. 9 II° *b*: I (*sic*) *r*. debet *b*, debebis *r*. cui ciminum amiscens *r*: cum cimino *b*. 10 et simul decoquis—ligato (*sic*) *r*: *om*. *b*. 11 clistere bene eventare noveris *b*. 12 ne dolor peior adcrescat *r*, ne vento peior dolor acrescat *b*. 13 mittis butyri. Si et commisses omnia *r*: ℞ Butiri ÷ omniaque commisces *b*. quod—(17) inicies *om*. *b*. 14 ex anodyno oleo tantum id est secundo clistere inicies oleum modo debet (*sic*) *r*. 17 flocellum in apobalsamo *r*. 18 quidam *om*. *b*. 19 vitant *b*. ipse *b*: idem ipse *r*. modico anodino intincto semel *etc*. *b*. dr̄ *b*: *om*. *r*. aut (*ante* pectinis) *om*. *b*. pectini *r*.

iliorum vel etiam renum panno inducto contegat, et lanis superimpositis fascietur. miraberis hoc genus curae. hanc partem ego de experimento posui.

cum autem declinaverit dolor, tunc potiones diureticas dabis, tempore oportuuo hoc est quo dolor desierit. si autem dolor cessaverit et urina secuta non fuerit, postremo iniciendus est per veretrum cathetere. oleum inicies calidum.

Ut autem tam saevissima passio averti et solidari 4
possit, cura ordinabiliter adhibenda est ita. is patiens cubiculo calido et aere temperato iacere debebit, observare abstinentiam cibi et ut quietus sit et ab omnibus sollicitudinibus securus, a venere abstinens. primo renes fomentari debent, qui ex propinquitate iniuriae maius nutriunt tormentum, oleo dulci anetino calido coactili imposito contexto secundum modum spaerae, triduo certe vel diebus quinque, ita ut in olla maiore calefiat. ne virtutem amittat in calida fieri convenit. post deinde uno die inter-

1 panno *r*: pone patio (*sic*) *b*. inductum (—ū) *rb*. contegat. et lane superinpositis f. *r*: etiam latus contegat superpositum et sic fascietur *b*. *hic sequuntur in b medicamenta varia, quorum priora ex seqq. excerpta, plura aliunde congesta* (*usque ad imam pag. 129 v. 4 ante fin.*), *deinde ad Prisciani textum redit per ultimos tantum 8 capituli versus (v. 10)*. 2 hoc genere curae | anpartē (*sic*) ego de *etc*. *r* (*ubi expectaveris* miraberis—effectum). 4 dioreticas *r*. quod (q) *r*. 7 catatere *r*. 9 *hinc novum fragmentum videtur subiungi* (*quod usque ad finem pertinet*). 10 Itahis p. (*sic*) *r*. 11 Cubiculo *et seqq. habet etiam b (in fine cap.)*. 12 cibi et a venere et ab omni sollicitudine securus permaneat. Renes *etc*. *b*. 13 primo *om*. *b*. 14 quae ex pr. m. maiore n. t. *r*, qui maius nutriunt tormentum *b*. 15 et (anet.) *add*. *b*. quattili *r*: aquatili *b* *qui sic pergit* posito trid̄ vel .V. diebus. ut in olla maiore in uino calefuciat. | (*p. 130*) aut in cat ne virtutem amittat. *cf. Cass. c. 42*. 16 spaerae: debere *r* (*cf. Cass. p. 97, 18* in modum spere *et ind. s.* sphaerula). triduo *iam ante* contexto *exhibet r*. 17 maiores *r*. 18 calda *r* (*haec corrupta vel nimis contracta —vult enim in olla ferventi calidae summitti oleum de quo foveas, ut Cassius p. 98, 16*). deinde *om*. *b*.

misso saccellari debent triduo. quarto die ventosae cum scarifatione adhibendae sunt, suspensis et levibus admodum plagellis, quia si vastae fuerint plagae, contrarium erit. eodem die cerotarium impono, atque uno die intermisso utimur cataplasmate ex melle et lini seminis polline faeni graeci tritici, admixtis si volueris ammoniaci coeleariis duobus, quod spleni proderit. cui addes terebinthinae unc̄ I diurnam et cerae ʒ II. quod cottidie recoctum fervens ita ut non aduratur imponi debebit et superfasciari diebus plurimis quoadusque dolor desinat. post deinde malagmate dia tessaron utimur triduo, atque ita dia chylon alio triduo, et posteaquam videris omnem dolorem pausasse atque ad consueta easdem partes consensisse, dropace medicinali. his oleo calido utimur semel atque iterum diurno, quod triduo observari debebit. postea sinapismo ex pane infuso in aceto vel polline admixta, eodemque secunda vice sine polline quia opus sit et altius penetrare. certe si volueris tertia vice uti, fico in aceto decocta permiscebis et ita teres, et uteris ita ut ab omnibus diebus balneo utaris. post haec omnia sympasmate omnibus diebus lavatum eundem locum renum fricabis, quotiens tamen non dolet, sed et omne corpus.

5 et post haec potiones dabis quae nefriticis faciunt. quae conficiuntur sic. cassiae ÷ II, salis ammoniaci ÷ I,

1 sacellari *rb*. debent triduo *r*: triduo debebunt *b*. 3 plagulis *b*. quia *r*: Nam *b*. (si v.)plage fuerint *b*. c. est. et eodem die. vel uno intermisso. cerotarium interpone. cath̄. s̄s̄ utamur. *sic b, qui reliqua omnia omittit, subdit autem cap.* de condolomatibus articulorum seu nervis dolentibus. 5 utitur cataplasmata *r*. 6 amixti (*sic*) *r*. 7 addis *r*. 8 ϛI diurna (*sic*) *r*. quod (q) *r*. recocta *r*. 11 diatesseron *r*. 12 diacilon aliud triduo *r*. 13 consuetas (*sic*) *r*. 14 dropacē *r*. his (*sic*) *r*. sinapismum *r*. 16 ammixta (*sic*) *r*. 17 eademque *r*. quia: quæ *r*. 19 decocto permisces . . . teris *r*. 20 sinapismate . . . lavat. eunde . . . *r* (*cf. Cass. p. 8, 20).* 23 nefreticis *r*. *hanc potionem habet etiam b p. 129, 5 post p. 265, 2* (fascietur). 24 Cassie ʃ II *r*, Casie II. ÷ *b*. sales ammoniacos *r*.

murrae euforbii mastices ⟨singularum specierum⟩ ʒ IIII, cinnamomi semunciam, thymi semunciam, piperis ÷ I S. haec omnia tundes et cribrabis et mittes pulverem cum melle despumato. dabis autem singulis quos causa compellit scripulos IIII cum melicrato, admixto salis modico. purgat caput epilempticis et cephalargicis, et ad dolorem stomachi et ad eos qui longa infirmitate vexantur ut confirment stomachum, facit digestionem, deducit flegmata et choleram maxime nigram. facit et malis coloribus et ad omnes causas. dabis autem digesto mane et hydropicis et flegmaticis et spleniticis. dabis omnibus, ut supra scripsi.

6 compositio dropacis metasyncritici ad causam pertinentis. cerae lib̄ I, resinae lib̄ I, picis durae lib̄ I, bituminis lib̄ I, adarcis ÷ II, cachryos ÷ II, ellebori albi ÷ II, sulphuris vivi ÷ II, piperis ÷ II, stafidis agriae ÷ II, nitri rubri ÷ VII. resina cera pix cum fuerint soluta, mittes tritum bitumen et repones in foco ut misceatur. nam si ferverit erumpet. deposito ab igne addes reliqua pigmenta quae extrinsecus triveris. postea mittes in coctura totius operis olei cyprini ÷ I.

1 Myrra. euformio. masticę. ana ʒ III. *r*, Mirrę. Euforbii. Mastic̄ ana I ʒ *b*. 2 Cinnamomū. semuntia. Timū semuntia. Pip. S I. ϛ. *r* (*ubi* Cynnam̄ ÷ I. Thimi ÷ I. Piperis II ÷ Mell' dosis. IIII. ʒ. cum mellicrato mixto modico. Hoc antidotum caput purgat *etc. b*). 3 tundis et cribabis (*sic*) et mittis . . . dispumato *r*. 5 modice *r*. 8 egestionem *b*. et col'a nig^a^m *b*, et pilemaximæ (*sic*) nigracum felle (*sic*) *r*. 9 coloribus (*sic*) *r*. 10 digesto *b*: digestissimis *r*. 11 spleneticis *rb*. dabis o. ut s. s. *r*: *om. b*. 12 metasincretici *r* (*haec om. b*). pertinentis: *cf. p. 265, 14.* 13 cera . . . rasina *r*. uitum̄ *r* (*item infra*). 14 adarces . . . cacrios . . . ellebo♃ albū . . . sulfur vivum . . . pipis *etc. r*. staphisagriae *r*. 16 rubei *r*. r. c. pice cum fuerit solutum *r*. mittis . . . reponis in foco (!) *r*. 18 f.^e^uerit (*corr. ips.*) *r*. addes . . . mittis *r*.

Additamenta

Pseudo-Theodori

ad Theodorum Priscianum

(editionis secundae).

Ad I, 2 (6).

(III) Crispos sic facies (capillos)... Cupressi pilae cum acri tritae aceto, et capillos illinito. et lentisci folia cum aceto trita. lumbricos terrae cum oleo conterito et illinito.

Ad I, 3 (8).

(IIII) Calvis ut capilli nascantur. Harundininas radices combures teres et cernes ∻ III. folia olivae combusta et cribellata ∻ III, polytrichi herbae, callitrichi combustae similiter ana ∻ III, ladani libram I, adipis ursini de renibus quod satis videtur, commiscebis omnia, et ex eo in balneo intus caput lavabis.

Ad I, 5 (12) De pediculis (*post* fricabis).

(VI) Radices ellebori ∻ I, stafisagriam ∻ I in unum conterito et admixto oleo totum corpus perunguito. etiam si cum tunica dormierint omnes pediculos necat. stafisagria trita addita ruta cum oleo et aceto commixto totum corpus fricato ex-

2 Cipressi *b (semper)*. cum ac[o] tritę et aceto *b*, cum ac[o] trite aceto *r*. 4 terrę—illinito *b*: terrestres *(cet. om.) r*. 7 teres *b*, teris *c*: *om. r*. foliorum olive combustę et cribellatę *r*. 8 callitrici *bc* (*cf. Plin. 25, 132*): gallici *r*. 9 adipes ursinos *bc*, adeps ursinus *r*. 10 commiscis *cr*. *cum v. 13—15, p. 269, 1—4 cf. quae ex eodem fonte habet Marcellus p. 46, 16—20, 23—28 (Helmr.)*. 13 Rad' *b*, Radices *r*. stafisagria *br*. in unū *r*: in vinū *b*. conterito: contrita *br*. 14 amixto *b*: īmixto *r*. 15 dormierint *b*: —ris *r*. 16 comixtū *b*, cōmixto *r*. fric;(—cet) *b*, frecato *r*.

cepto capite, mox pediculos necat. detracto caseo relictum serum adiecto exiguo salis potui sumptum pediculos extirpat. cornu cervini limata scobis ex vino potata pediculos lendesque esse non patitur. oleo viridi cum aceto mixto caput vel corpus inunctum pediculos occidit. betae viridis suco caput perunguito. aqua marina assidue caput lavato. felle taurino caput unguito. hoc et furfures de capite tollit. sulphuris vivi libram I, stafisagriae ∻ IIII aceti cyatis VI in unum conteres, et omne corpus perunctum pediculos lendesque esse non patitur.

De pulicibus et cimicibus.

Pulices consumit aqua aspersa marina. in lixiva sanguinem caprinum misceto, et sparge in loco ubi pulices esse noveris. vas fictile cavum ac patulum sevo hircino perunge et in terra obrue, ita ut labia vasis cum terra aequalia sint. tanta vis est ut ex vestibus cimices et pulices in ipsum vas transeant. sub lecto fossam non grandem facies et in eam sanguinem caprinum mittes. omnes pulices ibi convenient. sub lecto fossulam facies et carbones vivos in eam mittes, et costum storacem et sanguisugam simul in ea incendes. undique conducti cimices necabuntur ibidem.

1 relicto sero *b*, relictos. ero *r*. 2 exiguū sale *b*, exiguum sales *r*. pediculos stirpat *b*, peduculos ex[s]tirpat *r*. 3 cervi *b*. limata scab' *b*, limatas cuius *r*. pediculos lendinesque *b*: pediculos lende[?]cusque *r (cet. cf. Marc. etiam p. 43, 6.* lendines *legitur etiam ap. Alex.)*. 4 oleum viride... mixtū *b* (cōmixto *r*) *br*. 5 occidit *b*: *om. r*. sucum capite *r*. 6 fel taurinū (—ō *r*) *br*. 7 sulfur (solphor *r*) vivum lib (lb. I. *r*) *br*. 8 stafisagria *br*. cyatis: cyatos *b*, ciatus *r*. conteres *b*: —ris *r*. 9 pediculos lendinesque *b*, peduculos lindinesque *r*. 11 *tit. habent bc, om. r*. 12 P. et cemices *r*. asparsa aqua marina *r*. lexivo *b*, lexiva *r*. 13 miscito *b*, cōmixto *r*. asparges in locum *r*. noveris *b*: nolueris *r*. 14 vas *b*: vasum *r*. hyrcino *b*, [he]yrcinā *r*. in terra (*ante ips. corr.* interea) *b*, in terram *r*. 15 vasis *b*: vasi *r*. equalis sit *r*. 16 vestibus *b*: bestiis *r*. in ipso vas *r*. 17 (18) Subiecto *r*. 18 (19) mittis *r*. conveniunt *br*. 19 vivas *r*. et (*post* mittis) *om. r*. 20 simul *r*: *om. b*. incendis *r* (*et sic semper fere r, cum b praeferat* -es). conductę *r*. 21 ibi denegabuntur *r*.

Ad I, 6 (15) De achoris (*post* comprobatum).

(VII) Sevum vituli cum sale inungue, expertum est. sucum herbae perdicalis, aceti acerrimi aequali mensura, olei communis tantundem. in se ferveat ad tertias. postea ceram albam ad miscebis, facies cerotum, inungues, et sanat. anserinum fimur vetus in vino veteri tritum illinies. sulphur vivum tritum cum vino inungue. alium cum aceto et nitro tritum et illinitum omnia suprascripta capitis ulcera sanat. lithargyri libram I, cerussae libram I, cerae albae libram I, olei rosei libram I. liquefacta cera et tepefacta sic addes oleum et species suprascriptas. simul in mortario omnia trita commiscebis, addes quattuor ovorum albumina, teres et uteris. et omnia suprascripta capitis ulcera sanat.

Ad I, 7 (17 extr.) De alopeciosis.

(VIII) . . . yera (gera *r*) dabo] quae sic conficitur (*vid. supra ad text. lib. I*).

Ad I, 7 (18) De alopeciosis (*post* aceto contritum).

Pannum laneum veterem vel lineum combures. et lacertam in pultario novo mittes et combures et simul teres, addito postea oleo de lucerna aut veteri, et inde illinies caput. sed saepius novacula rades. hoc et alopecias vestit et capillos evocat et confirmat. stercus cattinum siccum cum sinape aequis ponderibus tritum, cum aceto illinitum suprascripta vitia emendat. muscae plurimae combustae cum melle contritae idem praestant. fimum columbinum ex aceto tritum illinito. lacerta viridis admixto sale trita cum adipe ursino

2 expertum est *r*: prodest *b*. *cf. Ps. Plin. p. 13, 14.* 4 āmisces *b*, admiscis *r*. 5 et ungis et sanas *b*. 6 in veteri vino *b*. inlinis *r*. sulfur *b*. 7 inunge *b*. Aleum *r*: Olleum *b*. *cf. Ps. Plin. p. 12, 14.* 8 s̄s̄ *b*, f̄f̄ta *r*. Litargiri *r*, —rū *b*. *haec ex alio fonte (Ps. Plin. p. 14, 3) dedit Marc. p. 42, 26.* 9 Cerusa *b*. Cera alba *b*. 10 addis *br*. 11 s̄s̄ *b*, f̄f̄ *r*. simul *om. r*. comices *b*, cōmiscis *r*. 12 addis *b*: Addes *r*. album̄ *r*. teris *br*. 13 et—sanat *r*: *om. bc*. 19 et teris simul *b*. 20 de *om. b*. aut *om. b* (*ubi* oleo lucerna | veteri). 21 sepius *r*: sp̱ (semper) *b*. a novacula *r*. alopic(t *r*)ias *br (semper)*. 22 confirmat *r*: confortat *b*. gattinum *br*. 23 illiniū (*sic*) *r*. s̄s̄ *b*, f̄f̄ta *r*. 24 emendat *b*: sanat *r*. 24 *et* 25 *cf. Marc. p. 50, 35. 36.* 25 idem p̄stant *b*: *om. r*. ex *b*: et *r*. 26 allinito *b*, illinitum *r*. viride *r*.

alopecias celeriter sanat. pellium viperarum cinis alopecias celeriter explet, expertum est. sucus millefolii cum oleo confricatus crispos capillos facit. [prius attamen loca . . .

Ad I, 8 (20) De aurium causatione (*inter* . . . centaurię facit *et* Si sonare aures . . .).

Ad ventositatem et tinnitum aurium. nitrum et murram (VIIII) vel castoreum ana (*i. e.* aequali mensura) distempera cum oleo et aceto, et calidum mitte in aurem.

Ad I, 8 (21) De aurium causatione (*post* Et ferri purgatio cum aceto trita commodi⟨u⟩s operabitur *ut habet b*).

Sucos porri et araneos tres simul contritos in strigilla calefacies, et tepidum in aurem mittes, et de lana alba vetustissima obturato. et sordem purgat et sanat. sucus hederae tepidus instilletur. lac caninum tepidum inicito. caprinum lotium in vase vitreo servatum tepidum inicito auribus. celeriter sanat. origani sucus viridis tepidus stilletur. de cannabi semine sucum tepidum. nimium dolorem tollit. herbae verbenae sucum tepidum stillato. sanguinariae herbae sucus tepidus stillatus aurium dolores et ulcera sanat. caprinum fel aut bubulum ex aceto tritum infundes. quamvis graves dolores sanat. rubi tenerrimi sucus aquam de auribus et dolorem amputat. fracturas aurium sanant bulbi triti impositi et sexto die soluti. cannae viridis sucus tepidus auribus instillatus mira celeritate aures sanat. sic coriandri viridis sucus cum melle mixtus facit. si apostema natum in auribus fuerit, prius cum lana aures

1 celere *r*. p. v. *cf. Marc. p. 50, 20.* 2 explent *r*. herbe millefolię *r*. 6 *haec non extant in r*. stricilla *b*: strigiles *r*. *cf.* strigili ferreae inditum *ap. Marc. p. 102, 30.* in strigili calefacies *ib. p. 105, 24. et 96, 1.* 12 calefaciens et *r*. aurē *b*: —re *r*. 13 et sanat *b*: *om. r*. ędere *r*. 14 stilletur *r*. 15 locium *b*: lucium *r*. servato et *r*. celere *r*. 16 viridis sucus *r*. cannabi semine *b*: canna viride semine *(sic) r*. *cf. Marc. p. 107, 17.* 17 sucus tepidus *r*. berbenę *r*. 18 stillatum *r*. sanguinariae: *cf. Marc. p. 102, 26.* 19 dol' *b*, dolorem *r*. 20 ex *om. b*. infund' *b*, —de *r*. gravem dolorem *r*. 21 rubi: *cf. Marc. p. 102, 33.* dolor *(sic) b*, dolorem *r*. 22 fracturas *b*: fracturam *r*. sanant *b*: curat *(sic) r*. VI° *b*: sexta *r*. 23 virid' *b*: —dę *r*. tepidus *b*: *om. r*. stillatus *r*. 24 aures *b*: dolorem *r*. 25 natū in auribus *b*: innata auribus *r*. fuerit *om. r*.

purgabis, et lotium virginis pueri inicito, postea lana obturabis. ruptis auribus ovinum fel cum lacte mulieris tepidum inicito. sonitum et tinnitum aurium discutit nitrum ex vino liquatum. hoc et purulentis auribus medetur et supra scripta vitia sanat. ovillum fel cum melle tepidum iniectum idem praestat. et nitri triti pulvis immissus vermes de auribus necat. saliva hominis stillata similiter. herbam parietariam in aqua decoques ad tertias, et suco eius tepido stillato omnes vermes moriuntur, et sic de auribus cadent. cannabi foliorum sucus tepidus instillatus aurium vermes aut si quid aliud fuerit occidit.

nunc seq. (*quod in textu Theodori 21 extr.*) Bubulas carnes carbonibus superponito (*b*, Et bubulam carnem carnibus superponito *r*) — tepidum frequenter infundis. *deinde (21 in.) sequitur* Si audire tardius ceperit... prius tamen procurationem ventris. et corporis purgacionem facimus (*b*, prius enim pro purgatione ventris et corporis purgacionem facimus *r*).

Item ad I, 8 (21) (*post* purgacionem facimus).

Auribus vero absinthii sucum aut cynoglossae cum passo et oleo tepido stillamus. mire vitium sanat. sic nepetae sucum frequenter infundo, et eius siccae pulverem per cannulam insufflo. sic rosarum sucus cum melle, sic origani sucus tepidus, sic nitrum in aceto resolutum, sic taurinum aut bubulum aut caprinum aut porcinum fel cum oleo roseo vel laurino, sic rafanorum sucus tepidus auribus inicitur. si aliquid in aurem introierit, alterius partis pedem excalceari facies et caput in

1 purgabit *b*. locium *b*: lucium *r*. *cf.* pueri inpubis *Marc. p. 104, 30 et* pueri investis *p. 96, 1.* tepidum (*post* pueri) *add. r.* et de lana opturatū (*pro* —to) *r*. 2 ovinum *b*: ovillum *r*. tepido *b*. 3 *cf. Ps. Plin. p. 19, 2.* 4 et—sanat *r*: *om. b*. 5 et ovillum *r*. 7 similiter *b*: *om. r*. paritariam *br*. 8 sucū tepidū (*om.* eius) *r*. 9 cannabi *(ut supra) b*: canapis *r*. foliarum *(ante corr.) b*. 10 stillatus *r*. aut—fuerit *b*: *inter lin. suppl. r. cf. Marc. p. 102, 15.* 11 occidit *b*: de auribus necat *(sic del.)* occidit *r*. 19 absinthii herbę *r*. cinoglosse *br*, 20 sanat *b*: emendat *r*. nepitę *(sic) br*. 21 insufflato *r*. 22 sucum (*etc.*) . . .(25) inicito r. 23 *cf. ipsius Theodori quae in textu s. 21.* resolutum *r*: *om. b*. et bub. vel capr. seu porc. *r*. 25 *hoc ex alio aliis verbis auctore habet Marc. p. 105, 5 scil. ex Ps. Plin. p. 19, 15.* 26 excalciari *br*.

ea parte ubi introierit super umerum pones. eadem hora exiet. si arista introierit, pyrena meles de visco ungues et cum ea aristam de auribus vel oculis tolles. omnibus doloribus aurium mire succurres, si mox dolentem aurem de lana alba sucida claudas, ut usque ad sanitatem clausa permaneat.

iam sequitur in br (item in c) cap. I, 9 De parotidis (Tumores repentinos . . .).

Ad I, 9 (24) De parotidis (*post* sunt adiutoria haec evocatoria . . . evocaverunt).

Sevum caprinum vel ovillum cum sale impositum parotides (X) aperit et sanat. hoc cuiuslibet pecudis facit. fimum columbinum per se vel cum farina hordei impositum. hirundinis ventrem cum calamo findes et ibi lapillos invenies, quos in lupino aureo quis portet. ficus siccas in aqua decoques, teres et impones, parotides discutit. creta cum aceto imposita. plantago cum axungia trita. fimum caprinum cum axungia illinito. item scribe in locum ipsum xu.oyx.

Ad idem cap. I, 9 (25 post similiter faciet *b*, *post* uteris *r*).

Aliud de expertis.

die iovis prendes talpam vivam et mittes in cacabo novo. adicies et olei calicis potionem et pones super focum, quousque talpa et oleum in medicamen convertatur. et unguendo parotides mirifice curas.

Ad I, 10 (26) De ferbunculis (*post* consuetudo edocuit).

Medicinali digito herbam plantaginem exime et in linteo (XI) loco suspende. cocleae minutae quae in salicibus inveniuntur cum testis suis tritae et impositae ferbunculos et strumas curant. fimum columbinum cum aceto tritum et farinam hordei

2 pyrena mellis *b*, pyrina melis *r*. 3 ea: *sic br*. vel de oc. *r*. 4 aurem dolentem *r*. 5 succida *b*. claudas et *(sic) b*: *om. r*. 10 *cod. r (praeter in. et fin.) verba non transcripsi.* parotida[s] *b*. 15 parotides *(hic) b*. 17 in loco ipso XωYa *r*. 19 aliud de expertis *cr*, aliud experimentum *b*. 20 prendes *b*, —dis *r*. talpam *b*: taupam *r*, taupā[1] *c*. cacauo *b*, caccabo *r*. 22 taupa *r*. ungendo *b*. 25 in linteolo suspende *r*. 26 salicibus *br*: salinis *Marc. p. 148, 5.* 27 tectis *b*. fervunculos (*sic semper et in seqq.*) *r*. curant *b*: sanat *r*. 28 ex acęto trito *r*. hordei īmixtam *r*: ordei mixtam *b*.

immixtam imponito. argemonia trita et imposita ferbunculos et strumas et parotides sanat. iecur talpae tritum impone, circumlines ita ne per triduum levetur. calcem vivam quae adhuc non est extincta cum resina liquida et adipe porcino cum melle mixtam imponito, ferbunculos strumas et omnem duritiem solvit et sanat. galbanum solum imponito. caprinum fimum cum aceto coctum imponito. idem et bubulum ex oleo coctum facit. chelidoniae radix ex aceto trita imponatur. quinquefoliam herbam coques ex aceto, teres et quasi malagma impones, statim supra scriptas durities et condylomata sedat. strychnus herba in pane infuso trita aut cum axungia recenti imposita strumas et supra scripta sanat. fici folia aut poma ipsa inmatura trita impone, statim omnes tumores sanat. iuniperi semen tritum ex oleo et aceto mixtum imponito.

Ad idem I, 10 (29 et 30) — vid. ad textum (tribus in locis) Theodori.

Ad I 12 (38) De oculorum causis *(ad caligantes oculos post* purgat).

(XIII) Sal Cappadocum quod foditur fricas in cute cum aqua et immisces collyrium diarodon et inungues. feniculi semen tere diligenter, et immisces mel, et iterum teres et immisces et ungues. expertum est.

Membranum sive album de oculis tollendum. faeni graeci semen de aqua lavas novies et in aqua X coques. dactylos III, mellis coclearia III, feniculi sucum quantum volueris simul

1 argemonia herba *r (Diosc. p. 326 Lips.)*: agrimonia *b.* et *(bis) om. r.* 2 parotidas *(sic) br (ut supra).* taupę *r.* pone et circumlini *b*, impone circum. lenis *r.* 4 ex^s^tincta *(sic) r.* 5 cū melle | mixtū *b (cf. Marc. p. 146, 15)*: (porc.) cōmixto *r.* 6 duriciem *b*: —tiam *r.* impositum *r.* 7 cum *b*: ex *r.* decoctum *r.* 8 celidonię *br.* imponito *(hic) r.* 9 quinquefolię herbā *(ips. corr. ex* herbe) *b*: quinquefolia herba *r.* maligma *b.* 10 ss *b.* duritias et condilomata *r*: dolores | condolomata *b.* 11 strignus *br.* cum pane infusa *r.* recenti *b*: —te *r.* 12 et supra scripta *(sic) b*: (strumas) ff̄ *r.* 13 sanat *b*: stant *r.* 19 *haec non habet r, qui inde ab initio huius capituli alio textu usus esse videtur, nec prostant in c quia in hoc codice exciderunt (inter fol. 24—25) a verbis* Si cui oculi reumatizaverint *(ed. Arg. p. 11, 8) | usque ad v.* | aut arboris pini folia molliora aut anetum ... *(p. 14, 16).*

coctum commisces, et rosas. ‖ *(p. 35)* omnia simul teres ut unum corpus fiat et penna inungues. expertum est. ros de cauliculo cum melle inungues. vulturis oculos inspectos ... caliginem et suffusionem nasci prohibet. fel caprinum cum melle mixtum inunguito. chelidoniae sucum ÷ I, feniculi sucum ÷ I, rutae viridis sucum ÷ I, fel caprinum ÷ ʒ I, cymini ∸ I. melli commisces et uteris.

ettannari ygrocollyrio uteris, quod haec recipit. atramenti ad caligarios partem I, centauriae fasciculum I ... mittis omnia in vas fictile mundum, et ad carbones cum viridi canna agitas. subinde incides cannas, et tam diu coques agitando ut ad spissitudinem mellis perveniat. et modice solutius.

Ad I, 13 (43) De narium morbis *(post* cannulam *solus cod. b —de lacuna in c vid. supra).*

Porrum virginem de ligno in ligno teres et in suco eius (XIIII) licinium tortum infundes et nares ex eo obturabis. et tamdiu erecto capite contine, donec senserit pondus sternuti. et mox subduces licinium et sternutabit et foris polypum eiciet. hoc saepius est expertum.

caseum viridem tritum cum melle dum vadit dormitum noctu in superioribus labio pone, et observabis ei, et mox exiet ad escam. et tu ad busenas mox eum subducito. hoc mire expertum est.

Ad I, 14 (44) de fluxu sanguinis narium *(post* meruerunt *solus b — de lacuna in c vide sapra).*

Alii papyri cortices ligaverunt. mulieribus vero de ube- (XV) ribus capitellum ligaverunt. nam et costi pulverem naribus insufflato, et sanguinem sistit et ulcera narium sanat. porri sectivi sucum cum chalcitidis pulvere mixtum inicito, hoc et polypum curat et sanguinem sistit. et pulverem chalcitidis solum insufflato.

1 τRosas *(sic) b.* 2 caulico | *sic b*: *cf. Ps. Plin. p. 21^b^ Bas.* (caulium rorem). 3 inunges (-gito) *ut semper b.* inspectos. caliginem *sic b.* 5 celid? *b.* 6 Ƶ *(i. e.* semuncia) *b.* mell' *b.* 7 uteris. τtannari ydrocolliriū *(sic) b* (?) *fort. nom. propr.* 8 atramentū ad caligarios *(sic) b.* 9 *lacunam ipse indicavi.* 10 vase *b.* viridi canna *b.* 11 tandi *b.* 12 solutius *(sic) b. iam seq. textus Theodori* Si haec caligo senectute magis ... 15 *etc.* teris *b.* 16 obturabis *(sic) b.* 18 sternutat *b.* 20 vadit ad dormitum *b.* 23 *sequitur* Fetorem vero naris ... *(I, 43).* 28 exsuflatū *b.* 29 sucus c. calcitis *b.* 30 pulipum *b.*

vermem invenies in cicere viridi, quem tollis et in vas vitreum mittis, similiter et farinam et aliquot grana ciceris viridis, et cooperies vas. et post dies XXX aperies vas et invenies de verme muscam. quam tollis et includis in lupino aureo, et ligas in capite viro, mulieri ad ventrem. haec res tantam virtutem habet ut si hoc ad aquam currentem posueris mox statuet eam. sed anno uno tantum valet, alio anno renovabis rem de alio verme. hoc et ad mulieris profluvium prodest.

item si de dextra parte cucurrerit sanguis, in sinistram dicis Surgur.

item scribis de sanguine eius in fronte ipsius cum grano turis nomen eius inversis litteris, et mox stabit.

gallinae quae pullos exclusit testas ovorum leviter tostato, terito et tenuissime cribellato. ipsius pulverem per cannulam insufflato. mox stabit.

item corrigia canina in collo ligata mirum est.

in tria folia lauri scribis de sanguine ipsius Tantale pie. Pie tantale, Tantale pie, et de suco porri virginis lavas folia ipsa, et das ei bibere.

item in chartas ad aurem ipsius Sanguis, imperat tibi Apuleius madaurensis ut cursus tuus stet.

item ut supra ad aurem dicis Fix. fix. fixon.

nam et fimus asininus tritus cum sanguine hominis ipsius in mortario et fronti cum hemicraniis illinitus sanguinem sistit, candelam tollis et naturam viri ligabis, mulieri capitellum de titina. lappa capiti circumdata mirum est. ruta cum aceto trita et lana obvoluta naribus inserta sanguinem reprimit. rutae semen tritum naribus applicatum prodest. coagulum agninum ex aqua solutum fronti illinito. lana sucida aures eius inculcato. cocleas tritas fronti illinito. in charta scribe MaINωN. MaINωaI. HaINωN.

cretam argentariam cum aceti coeleario tritam et modico aquae potui dato, et quasi sanguinem vomet.

1 cice *b.* 7 renovabis: removebis *b.* 12 *cf. simile quid in physicis subiunctis Th. Prisc. Brux. (l. IV) p. 90*[d] *ed. Arg.* 13 nomen eius: n̄ū et⁹ *(sic) b.* 14 t. ovorum eius *(sic) b.* 18 *de Tantalo cf. Antidot. exc. Leid. (cod. Apulei.) 185 (ed. Piechotta 1887).* 21 aurēś *b.* 22 medaurensis *b.* 23 fixon *(ancip. litt. ult.) b.* 25 emigraneis (—nīs) *b.* 27 lapa *b.* 31 incucato *b.* 33 cum aceto coclaria trita et modice aq̃ *b.*

sucum rubi tenerrimi in sole positum ut in mellis crassitudinem redigatur potui dato, et quibus supra validissime prodest.

Ut iterum currat sanguis per nares. marrubii sucum si quis naribus sorbeat, mox prosequitur sanguis de naribus.

Ad I, 15 (45) de labiis crepantibus (*post* imbecillitatem *et ante cap.* de dentium causatione).

Costum et bacas lauri simul commisces et teris. et cum (XVI) melle commixto uteris utilius.

Oris odorem suavem et dentes facies candidos, farina hordei sale et melle commixtis si inde saepius dentes fricaveris. oris umores siccabis si pyrethri radicem quis in sole submasticet, et aperto ore sedeat. omnis umor capitis detrahitur. aciem oculorum clariorem facit, sed et dentes confirmat, si eius pulverem quis gingivis apponat. oris ulcera sanat, si oleum roseum facies in ore teneri. et plantaginis et portulacae vel intibi sucus similiter operatur.

Ad I, 16 (48) De dentium causatione (*post* mitigabo).

Cucurbitae sativae decoctae sucus tepidus in ore tentus (XVII) dentium dolorem prohibet et mobilitatem eorum statuet. lapathi radix commasticata dentium dolorem tollit, et sucus portulacae decoctae. si cruda comedatur, motos dentes confirmat, ligatos ex quocumque cibo umores factos solvit et tumores gingivarum tollit. alumen umectum in testa super carbones imponis et pari pondere piper tritum, et misces, et in dentem qui dolet imponis et mox sedat dolorem. lac caprifici denti cavo impositum idem facit. pyrethri radiculam cavo denti inicito et super de cera cooperito. sic chelidoniae herbae lac.

gallae et bacae lauri pulvere aequali pondere in unum commixto, cum digito saepius dentes fricato. dolorem tollit et umores desiccat.

2 datū et quibus *b.* vallissime *b.* 8 cōmixtū et tritū et . . . comixtū *b* (*c*). 10 si farina ordei sal et melle commixtū si inde *b* (*item c*). 13 et *c*: ei *b.* humor *(semper) b.* 14 detrahit *c.* 16 facias *c.* 19 sective *b. cf. (Ps. Plin. f. 25*[a] *Bas.) Marc. p. 123, 22.* 20 lappatii *b.* 22 crada (*sic*) *b.* 23 ligatos *sic b.* umores *(?)*: amoros *b.* 25 miscis *b.* 28 inicito: mitto *b.* 29 *post* lac *signum paragraphi in b.* 31 et cum d. *b.* 32 *post* desiccat *sequuntur dentifricia Theodori I, 49.*

Ad idem cap. I, 16 (*49 post* colluere oportet).

Et caprifici radix vino decocta, et ipsum vinum ore contineatur. idem praestant et radices eius contusae, si super maxillas imponas.

gagatem lapidem ustula et pone in dentem qui dolet.

Ne os male oleat, sal ieiunus sub lingua teneto. lingua si tumet vel dolet, pumicem combustum terito, et murra et puleio quantum tibi videtur simul trito linguam fricabis. si os intus combustum fuerit, lac caninum vel caprinum assidue in ore contineat.

Ad idem I, 16 (*49, post* haec omnia c. sec. Hippocratis . . . profuerunt).

Infans ut bene dentiat, lapidem gagatem ad collum suspende ei. lapillum de miliario excute et in linteo ligatum collo suspende. pecudis cerebro cuiuslibet gingivas confricato. viperae dentes in collo ei suspende. lapillum limacis collo ei suspende. lupi dens alligatus mirum est. pavorem ei prohibet. polypo marino vivo dentes tolle et collo suspende ita ut ipsum vivum dimittas. facile et sine dolore dentiunt infantes, si dentem equi qui primo cadet ei collo suspendas, sed melius est si ipse dens terram non tangat. hoc catuli dens facit.

Trociscus Musae *describitur ad I, 17 (52).*

Ad I, 17 (53) De vitiis faucium vel oris (*post* ros syriacum).

(XVIII) Sic sales triti cum melle multum prosunt. sic radicum caulium combustarum cinis. sic aneti sicci cinis. herbae cyclaminis radicis sucus — cum cocleario ter in die tangis, mirum est. hirundinum combustarum cinis cum melle mixtus mire uvae et faucibus succurrit. urticae sucus idem praestat. rubi folia in umbra arefacta in pulverem redacta, uvam si tangas prae-

2 *cf. Marc. p. 123, 26 et Ps. Plin. f. 25ᶜ Bas.* 6 *haec iam pertinent ad caput seq. 17* de vitiis faucium vel oris. 6 liga *(bis) b (item v. 8).* 8 puleiū . . . tritū *b.* 15 cerebrū *b.* 17 Pavore *b.* 18 Pulipū *b.* 19 facile: Fascl' (*sic*) *b.* *haec ex eodem fonte quo Ps. Plin. f. 26ᵈ.* 22 *eadem omnia add. ad c, 16 habet c, quae des. f. 28ᵃ* catuli dens fac̄. 26 *cf. Theod. 1, 53 extr.* 28 suc⁹ (us) cum . . . *b.* 29 *cf. Theodor. 1, 53 (gr. Gal. XIV, 361). Marc. p. 133, 3.* 30 ortice *b. cf. Marc. p. 133, 14.* 31 *cf. Marc. p. 133, 1.*

sentaneum est. araneum vivum in collo suspende, digitis duobus medianis in dextra manu ligatis. hoc et lippitudini medetur.

[nam et gargarismum his adhibe tepidum aqua vel melicrato ubi decoxeris aut lenticulam vel sorba aut mespila vel gallam vel murtam vel cetera similem virtutem habentia.

Ad I, 19 (60) De ustione calidae (*post* adhibentur).

Recipe adipem berbicinum i. ē. mellis unciam aceti unciam (XX) in unum ad tertias decoque et in modum ceroti linteolo inductum impones. combusta de calida vel de igne facta sanat. folia cauliculorum ⟨cum⟩ oleo roseo impone. lactucam tritam assidue imponito, nec cicatricem relinquit. tumore et suppuratione deusta sanabis, si herbae urceolaris folia superimpones contrita. hoc et liliorum radicis bulbus contritus et impositus facit. pustulas ex combustione non patitur exire, si murtae foliorum cinis aspersus fuerit. usta sanat et pilos revocat ranae combustae cinis aspersus. stercoris caprini combusti cini efficax est impositus. lilii folia trita imponito.

Ad I, 20 (62) De carbunculis (*post* liberant).

Nam et apes quae in melle moriuntur tritas impone. (XXI) fimum columbinum tritum recens impone. stercus ovinum contritum ⟨cum⟩ melle impositum mire carbunculos discutit, praecipue eos qui in veretro nascuntur. et sine melle idem facit. stercus caprinum tritum cum melle impone. caricas pingues et saponem et lasar pari pondere separatim teres et in unum commisces terendo, imponito, aperit, claudit et sanat. potentissimum remedium si cum nuce purgata carbonem conteras et imponas.

Ad I, 21 (65) de vulneribus (*post* baccas c. res. tunsas inponito).

Si vero ferro incisum vulnus vel apostema fuerit, lin- (XXIII) tea infusa acri aceto cum sale mixto imponito, et desuper

1 *cf. Marc. p. 139. 19.* Suspend'; digiti duo median̄... ligati *sic b.* 4 *his iam redit ad Theodorum.* mellicratū 6 mirta *b.* 8 ℞ *b*: *om. c (quem vidi, non contuli).* i. ē. Mellis -:- Acceti ÷ *b.* 11 cum *om. b.* 13 deustata *b.* orciolaris *b.* super īpone *b.* 16 mirte *b.* 17 stercus (—c⁹) caprinum combustum *b.* 22 carbunculum *b.* 23 veretrū *b.* 25 sapones *b.* 27 carbonē *b.* 32 acro *b.*

fasciola linea ligato. quod usque triduum inde ne solvas, sed de supradicto aceto semper infunde. hoc vero adiutorio adhibito nec in tumorem plaga veniet, et postea celeriter sanat.

Ad I, 21 (68) clausulam (quam sic mutavit b: Sunt etiam haec adiutoria his causis aptissima sub una virtute medentia, sed varie composita, quarum perseverantia effectum facillimum experti sumus:) .

Verbena herba contrita et imposita mirifice prodest. aqua ubi caules decocti sunt tepida si loca ipsa fomentes, et ipsos caules detritos bis in die imponas, vulnera recentia et vetera et fistulas sanat. bulbi triti soli ad vulnus glutinandum adhibeantur, experimentum est. rubi flos vel mora imposita trita, sine collectione vulnera recentia sanat. lintea aceto infusa sale trito ammixto imposita per triduum, vulnera ferro secata intumescere non patitur et ad sanitatem cito perducit. vena incisa si fuerit, floccum purpureum alligato, et mox claudit. calcis pulvis appositus hoc idem facit. venae solutae si fuerint aut ferro incisae et sanguis restringi non poterit, plantaginem tritam super alligato, probatum est. folia verbenae trita cum axungia imponito, statim sanat. si scillam purgas et interiora eius tenera in pilam mittis et ex oleo et vino psyllium contusum pro malagmate imponis et tertio die resolvis, vulnera recentia quamvis periculosa et nervos incisos et ossa consolidare expertum est. fimum bubulum cum melle recentes plagas ferro factas sanat. viscum axungiae in unciis binis simul contritum alligato, aperit expurgat claudit et persanat. item mellis butyri resinae uncias ternas simul decoquis et commisces donec in se coeant, et linteolum intingis et vulneri imponis, carnes de loco suo remotas intra | (p. 47) triduum glutinat et comesta vel cava replet, et mira celeritate sanare certum est. fimum scrofinum illitum vulnera sanat. herbae verbenae folia sive ramulos eius tenerrimos vino bono coctos et tritos imponito, vulnus aperit et expurgat. item

2 supra dictis *b.* 3 *seq. ap. Theod.* Glutinantia vero... 15 secata *(sic) b.* 19 sup alligatā ꝑ ÷. 20 trite *b.* squillam *b.* 21 mittes et olei et vini psillium *b.* 22 īpones ... resolves *b.* 24 expitū ē *b.* fimum *(sic) b.* 26 ana II ÷ *b.* cludit *b.* 27 Bitiri *b.* ana III ÷ *b.* decoques *b.* 28 coheant *b.* intinges ... īpones *b.*

ipsam herbam crudam tritam ⟨cum⟩ melle imponito, statim sanat. haec et omnia vulnera seu ferro seu morsu canum vel undelibet sint facta sanat. bulbos cum melle tere et impone et quarto die solve. vulnera quae tardius sanantur, ex optimo sapone aut de urina infantis vel de lixiva prius laventur, et sic medicamen impone.

Si quis clavum vel vitrum vel os calcaverit aut in capite fractum os habuerit quod medici tollere non possunt, vel si quis de grafio vel acu caprina aut de spina alba punctus fuerit, argemoniam tritam cum axungia ad omnia suprascripta impone. hoc et vettonica herba facit.

Ad humanum et simiae morsum rubi folia vino cocta et trita assidue impone in ulcus, sanum fiet. de aqua frigida primum plagam tange, et dices graece KYωNϽ-CωPONTO a: PϽ-CωPωKYNωCωaϽ-CωPωNЄωNωꞷ, et post haec verba emplastrum impone quale volueris. herbam nasturcium tere et ⟨ex⟩ vino ieiuno potui dato. et ipsam contusam in vulnus impone, morsum canis rabidi sanare expertum est. fel ursinum bibat cum III unciis aquae pluvialis, non plus, et vulnus ex ipsa aqua lavato per triduum ternis unciis, sine periculo sanus fiet. ipsi autem cani rabioso si fel ursinum in potione dederis, remediasti eum. canis numquam rabiet in domo, si pellem canis rabiosi sub limen obliges vel in porta figas. absinthium in vino tritum potatum muris et aranei morsum sanat. coagulum agninum in vino potui dato. rutae agrestis semen et aristolochiae aequa mensura in vino trita potui dato.

Spalangionum et araneorum morsus fimum caprinum vel cuiuslibet pecudis ex aceto conspersum et impositum curat. sic faex vini in lana illita et imposita facit. fimum gallinae recens super idem vulnus impone et alliga, et intervallo facto

2 h̓ ad oīa *b.* 5 lixiva *b.* 7 S *rubro scripsit b. incipit enim proprium capitulum rem. contra morsus animalium varios.* 9 acrimoniam *b* (argimonia *ap. Marc. cf. Diosc. p. 326*). 10 .s̄s. *b.* 11 bethonica *b (Ps. Plin. p. 110, 23).* 12 Humanū. ēt symie morsū. rabi≡ *b.* *(rubricae quae fuerit addidi* Ad). 14 dicis *b.* 18 et vino *b.* ipsa contusa *b.* 19 III. ÷. pluviali. 20 uncii *(sic) b.* 22 rabiat *b.* 23 obligas: obluas *b.* 26 aristologię ana in vino *b.* 27 Palangionum *b* (*om.* S *littera quae rubrica scribenda fuit ut fieret* Spalangionum). fimi caprini ... conspersꝰ et īpositꝰ *b.* 29 fimꝰ *b.* ſupidꝰ *(sic) b.*

renovas, continuo et dolorem et timorem tollit. vel si ex sui cuiusque sexus fimum imponis. stercus caprarum quae in montibus morantur tritum cum vino et saepius in plaga spalangionum vel araneorum impositum bonum est. crabro si quem morserit, lacte arboris fici perunguito, mox dolorem sedat. sic lana sucida in eodem suco intincta et imposita et septimo die soluta dolorem sedat. coaguli haedi vel leporis scripula tria ex vino potui dato. hoc et contra pastinacam marinam facit. ranae rubetae morsus vel afflatus sanas, si ovum cum aceto et vino coctum dabis. et aquam ubi plures sunt ranae sorbendam dato, remediasti. salamandrae venenum si in aquam ceciderit et bibenti nocuerit, sanguis testudinis terrestris cum farina sparsus et in modum panis factus et sumptus | (p. 48), vel tritus potui datus veneno laborantibus mire remediat.

Vulnus quod sine ferro aperire velis, lauri folia ex frigida intincta impone et obliga, aperit et discutit.

Ad I, 23 (73) de igne sacro (*post* vasorum fictilium flos cum aceto).

(XXIIII) Nam et scribis in ipsum locum qui patitur Ignis sacer fuge, Livor pater te sequitur. item scribe hoc et ad capitis dolorem YωωBEVICI aIR. item scribe aOPOMaIaω. [Nam et olivae folia in vino cocta et trita et imposita, expertum est.] Faecem aceti cum ovis crudis commisces et de penna illinies, vide ne laves donec sanetur. item polentam milii distempera cum albumine ovi et oleo, perunge, mirum est. porcinum fel illinies de penna in balneo, saepe expertum est. ricini sanguis illinitus valde prodest. strychni sucum illinies. chelidoniam tritam cum pane infuso in aqua ponito. vituli fimum recens sive bubulum impositum prodest, vel cum aceto si misceatur. stellionem sursum versum repente manu dextra vel

1 ff (i) cq (?); 3 spalangionum *(sic)* *b*. 4 Scabro *b*. 5 arbore *b*. 6 vii (o) *b*. 7 Coagulū *b*. edi *b*. 8 data (a *ex* o) *b*². 19 acer *(semper)* *b*. 11 aqua *b*. 14 remediat] *his desinit Chisianus*. 20 sequitur *i*. persequitur *cf. et infra alia et formularum exempla gemmis inscriptarum, velut (Revue arch. 1892 p. 55)* φεῦγε ποδάγρα, περσεύς σε διώκει *[W. f. kl. Ph. 1892 p. 637] cf. Marc. p. 379, 19.* 21—22 *haec ex Theod. 1, 73.* 23 cōmiscis *b*. 26 balneis (o) (—is *del. corr.*) *b*. 27 celid' *b*. 29 bubulinū *b*.

sinistra pollice et digito medicinali prende, et in nucem regiam id est triangulam excavatam ante solis ortum mittis et de stagno claudis, et in brachio dextro ei suspende, ita ut quotiens est opus hanc nucem cui vis portandam des. faecem vini boni et ova cruda misce, et de penna illinito, nec laves donec sanetur. nam et haec verba non praetermittas incantare ad ignem sacrum Ignis auget, foris urit, aqua sitit. quo modo hoc mendum duc, sic nec hoc doleat nec rubeat nec in malum se vertat.

Ad I, 24 (74) de percussibus apum etc. (*post* statim curat).

Sic bulbi triti et impositi. hoc et dolorem tollit. et si (LII) lentisci ramum sinistra mana teneant, desinet dolor. cetam de aure in morsum scorpionis pone, et eandem tritam cum vino potui dato. gallinarum fimi cinis illinitus, scorpio in oleo detritus et penna illinitus mox subvenit. panis in vino infusus, et portulaca imposita ita subvenit. [nam et his semper potionibus . . . *pergit Theod.*

Ad I, 25 (75) De stirpibus vel ossibus vel telis . . . receptis et celatis in corpore (*ad finem, ubi clausulam sic mutat b*:

Sunt et haec beneficia fysicorum optime comprobata, (XXIII) quae huic loco adiuncta a nobis profiteor esse.]

Si spinam piscis vel ossium assulam tollis et super caput eius ponis et ipsa re scribis in cerebro aCΦ. TYXCa. item incantas et dicis nomen matris eius et dicis. Ille Gaius Seius, quem peperit illa Gaia Seia, in mente habeto illum Gaium Seium. item incantes, digitis medicinalibus iosum versus deduces, hoc sermone Pallas Gorgonis ostan carepieni. item incantas lasana piscator exi foras, et fac quod tibi iussit Iupiter. item pedes eius in aquam frigidam mittis. item si panis vel caseus vel ovum inhaeserit, ex ipsa re in aurem sibi ponat.

2 īnuc regia i. tanglē (i) excavatā *b*. 5 illinita *b*. 7 *f*. sistit? 8 duc (*sic*) *b*. *f*. ducis? 9 *seq*. Si sub cuiuslibet . . . *ap. Theod.* 12 Cetā (*sic*) *b*: *i. e.* sordes *Plin. n. h. 28, 40 (Ps. Pl. p. 112, 7):* 14 illinito *b*. 22 a nobis est (÷) profiteor esse *b*. 23 *cf. Marc. p. 152, 15* Si de pisce os faucibus haeserit, spinam . . . hastula *b*. 25 gaius eius *b*. 26 gaius. saius *et mox* gaiū. saium *b*. 28 h. sermone: h | mone *b*. gorgoni? *b*. 30 inpit *b*. 31 cases *b*.

De singultu.

Singultus si natus fuerit, manus ambas in calida teneri facies. item anulum assidue cum digitis medicinalibus de dextra in sinistram et e converso inducat. item nomen eius in manu eius rectis litteris scribe, et legere illum hoc ipsum nomen cogis. si autem illitteratus fuerit, ipsum nomen ex aqua lavabis et ei illud potui dabis. et piper et castoreum aequa mensura tritum cum aqua calida potui dato. vel cum adriano adiuncto summe facit. sic et loco calido si iaceat satis iuvat. et pectus eius oleo nardino fricato. sic et dia trion pepereon datum satis iuvat.

Ad I, 26 (76) de testium indignationibus vel vitiis *(extr.)*.

(XXV) Cupressi bacae vino coctae et tritae recte conveniunt. bulbi triti ex mulsa et illiniti prosunt. ruta cum cymis lauri tenerrimis trita et imposita testium dolorem efficaciter tollit. fabam vino coctam et cum aqua tritam pone. lini seminis farinam cum resina et murra pone, mire facit. feniculi farinam cum hydromeli coctam, ad omnes testiculorum dolores tumoresque facit. fabam fresam cum cymino et lotio detritam impone. cupressi bacae cum vino coctae et tritae et impositae, ulcera testium sanat. radicis cicutae cortex tunsa, ablata folia cinere calido appositaque testibus ⟨prod⟩est.

Ad I, 27 (78) de veretri causatione (*extr. post* tangendum erit).

(XXVI) Plantaginis suco tepido fomentabis, et si tumor fuerit ipsam tritam impone. si ulcus in veretro fuerit, murtae pulvere asperso sanabitur. et acaciae pulvis sic et lycium et glaucium facit. murtae folia commanducet, et salviam cum digito

1 *ita seq. inscr. cod. b (sine rubr.).* 2 in cal' tenū *b. cf. Marc. p. 176, 5.* 5 rec̆tis (*sic*) *b.* 8 aequa mensura (*vel* aequo pondere *vel* ex aequo): ana *b (ut supra).* 9 adriano adiunctio *(sic) b.* 11 pipereon *b.* 13 Cipressi baccas vino coctas et tritas *b. cf. Scribonius 233.* 14 trita . . . illinita *b. cf. Ps. Plin. p. 63, 14.* ruta: *cf. Ps. Plin. p. 63, 15.* 15 efficiat *b.* 16 faba *etc. b. cf. Ps. Plin. p. 63, 19.* lini s. f. *cf. Ps. Plin. p. 63, 18.* 17 feniculi *cf. Ps. Plin. p. 64, 5.* 18 ydromelle *b.* 19 faba *etc. b.* 20 baccas *etc. (ut supra v. 13).* 21 sanat: *huc usque c (Chis.).* ablatis foliis cinire calido appositoque testibus ÷ (*sic*) *b. cf. Marc. p. 343, 33. 344, 4.* 25 sucū tepidū *b.* 26 mirte pulverē aspersū sanab'r *b.* 28 glaucia *b.*

aut cum penna sibi illiniat. ervum molitum admixto turis polline in vino veteri coque et tepidum pone et obligato. cui si mel coctum adicis, celerius sanat. item scrofae sanguis illinitus optime facit. dentium equorum combustorum cinis aspersus prodest. spumam argenti et aloen ex aequo teres, et cum uti volueris prius de vino mixto cum calida lavabis, tunc supradictum pulverem asperges. argemoniam in vino coque, et inde fomentabis. postea ipsam viridem tritam imponito, vel eius siccae pulverem asperge. thymi ∋ II in vini cyato I ieiunus bibat, tumorem veretri sanat.

Submeiulos vero sic remediabis. si in lecto suo in sago vel in racana aut tunica sua vel quolibet panno meiaverit, lava ipsum locum aceto et nescienti potui dabis, mire remediasti. rutae agrestis semen contere, et ex aqua calida ieiuno potui dato, remediasti. leporis vesicam in vino austero decoque, et potui dato, remediasti. leporis cerebram coctum et tritum in vino potui dabis, probatum est. leporis vesicam assam nescienti dabis edendam, liberasti eum. piscis vesicam ieiunus glutiat, hoc et splenem curat. verris vesicam assam nescienti dare convenit. item filicis libram I. decoquas in IIII vini ꞩꞩ, facies inde potiones VIIII, et ieiuno bibere dabis. simulac ex eo biberit, sterilis efficitur.

Ad I, 28 (79) de herniosis *(extr.)*.

Cicutas, et bacas de cupresso virides inpari numero (XXVII) luna decrescente, et uvam passam sine granulis tunsam cum axungia sine sale, et impositum ramicem et tumores testiculorum ⟨sedat⟩. cupressi virides pilas numero XL coques in vini IIII ꞩꞩ tam diu quousque siccet, et sic tundes et immiscebis postea betas et axungiam veterem lib̄ II, mandragorae suci lib̄ II, galbani lib I. primo axungiam teres, et sic omnia com-

1 herbum *b.* 2 tep̊ pon̄ *b.* 3 Q̊ semel *b.* addicis *b.* | S ac̊fe *b.* 5 aloeș ana tīs *b* 7 ff pulvē *b.* acrimoniā *b.* 9 vino sciato *b.* 11 saga *b.* 15 haustō *b.* 17 in *om. b.* ÷ *b.* 18 edendo *b.* 19 te splen curat (*sic cum albo*) *b.* verri *b.* 20 clare convertit edendam *c, qui hic desinit.* lib ÷ I *b.* 21 pones (*sic*) *b.* 22 simul' *b.* stîli⁹ *b.* 24 Cycutas et baccas . . . *etc. c. accus. b sc.* ℞. *cf. Marc. p. 344, 4. 7.* testiculorum. Cip̄si *sic (sine albo) b.* 27 vino *b.* 28 tundis et immiscis *b.* 29 *sic b.* sucus *b.* galbanū *b.* teris *b.* commisces *b.*

miscebis, et uteris medicamento his omnibus supradictis sub ligatura. probatum est. item ramum diffusum novellum quaeres de quali volueris ligno et findes et per ipsam fissuram puerum transduces qui ramicem patitur. postea recomponas et liges ramum. dum coeperit ramus cohaerere, puer sanabitur.

Si mulier vesicam ruptam habuerit vitio obstetricis et herniam non contineat, argemoniae fasciculum I, pulei fasciculum, nepetae surculum I in vini veteris aut aceti acerrimi ʆʆ IIII. bulliat in olla usque ad heminas III, addes pusillum salis triti, et potui dabis. mire sanasti.

nam si mulier sanguinem vel purulentum meiaverit, murtae ⟨surculos⟩ ad quartas decoques in olla nova ex aqua lota, et exinde tertiam partem potui dabis per triduum, ita ut prima die nihil aliud bibat, et mire sanasti eam.

Ad I, 30 (81) de div. vitiis in ano nascentibus (*post* indicum ammiscendum est).

(XXX) Lentem combustam bene tritam cum melle imponito, omnes ani tumores et fervores sanat. fel taurinum perunctum, et super lanam sucidam ex aqua frigida impone, expurgat fervores et ad sanitatem perducit.

Ad I, 30 (83) De ragadiis in ano nascentibus (*b post* consumentur).

(XXXII) Item fimum canis album tritum et cribratum et cum melle illinitum ragadium curat. berbicini sevi ∸ I, mellis ∸ I, aceti acerrimi ∸ I in unum ad tertias decoques et linteo inductum loco impones. hoc ragadium et haemorroides curat. passum mel et lixivam aequa mensura addes et samsucum coques simul. postea vero cum tepuerit sessum sibi lavet. tanta vis est remedii, ut statim curet et exochadium latens incidat. ovi decocti vitellum et spumam argenti aequa mensura ex oleo roseo simul contere, et lana involutum subicito. prius de lana penicillum intinctum ac melle expressum deterge.

1 h̄ oīa s̄s̄ *b.* ꝑ d' est (*i. e. inter* probatum *vel* prodest *incertus*) *b. cf. similia apud Marc. p. 343, 26—32.* 2 queris *etc. b.* 4 recompones et liges *b.* 7 c̄tin& *b.* acrimonie *b.* 8 nepte *b.* vetī *b.* 9 eminas *b.* 11 mirti mascl'i | ad quartas *b. cf. Diosc. p. 717.* 14 eū *b.* 24 berbicinū. I. ∸ sevum (*sic*) *b.* 26 emorroidas *b.* 27 lexiva *b.* ana *(item 30)* (= aeq. m.) *b.* 28 sessum (ἕδραν): secessū *b.* 29 latentem *b.* 31 et oleum ros. *b.* 32 pinnicellum *b.* intinctum?: τ̄tinctū *b.*

item si quid intra anum innatum fuerit sanat. semen aneti mittes in ollam novam et claudes diligenter eamque in furnum mittes cum incenditur. postea favillam ipsam tundes et cernes, et imponas, omnia vitia ani sanat. picis resinae cerae butyri sevi caprini unc̄ singulas, spumae argenti unc̄ I commiscebis, omnia vitia ani si linieris sanat.

ani vitia si qua ex ulceribus facta sunt et siccanda erunt, fel taurinum siccum suprascriptum tenesmon factum mire sanat. folia plantaginis trita cum oleo veteri imponito, bonum est. item ebuli sucus illinitus ani prurigines sanat. caseum salsum et aceti pusillum simul contritum ulcera ani curat illinitum et neque tumorem neque suppurationem facit.

Mulieribus circa corpus ipsum solent ragadia nasci, quae ita curantur. medullae cervinae ∸ VI, olei rosei ∸ III ad focum lenem resolves et commiscebis, et refrigerato uteris. qui assellari non possunt, mellis salis triti coclearia terna simul deferveant in trullione ita ne nigrum fiat. facies dum tepuerit collyria et in ano singula subicies, mox assellatur. muris stercus, ⟨piperis⟩ grana XV, aluminis pusillum, mellis coclearia II, salis triti cocl. I teres simul et commiscebis, et collyria facies et in ano subicies.

Ad I, 31 (85) De syringiis *(fin.)*.

Nam et chalcanthum cum aceto vel vino styptico tritum (XXXI) syringiis optime facit. sic et cocleas sine testa terito et syringiis adhibeto, curasti. dactylos XX et V, vel XV, in trullione ferreo combures teres et diligenter cernes et cum melle aequa mensura miscebis. prius vero de calida fomenta et de sabano terge, post de vino veteri lava, et impones medicamentum cum linteo. cures mane et sero, in die VII sanabitur. caprifolia quae cadunt, sicca et in pulverem rédige. deinde ad setam praecides syringium, et vino veteri lavabis et linteo

2 mittis . . . claudis *b.* 5 an. (a above) I. ∸ *b.* commiscebis: Remissis *b.* 6 linueris *b.* 8 tenasmon. 10 b ∸ *b.* 11 anni *b.* 13 Mulieribus—curantur *rubro scripta sunt.* ragadie *b.* 15 refrigeratū *b.* 16 assellare *b.* ana coclearia III. *b.* 17 deferveat in trublione *b.* negrū (i above) *b.* 18 āno *b.* 19 stercus gn̄a *(sine lac.) b. addidi* piperis. 20 teris . . . commiscis *b.* 21 anno *b.* 24 *(etc.)* siringiis *(sic) b.* 26 comburis teris . . . cernis *b.* 27 c. m. ana misces *b.* de sabano *hic etiam b, ubi* de *videtur dolendum.* 31 deinde: inde *b.* p̄cidis *b.* lavas *b.*

siccabis, et super pulverem mittas, et mirifice curabis. in mortario pulverem ex pistillo plumbeo facies et mittes in eo oleum cyprinum. quod si non est, oleum de lucerna ardente mittes, et cerussam bene tritam terendo in mortario diutissime commiscebis, et uteris. item marrubii ∸ II, axungiae veteris ∸ III, picem candidam infusam in vino veteri, omnia teres et commiscebis, et uteris, mire curat.

De physicis. Picem liquidam cum manna turis aut cum ceroto commixtam intra syringia mittes, et optime curasti. item quinquenerviae sucum intra syringia mittes, sanasti. item marrubii folia et stercus soricinum, semen de avena, piperis grana XXI, omnia aequis ponderibus miscebis, bonum est. item olivae grana plura ustula, teres et pulverem facies, et aperies caricam et supra de pulvere superasperges, statim sanabit. nam et syringium et corcum et strumas sic curas.

De expertis. dactylorum ossa, brassicae radices satureiae radices, | (p. 55) olivae ossa, omnia aequis ponderibus exusta et in pulverem redacta vulneri imposita, mire curat. canis fimum album cum oleo roseo tritum syringium curat. humanum stercus combustum et cum melle tritum syringia curat.

Ad I, 31 (86) De syringiis (*post* impedita).

(XXXIII) Palumbinum fimum siccum teres cum aceto, impone choeradi, et illam tolles.

. . . Cynoglossae radices in mortario diutius tere et dabis bibere in vino veteri. et abstineat usque ad VIIII ⟨diem⟩.

1 sucas (*sic*) *b*. curas *b*. in m. *etc.*: Mortariū pulverem | & pastillū plumbeū facis. et mittis in eū (*sc.* mortariū) *b*. et cerusa bn̄ trita ī mor tēndo ī mortario *b*. 5 cōmicis *b*. 6 teres et cōmisces *b*. 8 de phisicis *rubr. scr. b.* 9 cōmixtū *b*. siringias (*sic hic et v. 10*) *b*. 10 mittes: missū *b*. 12 misces b ÷. *b*. 15 syringiū. et carcū *b* (*cf.* de corco *Marc. p. 220, 11 sqq.*). 16 de expertis *rubr. scr. b.* rad' *b*. satię (2) *b*. 18 in: īn (inde) *b*. 19 siringiā *b*. 20 siringia *b*. 21 curat: *hinc seq. in b* De ragadiis in ano nasc. *et quae supra apud Theodor. 1, 82—84 usque ad v.* impedita *cf. ad 1, 84.* 22 *hoc corrupte inscribitur in Chisiano (ut in indicis cod. b c. XXXIII)*: De fistulis in ano et intestini reumatismo. 23 īpone caradice. eillas toll' (*cum albo*) *b*. *post v. 24 in b seqq. ultima s. 86* Quibus vero intestinum exierit . . . 26 VIIII. *b* (diem *addidi*).

hoc et syringio et omnibus ani vitiis, sicut supradicta, ita medetur, expertum est. item asfodeli radices colliges, rades et quantum necesse est ligabis in syringium usque sanetur.

De ischiadicis (XXXIIII).

Brassicae semen tritum cum aceto acerrimo tamquam malagma panno inductum in loco doloris impone, et alia die solve. et batrachion herbam optime tunsam linteo sicut medicamen inductum imponito, et signato ne solvatur, usque ad aliam diem, et lavabis de vino veteri, et sic relinquitur. vide ne aliquid medicaminis seu unguenti adhibeas. hinc omnis umor dum exierit, mire sanabitur.

hoc satis bene expertum est. hoc facis vel in geniculo umero cubito vel talo qui nimio dolore contrahuntur. batrachion herbam tundes de ligno iligno et implebis inde conculam de nuce, et pones super talum in quo loco dolet et alligabis, et alia die solves. postea dum ⟨se⟩ vesica erexerit, cum spina quali volueris aperies. tamen vide ne cum ferro tangas.

Ad omnem membrorum dolorem vel quicquid doluerit (XXXV).

Herbam bryoniam minutim decoques in oleo, postea colabis et miscebis cerae quantum tibi videbitur et perungues dolorem, remediasti. adipis anserini vel haedini ∸ I, bacarum lauri tunsarum ∸ I, iunci radicum ∸ I, medullae cervinae ∸ I, resinae terebinthinae ∸ I, rasurae navis marinae ∸ I. facto ceroto, si superunxeris, sanasti. cupressi pilas XXX contusas diligenter cum olei ss III decoques super carbones lentos, postea dum frigeraverit, per linteolum colabis et mis-

1 syrigio (*sic*) *b*. supđ (a) *b*. 2 asfodilli *b*. 3 ligas *b*. 4 de sciaticis *rubr. b* (*est indicis cap.* XXXIIII). 7 botracion *b* (*item infra v. 13*). sic̄ medicam̄ *b*. 8 solvat *b*. 9 aliam: aliū *b* (*cf. v. 16*). lavas *b*. 9 relīqt (i) *b*. 12 Ḣ *b*. genucto *b*. 14 ī lignū *b*. īples *b*. 16 alligas *b*. solvis *b*. *addidi* se. 17 quale *b*. 20 *hoc est indicis b cap.* XXXV. 21 brioniam *b*. minutā *b*. 22 misces *b*. cerā *b*. punges. hōrē *b*. 23 Adipē anserinū t. hediū *b*. bacas l. tunsas *b*. 24 rad' *b*. Medullę *etc. sic b*. 25 resin̄ tēbentina *b*. rasure *etc. sic b*. 27 oleo *b*. 28 dū frigauit *b*. colas *b*. misces *b*.

cebis cerae liquidae libram I et facies cerotum tenerum. item radicis iunci, murrae troglodytidis, storacis, lauri bacarum uncias singulas, omnia tenuissime trita miscebis, et uteris.

Ad omnes nervorum duritias perfrictiones contractiones et dolores (XXXVI).

Acopum quod suprascripta mira celeritate sanat, et ad plethoram et ad calores. foliorum lauri et bacarum lauri, faeni graeci, samsuci, cupressi bacarum, murtae, roris marini uncias singulas, haec omnia tunsa in vini veteris ꟊ I infundes diebus III, quarto miscebis olei lib̄ III in ollam ubi species suprascriptae sunt, et leni pruna coques usque quo vinum consumetur. colabis, foco impones. et addes cerae ponticae ∹ VI, resinae terebinthinae ∹ VI, et uteris. hoc expertum et valde mirificum est. item olei veteris lib̄ IIII, cucumeris agrestis radicum lib̄ I coques usque ad oleum et adicies ccrae lib̄ I et pro acopo uteris. caro palumbina cibo prodest data. aqua in qua caules decocti sunt loca fomententur. hoc et ad pedum dolorem facit. stercus caprinum montanum cum axungia tritum linteo inductum et calefactum sanat. stercus caprinum decoctum cum aceto et melle tritum imponito. hoc et articulos dolentes curat. abrotonum cum oleo decoctam et tritam imponito. hoc et mala medicamenta excludit. gagaten lapidem ustulabis teres et in oleum mittes, adicies et ceram ita ut fiat cerotum, et uteris. hoc cuiuslibet membri et renum dolorem curat. quinquefoliae herbae sucum potui dato. hoc et laterum et coxarum dolores sanat.

De lumborum dolore (XXXVII).

Git quantum tribus digitis tollere poteris tritum in passi cretici cyatis duobus cum aquae calidae cyatis duobus potui dato, potenter facit. lanam sucidam in oleo et pice liquida

2 rad' *b*. mirre trocliten *b*. baccas *b*. 3 ana .I. ∹ *b*. misces b. 4 perfricationes *b* (*item in ind. cap.* XXXVI). 6 ss. *b*. 7 pletora *b*. folia . . . baccas *b*. 8 baccas Mirtę Ros marini *b*. ana .I. ∹ *b*. 10 Quarto misces *b*. 11 s̄s l̄t *b*. 12 Colatis *b*. 14 Cucumeris suc' agrestis rad' l̄b I. *b*. 15 usque ad ol'm (*sic*) *b*. 18 dol' *semper b*. 21 Abrotanū *b*. decocta et trita (*sic*) *b*. 23 ustula[s] tīs *b*. 25 dol'. 26 dol'. 27 *est indicis c.* XXXVII. *cf. Ps. Plin. 2, 14 et Med. Plin. 2, 36. 54b Bas.*). 28 Gitti *b*. *cf. Marc. p. 251, 33.* 29 aqua cal' *b*.

intinges et impones. adipes vulpinos inunguito. inulae herbae folia vino trita imponito. nasturcium cum polenta calidum cum aceto impositum prodest. sulphur vivum ... et vitellum ovi cum caroeno commixtum imponito. semen asparagi tritum vel radicem eius cum vino aequa mensura potui dato. sucum porri sectivi cum hemina ⟨vini⟩ potui dato. nuclei amygdalorum triti ex aqua potui dati mire prosunt. millepeda trita et suci eius denarii pondus unius cum vini cyatis duobus medetur.

Ad coxarum dolores (XXXVIII).

Populi germen in vino coctum et expressum adiecta aqua bibat, sanus fiet. ursinum fimum cum axungia bene tritum imponito. ei parti quae dolet testudinis coxam abscisam alligabis. cucumerem erraticum ligno effossum cum axungia veteri contritum et per diem noctemque unam impositum, mire prodest. herbam polygonum, quam nos sanguinariam dicimus, tunsam impone. item artemisiam contusam et in aqua ferventi dimissam tolles, et supra polygonum quam primum imposueras antehac, impone calidam et bene alligatam. hoc per triduum facito, prodest. facit hoc ad quamvis vetustissimum dolorem et sanguinem erraticum et ad tubera in corpore et ad nervorum contractiones et ad podagram. sed artemisiae lacte maceratam impones. cucurbitae semen cum oleo et aceto tritum et unctum sanat. vettonicae pondus duorum denariorum in mulsa calida potui datum. hoc et lumborum dolores tollit. git quantum tribus digitis tollere potes tritum in passi cretici cyatis duobus potui datum prodest.

1 intingis et īponis *b*. Innulę *b*. 3 Sufur vivū. Cimis (*sic*) et vitellū ovi *b*. 4 sparagi *b* (*cf. Ps. Plin.*). 5 an[a]. potui d. *b*. Suc⁹ *b*. 6 cū emin[a] potui *b* (*cf. Ps. Plin.*). 7 dato *b*. millepedia *b*. suc⁹ *b*. 8 pond⁹ *b* (*cf. Ps. Plin. p. 125*). 9 *in ind.* XXXVIII. De coxarum dolore *b*. *cf. supra c.* XXXIIII. 10 Pupuli *b*. 11 fiat *ante ips. corr. b*. bene: uen̄ *b*. 12 Ei⁹ p[tis] *b*. abscid'. et alliga[s] *b*. 15 polegonus *b*. sanginariā *b*. 17 quam: īaq[a] *b*. 18 an̄ hc *b*. 19 Fac *b*. 21 arthemisię *sic b*. 22 īpōīmſ *b*. 23 vetonicę *b*. 24 dot *b*. 25 gita *b* (*cf. idem supra p. 290, 28*).

De genuum dolore (XXXVIIII).

Bulbos rusticos tundes, adicito sales frixos et nitrum combustum pari pondere et tritum ovorum albumen. simul omnia commixta panno inducta impones, alia die solves. hoc facies donec incipiet tumor sedari, usque ad sanitatem. probatum est. item prassii ʒ X, axungiae veteris ʒ V. herbam suprascriptam coques sub cinere calido in foliis malvae involuto, et cum sudaverit tolles et tundes cum axungia suprascripta, et addes panem quem infundes in vino veteri, teres simul omnia et linteo inducta impones, et sanabitur. probatum est. fel taurinum linteo inductum impone. stercus canis album cum oleo roseo impone. stercus humanum siccum melle tritum imponito. rutam viridem cum alio et sale et mellis pusillo tritam panno inductam impone, statim sanat. fel ursinum cum adipe scrofino tere et impone. hoc et ⟨ad⟩ cicatrices facit. hederae bacarum heminam, ficus siccae libram I, axungiae libram I. cum vino veteri contusa et linteolo imposita sanant.

Ad varices sine ferro curandas et malandriosos qui per tibias et corpus ulcera faciunt (XL).

⟨Ad⟩ varices viri seu mulieris gravidae. bovis masculi fimum calidum cum aceto acerrimo teres, et in balneo prius inductum tunc linteolo calidum impones. sed luna decrescente facies, et haec verba dices Quomodo cornua bovis masculi sicca sunt et stricta, sic et cui fit, illi Gaio Seio, varices siccae et strictae sint. adipem anserinum cum cera tritum imponito, sanasti.

Malandriosis. alii decocti aqua crura ulcerosa fomen-

1 *in ind. b c.* XXXVIIII. 2 nit cōb̄tı *b.* 3 alb̄ *b* (*f.* in ov. albumine). 5 donech *b.* ƀ ÷ *b.* 6 *(etc.)* X ʒ *b* *(qui solet signo numerum anteponere).* herbā ss *b.* 7 involutū *b.* 9 ī vınū vetēm *b.* tīs *b.* 13 allio *b.* pusillū tritū ... inductū *b.* 15 ad *om. b.* 16 Ed'e baccas eminā. ficus siccas lib̄. I. axungię lib̄. *b.* 17 īposita sant *sic b.* 20 *sic b, sed* XXXX De verrucis (verucibus *c,* varicis *r*) sine ferro curandis *ind. b* (*cr*). Qui per tibias et corpus ulcera faciunt *rubr. add. (ante tit.) in textu b et (post tit.) in ind. c, om. (ind.) r.* [sine ferro: *cf. Marc. p. 349, 12*]. 21 Varices *(om.* ad*) b c.* 22 tīs *b.* 23 īductū *b.* calid' *b.* 25 tricta *b.* 26 āsinerinū *b.* 28 Malandriosis *rubr. add. c, quod (vacuo spatio relicto) om. b.* (A)llii *(sic incip.) b,* Allii *c.*

tata celeriter sanat. caprinum fimum cum aceto fervefactum imponito butyrum cum medulla cervina tere et impone. lapathi agrestis radice trita et adiecta aqua et aceto simul macerata omnes corporis asperitates iu balneo sudore emicante confricabis. maxillas apri vel scrofae combures et cinerem eius ulceribus asperges, et statim sanabitur. fel taurinum cum oleo cyprino vel roseo illinies. vettonica in cibo vel potu sumpta intra VII dies ad salutem perducit.

De articulorum dolore (XLI).

Sinapi tritum cum aqua et polenta imponito. verbenam cum axungia veteri tere impone et liga. quinquefolia tunsa cum axungia veteri sine sale imposita ad sanitatem perducit. beta trita cum suco et melle imposita articulorum dolorem sedat. columbinum fimum decoctum in aceto tamquam malagma subactum impone. porcinum fimum recens imponito et die tertia solve, sanasti.

De talorum dolore tumore et luxu (XLII).

Virgas de rubo combures et cinerem ipsum oleo roseo commiscebis, et uteris. plantago aceto trita et imposita tumores tollit. hyoscyamus cum sua radice ... et super pedes imposita mire dolores et tumores tollit. ibisci radix cum vino cocta cum axungia veteri et sevo caprino composita omnibus locis dolentibus seu tumentibus bonum est. fimum liquidum illini, et quotiens siccabitur, iterum reillini, optime sanabitur. quamvis turgidus sit pes, linteum de aqua cum oleo subactum et impositum mire prodest. caprinus fimus aceto decoctus et mellis modicum mire sanat vulnera. linguam bubulam in aceto decoques, tundes et impones, tumorem et dolorem discutit.

2 Lapii | (*pro* Lapacii) *b.* 3 rad' *b.* maceratū. 4 sudorē emicantē *b.* 5 comburis *b.* 6 uulceribus *(sic) b* 7 Bethonica *hic b.* 9 XXXXI *ind. b.* 10 Sinape *b.* Beruenā *b.* 13 dol'. 14 tāq aq malagma *sic b. cf. Marc. p. 352, 10* (in modum malagmatis). 15 *cf. Marc. p. 352, 12.* 17 De t. d. *rubr. c, in textu (atr. scr.) b, sed in ind. b* XXXXII De talorum dolore tumore et luxu. 18 comburis *b.* 19 commisces *b.* 20 iusquiamum *b.* radice et *sic b.* 21 Evisci *b.* 23 b ÷ *b.* allini *b.* 24 reilln *b.* 25 lintꝰ . . . subactꝰ et īpositꝰ *b.* 26 c. fimꝰ *hic b. cf. infra de eadem re p. 294, 2 (ex alio fonte)* fimum *b.* uulnā *b.* 28 īponis *b.*

De luxu. porcinum fimum seu vitulinum impositum sanat. caprinum fimum cum melle commixtum idem facit. lilii vel heliotropii herbae folia tunsa et imposita efficaciter ⟨luxum⟩ sanant. tumorem de luxu bulbi triti et impositi sine mora discutient et luxum sanabunt.

Ad I, 32 (88) de pernionibus (XLIII. *post* curat).

Et aqua ubi decoctae sunt rapae assidue fomententur. et easdem rapas tritas superpone, perniones curant. dentis equi combusti pulvis immissus et desuper fasciola linea ligatus sanat. brassica trita et imposita perniones ac pedes ruptos sanat. caprini cornu combusti cinis ⟨ex⟩ oleo impositus sanat. fimum gallinacium vel palumbinum oleo tritum et impositum perniones curat. muli urina cum suo luto imposita callos plerumque in digitis innatos sanat. gutta ammoniaci per dies VII imposita sanat. alium tritum et impositum callos innatos curat.

Ad I, 34 (91) de panariciis et unguibus ruptis et scabiosis (XLIIII. *post* gubernare oportet).

In calida quantum potes ferre, ita ut modice adurat, tertio panaricium mitte, sanasti. nuces rancidas cum cera alba panaricio imponito, mirum est. mox ut balneum ingredieris, ante quam sudes, panaricium in solio calente intingue, diuque ibidem teneto. picem si cum aceto coquas et imponas, ungues scabiosas extirpas. ungues bene nascentur, si sandaracam auripigmentum resinam terebinthinam unciis singulis omnia trita commisceas et imponas. adipem caprinum solum vel cum sandaraca mixtum et impositum ungues ruptos id est scabiosos sanare certum est.

1 De luxu *rubr. add. c (om. b in spatio vacuo).* 3 eliotropię *b.* contusa *(ubi infra rep.) b.* luxum *in repetito ad I, 97 eodem loco add. b.* 4 sanat *(ut solet) b.* T umorē *(pro rubr.) b (item infra b).* et īposita *b (contra infra* trita et impositi *b).* 5 discutiunt *(infra) b.* et l. san. *infra om. b. seq. Theodori cap. de pernionibus.* 7 rappe *b* 8 *(item 13 etc.)* pregmones *b.* 9 fasciolo linea *b.* 11 corni *b.* oleo *(sic) b. add.* ex *vel* cum *(cf. v. 12).* 15 pđ VII *b.* Allium *b.* 20 raucidas *b.* 21 īpoıtū (impositum) *b.* ingredieris *(sic) b.* 24 sacabiosas extirpes *b.* 25 unciis singulis: ana ÷ *b.* 26 (si . . .) cōmiscȩ et īpone *b.*

Ad podagram (XLVI).

Expertum, revelatio Moysi pro coniuge sua. Mense ianuario toto cata mane VIIII optimi vini cyatum unum semis accipiat. mense februario betas non manducet. mense martio alicam coctam cum absinthio aut cum caroeno accipiat quasi ieiunus. mense aprili rafanum non comedat. mense maio caput de nulla re manducet. mense iunio aquam frigidam cata mane quantum meri est consuetudo accipiat. mense iulio a venere se abstineat. mense augusto malvas non manducet. mense septembri quantum meri est consuetudo cata mane ieiunus accipiat. mense octobri porros non manducet. mense novembri non lavet. mense decembri caules non comedat. hoc toto anno servantes pedum sanitas comitatur.

Nam et ovorum vitella et mel simul commisce, et pedes illinito, desuper lana sucida involvito et linea fasciola ligato. et vide ne lanea fasciola sit. hoc mox dolorem et tumorem sedat, ut mireris virtutem huius adiutorii. herbam portulacam tritam imponito, dolorem et tumorem sedat et mire sanat. cucumeris silvatici radicem coctam et tritam in modum ceroti illinito, bonum est. hoc pedum et articulorum sedat dolorem. sic et rubiolum unde ⟨libri⟩ illuminantur in aceto bono decoques et frequenter ad pennam illinies, et mox pedum dolorem sedat. item spumae argenti unc̄ I, cerussae unc̄ VI, afronitra alba numero V, ovorum V albumina, salicis sucum conficies et uteris. spumae argenti, sulphuris iudaici uncias singulas, cerussae unc̄ III, calcis semunciam cum oleo rosaceo

1 *rubrica haec* Ad podagram — sua *nunc extincta et deleta in textu b, servata est in c. indices habent sic* XLVI. Ad podagram de expertis *bc,* XXXVIII De expertis ad podagra *r.*
3 vıııı (*i. e.* novies) *b.* 4 accipiant *b.* 5 qͥsieiunꝰ *b.* madio cap̄ *b.* 8 *(item 10)* mer̄ *b.* 10 setƀrio *b.* 11 octobrio *b (item* novembrio . . . decembrio). se (*pro* M̄se) noūbrio *b.* 13 servantibus *b.* 14 ꝯmisces *b.* 15 lanā succidā *b.* inuoluto *b.* lineā fasciolā *b.* 16 *(item 18)* dol' et tumorē *b.* 19 *f.* aceto coctam: *cf. Ps. Plin. f. 67ᵈ Bas.* 20 b ÷ *b.* peduū *sic b (item v. 22 et p. 296, 2 ut in tit.* c. XXXXIIII *ind.* De ragadiis peduum). 21 unde pedes aluminantur *(sic) b.* 22 ad pnnā *b.* 23 ceruseʒ VI ÷ *b.* 24 nomo *b.* Ouoav̄ *b.* Salicis sucū ꝛ ficis ꝛ utis *b.* 25 ana ÷ *b.* 26 Cerusȩ III. ē (*pro* III ÷) *b.* Calcis ℥ *b.* oleo tīͣs ras|aceo. et . . . *b.*

teres et in modum ceroti illinies. hoc pedum dolorem et tumorem vel qui cum scabia dolent sanat.

Ad malos pedum dolores, ad reuma omne corporis et ad pruritum et ad papulas minutas et sciae et renum dolorem, omnia desiccat et ad sanitatem perducit. hoc utatur in balneis. quod conficitur sic. piperis unc̄ III, alii pro pipere cyperum dixerunt, sulphuris vivi unc̄ III, ovorum inanium combustorum cineris unc̄ III, afronitri matronalis unc̄ III, nitri alexandrini combusti unc̄ III, alii VIII dixerunt. nitrum coques super carbones et vino veteri extingues, et iterum coques et in pilam mittes et omnia ad pulverem tundes et cribro tenui cernes, et in balneo uteris. etenim in una lavatione tantum sudabit quantum in quinque balneis sudare non poterit. et omnem umorem usque de medullis mire siccat et maculas tollit et omnem dolorem sedat. hoc experimentum o m n e s a u c t o r e s affirmant.

fimus gallinarum illinitus ad pedum dolorem mire facit. pilae cupressi in aqua marina decoctae ita ut molles fiant, tundes in pila et subinde aqua asperges. malagma fiat, imponito, pedum dolorem tollit. stercus columbinum in pila tundes, et pulvere ipso creto fiat sextarius I, axungiae veteris libram I, olei cyprini semunciam, olei nardini semunciam, omnia tundes miscebis et impones. et hoc medicamine sanus eris per annos plurimos, s i d e o p l a c u e r i t. vitium cinis cum axungia veteri impositus dolorem et tumorem tollit. cupressi folia contrita unc̄ II, panis medulla unciis quattuor cum axungiae veteris unciis II in unum contrita et imposita mire dolorem tollunt. caules sambuci cum sevo hircino triti et impositi vehe-

3 Ad—(5) balneis *rubr. scribuntur (unde dedi) in c, quorum primam partem* (Ad—pruritum) *om. b, ubi talis est rubrica:* Et ad papulas et scie et renum dolorem oma de sicat et sanat (*p.62 sine rubr. pergit*) oo utatur . . . 3 reumam omnem *c.* 6 cypm *b.* 7 Sulfur vivū III ÷ Ova inania combusta cinis ÷ III *b.* 11 pilū *b.* 12 carnes *b.* 13 sudat *b.* 16 autores *b.* 18 molli fiant *b.* 20 peditū (*pro* peduū) *b.* 21 pulverē ipsū cretū fit sextariū. I. axungia veteri lib̄ I. *b.* 22 ℥ *b* (bis). 23 misces et inponis *b.* 25 īpositum hoc (ḧ) d. *b.* 26 folia contrita II. ÷. P. medullā IIII (or) ÷ Axungia veteri. II. ÷ in unū contritū et īpositū *b.* 27 toll' *b.*

mentissime prosunt. item semen genistae et folia salicis cum axungia contrita et imposita pedum et geniculorum tollunt dolorem. ursinus adeps illinitus podagram sanat. vituli marini adipe pedes ungue et de corio eius caligis utere, statim sanasti. bubulum fimum cum faece aceti impositum prodest. catulum antequam hirundinem videat occides et de sanguine ipsius per triduum pedes perunguito, vitium incidisti. catulum canis crassum occides, et axungiam eius tolles, et in cacabo ferventi pones ut discoquatur donec ossa remissa sint. postea per triduum in eadem aqua pedes fomentabit, et cum pedes de aqua tulerit, de adipe eius sibi pedes perunguat, et sanabitur. mire expertum est. ranae rubetae combustae cinis cum axungia veteri impositus prodest.

A d n o d a s o l v e n d a d e m a n i b u s s i v e p e d i b u s (XLVII).

Bitumen cum oleo roseo terito ut sit spissum, et confricando illinies noda. et pone desuper lanam sucidam, et de lanea fasciola ligabis. ferulae radicem ad tertias decoques et ipsam aquam calidam in vino mixtam bibat, et omnia noda exsolvet.

Ad I, 35 (93) D e p r u r i t u v e l s c a b i e t o t i u s c o r p o r i s (XLVIII *extr.*).

Nam et axungiae veteris uncias II, sulphuris vivi uncias II tundes et cum axungia miscebis terendo, et pruritum illinies. item aluminis liquidi uncias II, mellis uncias III in unum commiscebis, et in balneo papulas et pruritum illinies. item sulphuris vivi uncias II, nucum rancidarum purgatarum unciis IIII separatim diligenter tritis et commixtis in balneo priusquam sudet totum fricabis. radices cauliculorum id est thyrsos ipsos vetustissimos siccos combures et cinerem eorum cum sale diligenter teres et in balneo corpus fricabis. aqua marina ca-

1 *cf. Marc. p. 372, 15.* 2 peduū genuculorum *b.* toll' *b.* 4 *cf. Marc. p. 371, 31.* 5 bubulinū *b.* 6 catulus . . . occisus. et . . . *b.* yrundinem *b.* 7 incisisti *b.* 8 cacauo *b.* 10 fomentab̄ (bis) *b.* 11 tuleris *b.* 13 īpositū *b.* 21 XLVII Ad noda solvenda q̄ in manibus nascentibus *(sic) ind. b.* 19 *sequitur (sine rubr.) indicis cap.* XLVIII de pruritu . . . *(Theodori c. 35).* 23 tundes et c.: et tunsa c. *b.* misces *b.* 25 cōmisces *b.* Sulfur vivū ÷ II. Nuces rancidas purgatas IIII est *(sic pro* ÷ = unc̄) s. d. tritas et cōmixta . . . *b.* 28 rad' *b.* tyrsos *b.* 29 ɔburis . . . teris *b.*

lida, frequenter exinde corpore loto, pruritum et scabiem et livorem tollit. stafisagriae uncia I, nitri uncia I simul diligenter contritis in balneo uteris. alumen scissum ex aqua calida teres ita ut sit tamquam gluten, et in balneo cum sudare coeperit corpus fricato. oleum in quo pastinacae marinae iecur decoxeris, si inde corpus perunguas, pruritum et scabiem sedat. plantaginis suco pruriginem per triduum inunguito. terram quam formicae effodiunt cum aceto et oleo terendo commiscebis et ungues, statim sanatur. caninus sanguis illinitus pruritum et scabiem sedat. asininum lotium cum luto suo illinitum idem facit. bubulum fimum cum aceto illinitum pruritum et scabiem et ignem sacrum tollit.

Ad scabias id est papulas.

Lupinorum farina aceto subacta in balneo illita papulas et pruritum sanat. bulbos tritos cum vino veteri illinito, et dum laveris item de eodem medicamine taliter perfricato, ita ne oleum tangas, papulas et pruritum sanat. scrofinum fimum combures, cinere eius cum aceto in balneo corpus et papulas perfricato. cimolia post balneum illinito, papulas sanat.

⟨Ad⟩ pustulas graves et ea quae suppurata sunt. ibisci radicem cum hydromeli coques addita farina hordei et sale, calidum impone. nam et foenicine medicamentum omnem pustularum acredinem curat.

Si impetigines innatae fuerint, chelidoniae suco assidue loca fricabis. scarabaei intestina loco infricato, mire sanat. racemos de uva tolles viva et sanguinem eorum cum lasare vivo miscebis, et illinies, amplius non nascentur. lapathi radicem contusam cum modico aceti vel solam induc in die, cum tetigeris impetigines curat.

1 exiñ corp⁹ lotū *b. cf. v. 6.* 2 toll' *b.* 3 ɔtritū *b.* 4 tanq *b.* 5 *cf. Ps. Plin. p. 100, 13 (Lips.).* 7 sucū *b.* 8 ɔmisces *b.* 12 acrum *b.* 13 *tit.* Ad *om. b.* pupulas *hic b.* 14 *cf. Ps. Plin. 3, 27 p. 100, 8.* illitū *b.* 18 ɔb⁹tū. nis eı⁹ *(sic) b.* 19 cymolia *b.* 20 *addidi* Ad. 21 evisci *b.* ydromelle *b.* ordei *b.* 22 sal calid' *b.* fenicene medicam *b. cf. Cass. p. 119, 8 etc.* 23 postularū *b.* 24 celid' *b.* 25 Si scarabagii *b (ubi del.* Si). īfricatū///. mire s. *b.* 26 Racinos d' boū | *(p. 64)* toll'. vıuı *b.* 27 lasere uino *b.* lapacii *b.* 28 mod'.aceto *b.* solat (a *ex* u *corr. ut sit* solā *pro* solut) *b.*

Verrucarum genera sic curabis et clavos. Murinus sanguis illinitus verrucas tollit. intibi erratici florem mane ieiunus legito et ex eo verrucas confricato, cito sanat. canini fimi pulvis cum cera illinitus verrucas sanat. ex urina canis lutum impositum verrucas et clavos extirpat. verrucae ex se cadunt, si cum cunila viridi eas frices assidue. verrucas extirpas, si noctu stillam quamcumque decurrere videris, eadem loca ubi verrucae sunt detergas. quod si nuda manu terseris, in manum transeunt. lapillum qualemcumque in folio hederae involutum inveneris, in verrucas admoveto atque celebri loco proicito, ut eum quicumque invenerit, statim in eum transeant qui eum levaverit, ita tamen ut quantae verrucae sunt tot lapillos in eodem folio involvas, de quibus prius verrucas tanges. fel scorpionis marini illinitum verrucas tollit. fimum columbinum cum aceto acri decoctum ad mellis crassitudinem leni igne, perductum verrucas sive clavos extirpat. fici inmaturae lac cum axungia mixtum impone. vitulini fimi cinerem ex aceto verrucis impone. heliotropii herbae suco confricatae verrucae cadunt. fabas nigras in panno quolibet involve, tanges de singulis fabis singulas verrucas et dices Titi quomodo hae in fumo siccantur, sic et illae verrucae siccentur et ducant se. et tollas ipsas fabas et in furnum mittas. statim recedas ne sonum vel odorem earum sentias.

Ad I, 36 (94) De maculis in corpore nascentibus (XLVIIII).

Sed et haec adiutoria maculis supra scriptis propensius sunt adhibenda. porri folia trita et imposita varos emendant. tithymali ⟨lac⟩ cum farina impositum maculas tollit. avenae farina cum aceto maculas tollit. columbinum fimum aceto tritum et illinitum maculas et lentigines de facie tollit. napus

1 Verrucarum—clavū *(sic b,* clavos *c) rubr. scr. bc. — ad rem cf. Ps. Plin. 3, 29 (unde et Marc. c. 19 p. 186, 21 sqq.).* 6 cunula *b.* 9 manu *b* ed'e uolutū *b.* 11 transeunt *b.* 14 tangis *b.* 15 acro *b.* grassitudinem *b.* 17 īmaturi *(sic) b.* vituli *b.* 18 cinis *b.* helyotropię *b.* 19 confricatœ *(i. e.* o *in* e *add. corr.).* 20 dicis. titi *b.* 21 h *b.* 22 ducāt se *(sic) b.* tollas...mittat.. recedat... sentiat *b.* 23 *seq. Theodori cap. 36 de maculis etc.* 27 varios emendat *b. cf. Ps. Plin. p. 100, 21.* 28 Titimali cū farina īposita *(sic) b. f. add.* lac *cf. Apul. c. 108.* (lacrima) *Cass. p. 20, 19.* avenae . . . *cf. Ps. Plin. p 101, 4.*

crudus cum melle tritus illinitus idem facit. cocleas minutas qnae passim inveniuntur combures, cinis earum cum melle inductus maculas et lepram ex facie tollit.

cicatrices nigras candidas facies, si spumam argenti bene contritam cum oleo inducas. item. sevum asininum illinitum idem facit. faciem splendidam facies, si uvae aminaeae radicem cera et melle conteras, ita ut sit in specie ceroti, et adnoctem inducas, et mane aqua delaves, miraberis. cygni adeps illinitus faciem purgat atque erugat.

Ad I, 38 (97) De luxationibus vel eiectionibns articulorum (LI)

eadem repetit quae iam supra apposuit in cap. XLII De talorum dolore, *ubi* de luxu (Fimum porcinum — sine mora discutiunt). *deinde nova rubrica sequitur:*

Ex alto lapsis quibus membra collisa sunt.

Rutae ÷ III, olei ℈ I. calide membris perunctis optime convenit. idem praestat et lixiva ad heminae mensuram potata, contusum et emotum sanat. verbena cum axungia veteri trita et imposita bonum est.

Ad fracturam sive luxum.

Facies embrocen, vinum acetum oleum aequali mensura, et admiscebis saponem ova et afronitrum, ex lana sucida impones. si costa fracta fuerit aut articulus vel quodlibet os, et cohaerere non potuerit, collectione facta periculum maius fuerit, tunc stercus caprinum cum vino veteri imponito. mirabiliter non solum aperit et expurgat, sed et os fractum foras evocat. item vettonica herba cum axungia trita similiter imposita operatur. sic et dracontea herba medicabitur.

Ad fervorem vel contusum, ad morsum, ad incisum vel si quid aliud provenerit, ne dolorem sentiat.

Accipias sal aut oleum, antequam plagam aqua aut aliquid contingat, et super vulnus de manu confrices. fractura

2 cōburis *b.* et cinis *b.* inductū *b.* 4 facis *b.* 5 9tritas *b.* 6 amineę *b.* 7 r. cera...: rad' c̄tās ɩ melle c̄tās *(sic bis) b.* 8 delavas *b.* adipes *b.* *cf. Ps. Plin. p. 34, 17. 9 seq. Theod. c. 37* (de elef.). 16 calid' *b.* 17 lexiva *b.* 19 b ÷ *b.* 20 fractum *(sic) b c.* 21 embroce *b c.* 22 āmisces *b.* ex: & *b.* 24 *addas* et *ante* coll'one. 27 betonica *b.* 29 contusum *c*: *eius loco album* (*post* t) *in b.* 32 confricás *b.*

numquam homini proveniet, si herbam chamaepityn secum habuerit alligatam. si quis aliquid fregerit, ut sine dolore vel spasmo curetur, sinapis grana aliquot et fimum caninum in linteo ligabis et in brachio vel crure aut ad umbilicum ei qui dolet ligabis. miraberis remedium. radicem herbae confervae tunde, et stercus ovillum et axungian in se misce, et loco vel ossi fracto aut contuso impone et panno constringe. vermes terreni triti cum melle impositi etiam ossa fracta extrahunt. lardum elixum alliga et mira celeritate fractum consolidat.

De percussionibus apum scorpionum et ceterarum serpentium (LII) — *vide supra Ad I, 24 (74).*

huic capitulo 52 (= Theod. 24) ad finem ita (post et continuo desinit dolor) *subscribit Chisianus (rubr.)* Fenomenus liber primus explicit. Incipit oxeorum liber secundus. Cuius hec est continentia. *multa vero praeterea in cod. Berolinensi sequuntur sine ordine (nec in indice notata sed post quae, omisso illo* explicit *libri primi, addatur altera tantum pars rubricae* Incipit liber. II. oxea. Cuius hec est continentia *p. 71) quasi* *Addenda addendis* *haec (p. 67 inf.):*

Ad dolorem qui ex plaga aut ex tumore provenit.

Vitem albam combure et fac pulverem, et axungiam ursinam misce et impone. ex ipso cinere lixivam fac et lava, certissimum est. item ad plagam. millefolium cum axungia trita et imposita bene sanat. plantago trita cum axungia porcina plagae frequenter imposita in paucos dies sanat. item infusura ad plagam. vinum et oleum fac bullire insimul et misce cum pice graeca et pulverem super plagam semina. item ad carnem putridam. ficus siccas tragacanthum et sal tere fortiter et pone super malam carnem.

item ad plagam celerius sanandam, et sanguinem vomentibus. mirifice stringit. detur cum vino austero. gypsi cocti ÷ II, mastices ÷ II, libani ÷ II. tere diligenter et cerne et mitte in plagam, bonum est. item pulvis ad cicatrices

1 camepiten *b.* 5 ligabis *sic b.* conferbe *b.* 7 osso *b.* 11 *rubr. dedi ex c (non plena extat in b* De percussionibus ap̄d scorpionis). *sed cf. ind. b.* 20 ex humore *b.* 25 item *etc. rubr. scr. b.* 27 pisce *b.* 28 item *etc. rubr. scr. b.* drag̅ *b.* 31 gypsū coctū . . . mastic̄ . . . libanū *b.* 33 b ÷ *b.*

inducendas et concavitates replendas. testarum ostrearum combustarum ÷ III, libani ÷ II. tere subtiliter et impone. item emplastrum quod facit ad omnes plagas, ad pectus, ad epar et ad splenem, maxime ad os fractum certissime probatum est. recipit aloes mastices murrae libani . . . auripigmenti pulveris nitri antiqui ana ÷ IIII, cerae et picis quod sufficit. pone ad lumborum dolorem, renum nervorum podagrae ilii et ad omnes dolores corporis. item ad carnes iungendas subito. recipit picis de nave [chalastici quidem confecti] ÷ IIII, mastices aluminis gypsi cocti ana ÷ I, turis murrae aloes tragacanthi cummi fellis taurini ammoniaci petrae focariae boli ana ÷ V, gypsi vivi VIIII, vermium terrae quantum sufficit, anagallidis ÷ VIII, sanguinis hominis libram I, galbani ÷ III. pellem vervecis spoliatam pilo coque ut liquefiat. postea coque in vicem in olla, abstrahe ab igne et mitte ipsam aquam in ollam, claude, deinde cooperi vas, mitte quantum inter conventionem positum fuerit. hoc medicamen si in oculis positum fuerit, statim iungentur palpebrae, si incisis membris, tertia die sanat, ⟨cicatricis⟩ nullum vestigium cognoscitur. item ungue ad plagam. mel, piculam aequaliter, et fel et de farina volatica parum et acetum. mina fortiter et impone. item salviam silvaticam et domesticam, herbam dolavento, gallicentrum et urticam et millefolium. cum suco omnium horum mitte sagimen frictum ceram et mel, et fac bullire insimul, et impone. unguentum ut cicatrix non appareat. sevum porcinum lava in novem aquis et mitte in vase super carbones, et super mittes cerae parum et olei, fac fervere simul, postea cola et adiunge libanum masticen et piculam, et fac parum bullire in olla, postea tolles ab igne et

1 testas o. combustas *b*. 5 ℞ *(hic primum) b*. Aloe Mast̄ Mirre Libani. ᶜ̆menu (boli armeni?). Auri p. *b*. 8 ylii *b*. 9 ℞ *b*. calastici q̄ confecti *(sic) b (cf. Diosc. 1, 98). del.?* 10 Gipsiaci *b*. 11 draganti *b*. Gūmi *sic b*. 13 anagállici *(sic) b*. 14 pilo q̊ *b*. 15 īvicē *sic b*. 16 claude ın̄ cåopi vas *b*. 19 cicatricis: si nixculsa *(sic) b*. 20 pegulā *b (infra* piculam). 21 acęto *b*. mina *sic b*. 23 dolavento. gallicent̃ *(sic) b*. 25 ungḡ *b*. 26 VIIII (em) *(sic) b*. 28 olibanum *b (ital.* olibano).

refrigerare sine, et sic inductum in fronde rubi plagae impone.

Ad truncum vel spinam eiciendam. lac caprinum desuper mittens apertum liga fortiter, et in crastino invenies truncum aut spinam. item arundellos integros combure et pulverem cum aceto superliga. item polypum tritum cum axungia veteri superliga, statim eiciet sagittam vel quicquid fuerit. si vis de alia parte certa ligare, ibidem facies exire.

Ad inflationem. dracontea imposita statim sanat.

Ad ignis dolorem. lini semen cum aceto et oleo coctum superpone.

Ad anhelitum qui fugit. de pyrethro pipere melle fac potionem bibere sero calidam cum adipe, et mane frigidam per dies tres.

Ad ilii dolorem. Quando Christus natus est, omnis dolor passus est. exi dolor, Christus te sequitur.

Ad eos qui sanguinem mingunt. aliorum capita cum eorum radice coque in aqua in olla rudi usque ad tertias, et inde bibe. trifolii | (p. 69) radicem similiter.

Ad eum qui cum muliere non potest. satureiam commisces albilonis coctis in vino et oleo. bibat in balneo.

Si partus mortuus fuerit in utero. satureiam cum calida bibat mulier, statim eiciet. item ad partum mortuum expellendum. verbenae sucum cum frigida bibat, statim liberabitur.

Item si lac mulier non habet. feniculi semen cum butyro et melle commisces, bibat.

Item cum parere non potest. aquileiam argentillam ad renes ligabis. item. artemisia ad inguinem suspensa statim pariet. et cito illam solve, ne sequatur matrix. item. dictamnum da bibere, sine periculo pariet.

Ad . . . mulierem. cymas XXVIII de persico et totidem de rubo tamdiu coques in vino forti, donec tota vis herbarum ibidem remaneat, et inde mane et sero bibat.

3 Ad tryncum ul'. Lac . . . fortiter. Spinā eicienda | *sic dispertito titulo b*. 8 p(te) *b*. facis *b*. 9 *sequuntur varia*. 13 bibere: et bib̕e *b*. 15 ylii *b*. X(9) *b (bis). cf. supra ad p. 282, 20.* 20 cū miscis albilonis *(sic) b*. 23 eic̄ (-cit) *b*. 27 cōmiscens *b*. 30 diptamnum *b*. 32 Ad Φ Ͻ–C *(sic) b*.

Item ut mulier corrupta virgo appareat. recipit mirram libanum colofonium picem auripigmentum bolum gallam aloen gypsum cornu cervinum incisum aristolochiam rotundam. pulverem fac et utere.

Ad stomachi dolorem. argentillam cum vino bono et pipere bibat.

Epithema quod ventrem plus solvit quam cerotum. recipit cyclaminis radicum, elaterii et foliorum eius, ellebori albi et nigri, scillae nitri scamoniae euforbii ana ÷ I, stafisagriae ÷ I, cerae et picis ana ÷ V, olei veteris ÷ IIII. tere et misce cum suco herbarum, addens fellis taurini ℈ XXX. induc linteo ut totum ventrem teneat et post galli cantum impone. cum sellas perfecerit, intret balneum.

Antidotum ad memoriam revocandam. recipit spicae agarici zingiberis ana ʒ I, piperis ʒ II, costi aloes alexandrini seminis absinthii prassii hyoscyami ana ʒ I, mellis despumati quod sufficit.

Fumigium ad haemorroides mirificum. pone cantharidas, spolia serpentis, peucedanum aequaliter, ita ut fumus ibidem ascendat.

Unguentum mirabile quod facit arthriticis ischiadicis paralyticis colicis et ad omnem dolorem et ad omnes guttas. recipit salviae sabinae calaminthae puleii rutae samsuci chamaemyli scillae absinthii ireos acori cyperi ysopi aneti lauri foliorum sambuci herbae . . . althaeae radicis bryoniae radicis prassii abrotoni foliorum aristolochiae rotundae serpylli inulae aristolochiae longae cum foliis artemisiae antulae. omnes herbas pista, et in vino optimo diebus tribus maneant. tunc coque illas in eodem vino et torque in panno ut omnis umor exeat, et tunc adde oleum.

1 Ů Ɔ–C cor vir appareat. ℞ *b*. 2 colofon̄ *b*. 3 arıſt o. Pulverem . . . *b*. 7 Epithima *b*. 8 ℞ *b*. C. radices. Electerii. et folia *b*. 9 squille *b*. 10 ol'o *b*. 11 fel taurinū *b*. īdul | *b*. 15 ʒʒ. ana ʒ. Pipis . . . *b*. aloe *b*. 16 iusquiami *b*. 18 emorroidas *b*. 19 spentis *(sic) b*. peucidanum *b*. 21 artheticis. sciaticis *b*. 23 Sauine *b*. Calamentis *b*. Sansuci *b*. Camomille *b*. 24 Squille. Absincii *b*. 25 sābucii *b*. Herba luía. Altee *b*. 26 Prassū. Abrotani. Foliorum arıſt o. Serpilli. Enulę. Arıſt. L cū f. *b*. 27 Antule *(sic) b*. 28 pista *b*. 29 q̊q; (quoque) *b*. illā *b*.

Unguentum ad omnes dolores. satureiae viridis manipulum, lauri bacas XIII, eius foliorum lib II, rutae viridis tantundem, cymini quantum sufficit, salviae viridis ÷ III, verbenae ÷ III, oleum quantum sufficit, cerae libras duas, | (p. 70) agrestis cucumeris radices XIII. omnia bene coque in oleo, et colatis adde ceram. ubicumque unxeris habebit effectum.

Ad tumorem tibiarum et pedum. olei partes duas, aceti tertiam, salis coclearia III. simul misce. tibias frequenter frigido aut calido perungue, postea per horas faece aceti lava tibias.

Item ad dolorem pedum et tumorem. herbae caligulatae folia in panno nudo impone et sub cinere calido pone et subliga. dolorem tollit.

Unguentum probatum ad dolorem manuum et podagram. urinae muli castrati accipe lib IIII, spumae argenti lib II, olei vetustissimi libram, axungiae veteris lib II. spumam argenti tere et sic misce lotii modicum in vase aereo et coque donec colorem mutet. postea adice oleum et axungiam et coque modicum super carbones quamdiu colorem rubeum faciat, et repone. quando opus fuerit, induc in aluta et impone.

Item unguentum ad scabias et tibias ruptas. inulae radicem contere cum axungia porcina et adiunge sal et fuliginem, et ex hoc ad ignem unguatur.

Item unguentum ad vulnera crurum. mastices ÷ S, libani ÷ S, lithargyri ÷ V, cerussae lib S, olei fialas XV, aceti acerrimi fialas XVII. omnia confice et utere.

Item ad tumorem podagricorum. recipit artemisiam et folia hederae. cum aceto diligenter tere et sic emplastrum impone. exsiccat et stringit, et omnem dolorem mirifice tollit. probatum est.

Item ad podagram et tumorem. plantaginis folia contusa cum modico sale imposita, optimum est.

Item ad pedum dolorem et tumorem nervorum. senecionem herbam cum axungia tritam et impositam, mire sanat.

2 mani pl' *b*. folia II. lib. *b*. 8 simul misce. fece aceti *etc. (sic bis ex v. 9) b*. 9 frigido aut cat *b*. 11 caliglate *b*. 13 dol' & | toll' *b*. 15 Urinā *b*. Spumā *(etc. acc.) b*. 17 luti *b*. 18 calorē īutet *b*. 20 aluea *b*. 21 scab *b*. 22 Enule *b*. 25 Olibani *b (ut supra)*. 27 ℞ *b*. 31 contunsa *b*. 34 Senicion. Herbā *b*. trita et īpoītā *b*.

Item ad tibias ruptas et si taenias habuerint. cinis abellanae et albae vitis cum axungia verrina miscentur, et unguatur.

Item ad tumorem pedum. lenticulae farinam et modicum panis et vini modicum et olei commisce, et tepide sic fascia.

Ad caliginem et maculas. chelidoniae sucum ovo pleno, feniculi duobus ovis plenis, mellis uno, lactis mulieris tribus, aloae ϶ I, croci ϶ II. haec omnia terendo commisce. bonum est.

Ad serpentem eiciendum. recipit corticem mali punici siccatum et in pulverem redactum. potui tribue. membratim per secessum eicietur.

Vomitus Constantini probatissimus. recipit tapsiae lib̄ I, croci ÷ VI, condisi III, cymini ÷ II, mellis quod sufficit. detur ad instar castaneae cum calida.

Item alius. vomitus imperialis et sine labore. recipit seminis atriplicis et condisi ʒ IIII. mitte in panno et in aqua calida frica. et adde siropi acetosi ÷ I, et bibat.

Vomitus suavissime et sine angustia purgans coleram rubeam. recipit tapsiae ÷ XII, castaniolae, condisi, cymini, lacteridarum purgatarum, croci hortulani ana ÷ VI, mellis ⟨quod sufficit⟩. dosis in modum nucis minoris, cum calida detur.

Vomitus. recipit tapsiae lib. I, croci hortensis ÷ VI, cinnami ÷ III, mellis ⟨quod sufficit⟩. ut castanea detur.

Vomitus. tapsiae lib̄ II, croci lib̄ I, condisi ÷ VI, cinnami ÷ III, mellis quod sufficit.

1 teneas *b.* 2 avellane *b.* ūrina *b.* 4 et molli | cāpanis *b.* 7—10 *cf. Petronc. q. d. ap. Renzi Coll. Sal. IV, 201.* 7 suco *b.* 8 mel. I. *b.* lactę Ↄ—C III *b.* 9 aloę *b.* 11 Ad S̶p̄ntē eicientē *(sic) b. (cf. Coll. Sal. IV, 287).* 13 pcecessū *(sic) b.* 14 *iam sequuntur recentissima (et Salernitana).* c̄stantini *sc.* Africani (*nam arabica sunt* condisi sirupus *etc. cf. Simon. Ian. s. v.).* 19 syropi *b.* 22 *v. Sim. s.* lacteris (λαϑυρίς). ortolani *b* (*cf. Sim. s.* crocus). 23 Mell'. Dosis . . . *(sic) b.* 25 ortensis *b.* 26 cinn̄ III ÷ *b (item v. 27,* cinnam *p. 307, 2).* *addidi (ut supra)* q. s.

Vomitus bonus. lacteridarum mundatarum lib̄ I, cinnami ÷ VI, agarici ÷ III, mellis quod sufficit.

Vomitus. elleborum album bene mundatum per triduum in aqua dimitte. quarta vero die quanta est illa aqua considera, et bis tantum mellis ei adiunge et fac bullire usque ad aquae consumptionem, ita quod semper elleborum ibi iaceat. hoc facto et elleboro ablato et siccato, usui serva. sic et liquorem ipsum in vase vitreo conde. coclear unum dato. sine periculo vomet. si modicum croci addatur, ut siropus esse videbitur. si pulvis specierum, ut electuarium fiet.

Ad II, 2 (12) De freneticis (*post* subcumbere) nam et somnus et patientia his indicanda sunt.

Ad somnum.

Pampini virides de vite contriti et ex aqua calida potui dati somnum invitant. chartam quamlibet combures, et cinerem eius cum calida potui dato. idem facit et potio in caliculo papaveris data. et papaver silvaticum ex aqua decoctum et potui datum mirum est. cancri oculum sinistrum ad caput ligato. lactucam integram mox uti de horto versaveris, non lotam ignoranti sub cervice pone. scobem cupressi in vino macerabis et colabis, et vini potione data mox conquiescet. herbam mandragorae coques ex aqua, et potui dato ei quem voles salvum fieri. scribe in charta pura in silentio nescienti aegroto IωIωKONNI aa C. MNOYЄ. ille quem peperit illa, et pones nescienti sub capite. item scribe in tria folia lauri Inceptat, et nescienti sub capite pone. item in charta scribes KOKOt IЄONa, et nescienti sub capite lectuli pone. lactucam cum terra sua evelles et quattuor folia tolles et in singulis scribes YaaNOC, et singula folia ligabis per singulos pedes lecti. item in cultello scribes ter Occidi somnium, et nescienti

6 ɔsupc̄nem *b.* ell' *b.* 8 coclear *(sic) b.* 10 pulu̇e (pulverem) sp̄erum *b.* 10 *sequitur rubrica libri II Theodori.* 14 C*(rubr. scr.)*ampinos . . . contritos . . . datos . . . *b.* 15 comburis *b.* 17 salvaticū *b.* 19 ut id̄ đ orto *b.* 21 maceras . . . colas *b.* 22 conquiescit *b.* 23 nesciento *b.* 25 ponis *b.* inceptat *(sic) b.* 26 cap̄ *b.* pon̄ *b.* scribis *b.* 28 evellis *b.* tollis *b.* 29 *i. e.* ὕπνος. ligas *b.* 30 sonium *b.*

pones sub capite. item in folia lauri scribes, et pone nescienti sub capite, et dices nomen matris eius cum facis a SS K ƅ IIII. tyono ΦNn. item scribes intra calicem nomina infra scripta Dormiat ille Gaius Seius somnum humanum. KCЄ MIYYCаCB CON. dices in calice et dabis ei cui voles, et statim dormiet. LаXOYаYаωC∸ facies pilam de cera, et scribe in ea ob'acta ≶ONTONXOCаINаITаN TаXЄI aB. BаTYа≶OаLЄNO CIЄTO аIБδЄNOCNPаIωЄЄ ei dormiat ille quem peperit illa et ad nasum sibi teneat et olfaciat. cocleam africanam inanem id est testam eius vacuam quaeres et mittes in ea oleum et lychnum, et sic lucernam incendes, et nescienti aegroto sub lectum pones. quamdiu arserit, ille dormiet. argemoniam nescienti ad caput ponito, et nisi eam tuleris, non evigilabit.

Ad II, 2 (15) De lethargicis (*post* compellit).

Lethargum sic excitabis, si cimices VII in aquae cyatis quinque mittas, et des potui antequam cibetur. testudinis sanguis in fronte [ligato] illinitus prodest. rutam ex aceto tritam eorum naribus odorandam applicabis. sisymbrium ex aceto tritum et lethargo in capite infusum mirum est. pulmo pecudis calidus si circa eorum caput ligetur, expertum est. caprini cornu odor lethargum dormire non patitur. euforbio in aceto soluto si eorum nares contingas, bonum est.

Obliviosum emendabis, si oculos milvi ligatos in foenicio portet in collo.

Ad II, 4 (19) De pleuriticis (*post* cognoverit).

Haec autem utiliter adhibebis. faeni graeci ∸ VIIII, castorei ∸ XII. pulverem facies et commiscebis. dabis autem exinde cocleare unum cum mulsae cyato uno, si ⟨febris⟩ fuerit, cum aqua calida, curasti. epithema tale facies. cerae pondo II, butyri ∸ II, sevi taurini ∸ II, rutae viridis foliorum ∸ II,

1 scribis *b*. 2 dicis *b*. 3 scribis *b*. 4 Seius: eius *b*. 6 pila *b*. 9 innauē *b*. 10 queris *b*. mittes *b*. 11 lig^c^nū *b*. 12 ponis *b*. acrimoniam *b*. 15 litargum *(et sic infra) b*. excitas *b*. cimices VII: *cf. idem apud Ps. Plin. f. 64^b^ Bas.* 17 ligato *(sic) b*. 18 sisymbrium: spondilium *Ps. Plin.* 20 peducis *b. cf. Ps. Plin. l. c. f. 64^b^ et ^d^.* 21 corni *b*. Euforƀ . . . solutū *b (cf. Ps. Plin. l. c.)*. 23 Obl. emendas *(rubr. scr.) b*. feniceo *b*. 27 comisces *b*. 28 cū mulsa cyatū. I. Si fuer̄ cū aqua cal' *b* (*addidi* febris). 29 facis *b*. 30 folia II ∸ *b*.

adipis porcini ∸ I. stercus caprinum in silva inventum conteres cum oleo et colabis linteo, et potui calidum dabis. dolores lateris sanat diatessaron quod sic conficitur. lauri bacas, murrae, aristolochiae, gentianae ana ∸ I, mellis ⟨quod sufficit⟩. dabis exinde cum calida potui, mirum est, vel loco pro malagmate imponat. herbam verbenam viridem tritam cum vino, si non febrit, bibat, bonum est. hoc et ad pectoris dolores et ad convulsos facit. gentianae ∸ II, iris illyricae ∸ III, murrae ∸ S, piperis ∸ S. separatim trita permiscebis melle. dosis ad magnitudinem abellanae, cum calida bibat. fabae lomenti heminam I, lauri bacarum ∸ I, mastices ∸ I, ovorum vitella VII. conteres separatim et commiscebis terendo in unum, linteo induces et lateri dolenti impones, expertum est.

Sic sanguinem erraticum curabis. personaciae herbae radicem cum axungia veteri teres et impones. picem virginem, et sulphur vivum in liquata pice immiscebis, et nitrum tritum superasperges, et charta virgine inductum calidum impones. herba perdicalis tunsa et imposita sanguinem erraticum mire dispergit et curat.

Ad II, 5 (21) De peripleumonicis (*post* valeamus).

Nam et galbanum cum melle in foco resolutum et duobus cocleariis potui datum optime facit. et pthisicis idem medetur. feniculi semen tritum et cum calida bibitum bonum est. herbae hyoscyami sucum tepidum potui dabis, cum summa admiratione sanabitur. trociscos diaspermaton potui dabis.

Ad II, 6 (22 et 23) De synanchicis (*post* gubernari non poterunt — *vid. etiam ad Theod. p. 120, 2. 14. 121, 1)*.

Singultus si innatus fuerit, manus eius ambas in calida diutius et frequentius teneri facias. piper et castoreum

1 adipes porcinos ∸ I. conteris *b*. 2 colas *b*. cal' *b*. 4 ana ∸ Mell' *b*. 6 malagma *b*. verbenam: *cf. Marc. p. 244, 18.* 8 gentianae *etc. hoc idem plenius habetur apud Marcellum c. 24 p 244, 10—16.* hiris uł ∸ III. *b*. 9 trita pmisce^s^. Mell'. Dasis ad . . . *b* (*sic* dosis *cf. 1, 97 etc.*). 11 lumentū *b*. bac̄ *b*. mastice *b*. 12 9tīs . . . cōmisces *b*. 13 induc̄ *b*. 15 Sic—curabis *rubr. scr. b*. 17 inreliquata *b*. īmisces *b*. 18 cał *b*. 22 duo cocl' *b*. 24 bib̄ *b*. 25 H'iusquiami *b*. 26 amirōe *b*. 29 *haec rubr. sic b*.

aequali pondere tritum cum aqua calida potui dato. et loco calido si iaceat satis iuvat. et pectus eorum oleo nardino perunguito. et adrianum vel dia trion pepereon cum aqua calida potui datum summe facit.

Ad II, 9 (29) De ileo (*post* vaporibus frequentibus)

id est in aqua ⟨ubi⟩ cocti fuerint frondes lauri vel cupressi puleii nepetae absinthii abrotoni missum in semicubio frequentius vaporabis, et sabanis calidissimis post eum deterges.

ib. (*post* immineo).

Nam et puleium et cyminum aequali mensura in se teres ex aqua et super umbilicum impones, et cito sanabitur. et hae potiones omnibus inflationibus ventris et stomachi conveniunt. apium anetum et puleium aequis ponderibus decoctum potui dato. et solum apium idem facit. ruta ex butyro et oleo decocta et edita omnium interaneorum inflationem tollit. feniculi et apii radicem in vino albo infundes die una, et modice decoctum potui dato. vituli fimum recens ex vino potui datum umores ventris et flegmata et biles atras a periculo liberat. aneti semen contritum ex aqua potui datum mire prodest. coagulum leporis tritum ex vino tepefactum potui datum grandes ventris tortiones sanat. item anatis venter appositus mirum est. verbenam tritam cum radicibus suis inpari numero ex aqua potui dato. herbae verbenae radicem commasticet et ipsam salivam glutiat, statim ventris et intestinorum tollit dolorem. aniso et asaro in se ex aqua cocto potui ipsam aquam dato. lapidem gagaten super umbilicum impones, et statim remediabitur. cucurbitam medicinalem maiorem super umbilicum impones, et diu ut sit permittes. [iniectionibus quoque enematis i. clysteris ex decoctione fomenti supradicti admiscentes *etc. Th. Pr.*].

2 ꝗ satis *b.* 3 pip. *b.* 4 sume *b.* 7 nepta *b.* abrotanu *b.* 8 vaporibus *b.* sabinis *b.* detergis *b.* 11 tīs *b.* 13 ħ *b.* 16 edita *sic b.* 17 infundis *b.* 19 acras *b.* 21 t. vino *(iterum)* potui d. *b.* 22 ꝛtc̃cıones *b* (et torciones, *ut desit aliquid, fort.* dolores et t.). 23 Berbena trita *b.* radʼ ſſ̄ *b.* 24 radʼ *b.* 26 anisū. ꝛ asar̄ . . . coctū *b.* 27 īponis *b.* 29 īpon̄ *b.* permittis *b.*

Ad II, 9 (29) ib. (*post* provocantibus).

item enema id est clyster colicis probatissimum. storacis nardi olei cyprini ana ÷ VI, diachylon ÷ IIII, meli-or-lotum, basilicon ana ÷ IIII, oleum sabinense pondo VII, ibisci manipulos III, faeni graeci ÷ III, adipis anserini vel fasianini ÷ VI, colchici ÷ II, olei chamaemelini ÷ III, aneti puleii ana fasciculum I. ibiscum et faenum graecum infundes in oleo sabinensi diebus VII, et si senseris esse flegmonem i. indignationem vel fervorem intestini, auferes nimie calidae virtutis species et sic decoques, et dum omnia fuerint optime temperata et dissoluta, tunc admiscebis olea suprascripta. et tunc haec facienda scito, quando dolor intolerabilis et acutissimus fuerit.

Ad II, 9 (29) fin. (*post* scamoniam).

Strofum ne infans patiatur aut intestina ei torqueantur, vel ne aliquid mali ei accidat, facies lac caninum sugere. item ad strofum. murem prendis et filum decocto albo in se torques, et in acu inseris, per anum muris | (p. 84) mittis et per eius os tollis, et ligas ad collum infantis, prodest.

Nota ad eos qui per dolorem obmutescunt. si quis per dolorem obticuerit, puleium in aceto mittes, et naribus applicato, mox loquetur.

Eneamus antidotus potui datus omnibus ventris vel stomachi inflationibus mire succurrit. herbam tithymalum, teres et in vini cyatis II ieiuni potui dabis, sanasti. plantaginis sucus potui datus mire facit. rutam mentam apium anetum puleium decoques ex aquae SS I̅, ita ut ad heminam redeat. exinde potui datum mirum est. hoc et ad interaneos dolores, id est quibus dolor intus girat, facit.

Sequitur c. de spasmis (p. 85), quod ut est mire interpolatum, ex altera parte integrum appono.

2 It̄ i. clistē. Enema...*b* (i. cl. *glossa, ut supra p. 310, 30*). probatissima *b.* 3 storace *b.* 4 basilicon *sic (id est* medion *Diosc. p. 520 sec. Simon. Ian. s. v.).* eivisci *b.* 5 adipes anserinos *etc. b.* 6 colchici?: colicū *b.* ol'm camomillū *b.* 7 ol'o sauinense *(hic) b.* 11 amisces *b.* s̄s̄ *b.* 15—16 *haec rubr. scr. b.* 20 dot omutescunt *b.* 21 mittis *b.* 23 Eneam⁹ antidot⁹ p. dat⁹ *(sic) b.* om̄is *b.* 25 succū . . . datū *b.* 27 eminam *(ut semper) b.*

Ad II, 10 (31) De spasmis.

. . . Omnibus vero tensionibus post fomenta chalastica ex oleo sicyonio aut nardino unctionem adhibebo, et acopa calidiora ex oleo cyprino confecta. nam | (p. 85) et adipes leonum galbano mixti par beneficium procurarunt.] et acopum hoc Hippocratis quo usus est ad cervicis dolores et ad nervos obligatos et ad omnem duritiam. faeni graeci heminam I, althaeae radicum manipulum vel fasciculum I, aquae cyatos III. coques ad tertias. vini veteris cotylam I, olei veteris 𐆒 I, cerae pondo II. resinae frixae pondo II, galbani ÷ II. coques in olla fictili tamdiu quousque se misceant, conficies et uteris. [et cataplasmate chalastico loca diutius mitigabo. post clysterem vero chalasticum... nam et carbonibus proxime calentibus lectum straminabo] et equi adipes cum resina et galbano aequali pondere in unum contusae et decoctae nervos et posteriora corporis membra inuncta solvunt erigunt et extendunt. [Dabo interea potiones huiusmodi. castorei pulverem cum melicrato, aliquotiens piperis quippiam intermiscens.] sic et lotium caprinum potui tepidum datum validissime prodest. sic castorei piperis ana ÷ I. simul tritum colliges cum melle, eximes inde unum coclearium et potui cum aqua calidum dabis. item castorei, piperis albi, petroselini ana ÷ I. tritum optime cum melle colliges et exinde cum aqua calidum potui dabis ieiuno. [Dabo et silfium cum pipere . . . procurabo etiam calidarum vel balnearum beneficia frequentius adhibebo ut possint post tam saevam aegritudinem reparare.]

Ad telum vel ad sanguinem erraticum. Personaciae herbae radix cum axungia veteri contusa et imposita sanat. picem virginem in chartam puram induces, et sulphur vivum et nitrum tritum superasperges et calidum impones. herbam filicem siccam tundes et pulveris eius coclearium plenum ieiuno cum vino dabis.

3 acopa calidiora: *hic propter homoioteleuton* acopa *transit ad longe infra ap. Th. sequentia. cf. supra ad p. 129, 12.* 5 mixtos. par *b.* procurabis *b.* 6 ypocratis quod *b.* 8 altę *b.* 11 tandiu *b.* misceat *b.* conficis *b.* 12 cataradʼ *b.* plasma calastica *b.* 15 recontuseͅ *b.* 16 solvit. ərig̅. et extendit *b.* 20 eximis *b.* 21 I. coct. *b.* 22 I. *om. b.* 23 calʼ *b.* adhibebo *etc. sic b.* 27 *eadem iam supra ascripta legisti capitulo* IV de pleuriticis *(paulo aliter expressa).* 29 surfur *b.* 30 aspergis . . . ĩponis *b.* 31 pulverem *b.*

Ad II, 14 (44) De capitis querellis (*post* cerotario sic medetur).

Aliqui vero negant caput dolere ei qui se luna XVII vel XVIII totonderit. corona de puleio capiti dolenti imposita prodest. hoc et a sole dolenti facimus. rubi folia trita cum oleo illinita. ossum de capite vulturis capiti dolenti impositum prodest. puleium sub aure vel sub anulo tecum tritum porta, et neque ab aestu neque ab hieme gravedinem senties. herbam hederam contusam in oleo coquito et per linteum colato, et ex eo frontem et tempora et nares perunguito. hoc et ad medii capitis dolorem facit. cuculas caprinas IIII in aceto solves et fronti illinies. cretam figuli cum aceto solves et fronti illinies. bacas lauri inpari numero oleo tritas capiti illinito. folia trita ex aceto et oleo, capiti stillatum mirum est. lasaris modicum in aqua solve, et in aurem eius partis quae dolet III guttas cum digito stillato. ipsa quidem hora caput vexat, sed in perpetuum sanus erit. de cornu pecudis vivi pectinem facies et cum ipso pectines, vir de masculo, femina de femina. porri sectivi suci coclearia II, mellis cocleare I, permixtum in naribus ant in capite infundis. calculum limacis eximes luna XVII et hunc in foenicio ligatum a capite porta, caput dolorem non patitur. lapilli in ventre hirundinis inventi, maxime albi, in capite ligati vel in manu portati vetustissimos capitis dolores tollunt. surculum de nido milvi in pulvino pone nescienti, et cum tuleris, ne post te respicias eunti dormitum. porri sectivi suci II coclearia et I mellis, commixtum in aures vel in nares infundis. intibi suco cum oleo roseo et aceto caput perunguito, vertigines et capitis dolores veteres curas. mali persici nucleus contritus cum aceto et fronti illinitus statim sedat dolorem. bacas lauri VIII et album ovi in mortario tritum et fronti illinitum, a multis expertum est. herbam quae in capite statuae invenitur, luna decrescente tollis, et in panno lineo ligatum de lino rore capitis dolorem statim sedat. araneum linteo prendis, ligas de

7 ꝉ tecū *b.* 8 ab yeme *b.* 10 tympora *b.* 11 Cuculas *(sic) b* (ungulas? *cf. Diosc. 2, 46*). 12 solvis *b (item infra).* 19 sucū . . . mel *b.* 20 cauculum *b.* 21 finicio *b.* 22 *cf. Marc. p. 35, 22.* 23 porta *b.* 26 suc⁾ *b.* 27 sucū *b* 28 vertiginis *b.* 32 Herba *b.* 33 decrescenti *b.* rore *(sic) b. cf. Ps. Plin. p. 11, 16. Marc. p. 33, 33. 40, 23* (lino rufo). 34 prendes *b.*

tela, ita ut nesciat ille quid ei ligas. herbae cyclaminis ra-
dicem de cultello super carbones radito, et fumum eius naribus
ducito, omnia suprascripta mitigat. si caput dolet a sole,
coronam de intibo silvatico sibi imponat. lapis gagates ca-
piti impositus mox dolorem sedat. corniculae cerebrum coctum
in cibo sumptum quamvis graves et invetustatos ⟨dolores ca-
pitis⟩ sanat. nam in charta scribis ꝺ φ lina, et capiti suspendis.
item scribis in charta BꝺPBꝺTO e u-o-o-e. item scribis in charta
ſωlꝺſ. item scribis in charta vvſNꝺNosho. item scribis ℒℋ
OꝺꝺOYo. item scribis in charta ꝺ capꝺ TꝺPXMǂ kacta pꝺC
ꝺꝺǂ. haec omnia de lino rore de tela ad caput ligabis. [Item
hemicraniis *etc*: *Pr*.].

Ad II, 14 (44 ib. post euforbii q. s. adiecimus).

Item euforbii scrip̄ III, crocomagmae scrip̄ IIII terito cum
aceto, et fac trociscos. cum opus fuerit, ex vino tritos inducis,
si sinistra pars dolet in dextra, si dextra in sinistra. item
croci ÷ II, murrae ÷ II, chalcanthi ÷ II, opii ÷ II, croco-
magmae ÷ II, turis ÷ I. trita omnia austero vino colliges, et
inde frontem illinies, intermissa semita super nasum. prae-
cluso enim itinere quo oculos umor vexare consueverat, viam
facies qua de cerebro per nares fluxus et morbus omnis decur-
rat. hinc in perpetuo decursus fiet. hoc et ad lippitudines
oculorum facies, vel ad eos quos nimium reuma vel dolor
perurget, sed in aceto acerrimo ipsum trociscum resolves. nam
erucae semen contritum ex aceto temperabis, et ipsam partem
quae dolet vel totam frontem et tempora de penna illinies.
sucum hederae terrestris et betae albae sucum et oleum ro-
seum omnia aequali mensura per fistulas in nares coicito, ad
solem candentem tempore aestatis. mox enim tantum sternu-
tabit ut vermem per narem emittat. nam et scribes ad hemi-
cranii dolorem, si dextra pars dolet scribis in cute hyoſ, in
siuistra ceal hhhc. item scribis in charta ωhti ω σι ꝺꝺ loti
poca zonie ho ωꝺΛYPIZЄ. [Quibus ex frigore nimio *etc*. *Pr*.].

1 ligas: *sic b*. 3 s̄s̄ *b*. 4 gagatis c. īposito *b*. 5 coruicul *(sic) b* (cornicis *Marc. p. 35, 27*). 6 dolores capitis *om. b*. 11 delino rore *(sic) b*. 14 Croco magne *b* (*item infra v. 17* croco magna). t[1]to *b*. 18 thuris ÷ trita *(sic) b*. 21 morbus: moribus *b*. 23 quos: qui *b*. 24 resolvis *b*. 25 temperas *b*. 26 tympora *b*. 27 Sucus...sucus *b*. 28 aequali mensura: ana *b*. 30 emigranei *b*.

Ad II, 14 (45 ib. post convenit adhibere)

talibus. betae radicis sucum cum melle aequali mensura quis naribus ducat, caput optime deplet. sic et de cyclaminis radicis suco, cum melle simul potentius est. sic pyrethri pusillum masticatum capitis et oculorum gravedines et dentium dolores omnes mitigat, dum per os apertum umor capitis in terram defluxerit. ysopi vel origani cymas in aceti quartario et mulsae ad tertias decoques, et tempera. contra solem gargarizet. alia die haec cura sequatur. infundes sinapi in aceto acri, post teres et sumen per linteolum exprimes, et cum mulsa tepida resupinato capite gargarizet, et umor crassus in capite qui fuerit digeretur. ℞ ysopi origani stafisagriae glycyrizae polii ana ÷ Ⅎ. infundes in aqua ex aceto temperata quantum offerre possit SS III die ac nocte. alia die in cacabo novo coques ad tertias, lento foco ne comburas, postea colabis diligenter, et remittes in ipso cacabo. addes sapae SS I et recoques usque ad spissitudinem sapae lento igni, et uteris tepido ut supra. item. ysopi ÷ I, ireos ÷, caricas pingues ÷ I. dum volueris fortius purgare, sinapi teres et admiscebis in calicis mensura coclearia II. nam omnia in sapae infundes SSS III, aceti hemina I, mellis pondo III. triduo infundes et decoques, exprimes diligenter, et gargarizet aut ad solem aut in cubiculo calido, prima die VIII, secunda VI, tertia III SSS et aquae SS III per triduum. postea coques ad tertias, et quantum aceti remanserit addes mel et sapam aequali mensura, et recoques, lento igni ne comburas, et ad solem gargarizabis. hoc autem visum oculis caligantibus restituit, auribus auditum acutissimum praebet, fauces curat, capiti sanitatem praebet et reuma mordet. cyclaminis radicis suci partes II, mellis partem I. tepidum naribus inicito, ita ut os plenum calida aqua teneat et postea verset. omnia vitia capitis supra scripta et ventris dolores et epilempticos curat. item alia maxima purgatio. stafisagriae ÷ I, pyrethri ÷ I, ysopi ÷ I,

2 sucus *b*. 7 cymas: comas *b*. 9 infundis *b*. 10 teris *b*. acro *b*. 13 liquiricię *b*. polios *b*. infundis *b*. aqua et *b*. 15 cacavo coquis novo *b*. colas . . . remittas *b*. 17 ad *om*. *b*. 18 tepidum *b*. yreos *b*. 19 sinapē *b*. teris et amisces *b*. 20 sapa infundis *b*. 21 p[o] *b*. infundis *b*. 22 exprimis *b*. 23 tercia. VIII SSS III. et aqua SS III *b*. 25 sapa *b*. 27 gargarizas *b*. restituet *b*. 29 sucus *b*. 32 alia: dia | *(sic) in fine versus b*. Stafisagria *b*.

tragacanthi ÷ I. trociscos facies de singulis argumentis, siccabis, et dum opus fuerit singulos masticabit, sed in sole calido vel in balneo. lasar cum lacte mulieris solve, et si hemicranius dolet, in eius partem mittes. [Convenit de naribus... *Pr.*

Ad II, 17 (50) De maenomenis (*post* sang. adhibere).

Et si cum febre fuerint alienati, ut et vigiliarum assiduitate fatigentur, odoriferis virtutibus eis somnus est invitandus. id est frons eorum cum temporibus et naribus est inunguenda ex trociscis hypnoticis, qui ita conficiuntur. mandragorae cilii ÷ I, opii ÷ I, hyoscyami seminis ℒ, asari ℒ, castorei ℒ, croci ℒ, storacis ℒ. trita omnia colliges cum suco papaveris vel hyoscyami suco, et trociscos facies. dum opus fuerit, cum caroeno solutum inungues. hoc et freniticis et ad capitis dolorem adhibebis. nam et his vinum omnino negandum est, quoniam febrem inflammat et somnum fugat, alienatiouem irritat, armdoremovet. [et si post haec adiutoria . . . *Pr.*].

Ad II, 21 (62) De pthisicis *(ad finem).*

Si nimia tussis fuerit, herbae vettonicae ÷ X cum melle per dies VIIII. nam et pulmonem pecudis et cornu cervinum simul combustum et tritum dabis in vino, et mox sanabitur. alium in aqua decoctnm et mel admixtum sumptum sedat tussim, et purulenta excreantibus medetur. corrigia canina collo suspensa aut digito ligato sedat tussim. masticen tritam et cum melle mixtam cum aqua calida bibat. facit hoc et ad defectum stomachi. oleo vinum misceto et in eo panem intinguito, et ad edendum dabis. nam effectum senties. hoc et maioribus aetatibus prodest. nam et diatessaron vehementer prodest, quod sic conficitur. aristolochiae rotundae, gentianae, bacarum lauri, murrae uncias singulas. tunsa et cribellata cum melle optimo miscebis et dabis in hydromeli. hoc et

1 draganti *b.* facis *b.* argn̄tis *b.* 3 emigraneus *b.* 6 cū febres *b.* 8 i. *b.* cū tympora et nares *b et (qui om.* cū) *Ga*[l]. 9 mandracore cylii *b* (cilii *Ga*[l].). 10 sem̄ ℒ (= seminis semunciam) *b.* y. semen. asaru castoreu. c̄c̄. storace. ana ℒ. *Ga*[l]. 11 colligis *b.* 13 inungis *b* (—ges *Ga*[l]). freneticis *b Ga*[l]. 14 vino *b*, —num *Ga*[l] (*ubi* nam et vinum his n. e. omnino). 15 febrem *Ga*[l]: febres *b.* 19 vetonicę (h *suprascr.*) *b.* 22 corrigiā *etc. b.* 23 masticen tritū...mixtū *b.* 25 stomachū *(sic) b.* 29 uncias singulas: ana ÷ I b. 30 misces *b.* ydromelle *b.*

pleuriticis magnum est adiutorium | (p.102) vel ad vena. lenticulam frictam cum melle tepido edat. alium cum faba fricta mixtum cum melle tepido edat.

si vero ad perniciem tussis venerit, equi salivam dato. bibat ex aqua calida per triduum, expertum est. nuces III de intus combures, et piperis grana III in se teres, et mellis coclearia tria. per triduum singula coclearia dato. stercus corvi in panno ligatum et collo suspensum prodest. coclea vacua mundata combusta trita cum melle mixta, dabis gargarizandum. lapis de spongia exemptus et linteo ligatus pueris tussientibus collo suspensus unice prodest. item galbani ÷ I in pultario coques, et ex eo dabis in modum abellanae. ventris gallinacii membrana sicca et contrita, vel si recens sit in potione vini falerni data mirifice prodest. cocleae crudae tritae, cum tepidae aquae cyatis tribus bibat.

Item ad tussim et pulmones. ireos illyricae radices tritae et cum melle mixtae abellanae magnitudine. mane ieiunus et sero cum passo cyatis duobus si febris non erit, si febrit ex aqua calida cyatis tribus data bibat. cupressi bacas minutas teres et in vino potui dabis. nucem pineam viridem frange et in aquae ЅЅ I decoque, donec hemina remaneat, et cum puleio veteri agito, et ex eo singulos cyatos cotidie bibat, expertum est. de resina terebinthina facies pilulas quasi faba, cum melle teres et per triduum dabis.

Item ad tussim et qui pus expuunt. vettonicae herbae pulveris scrip̄ VIIII et mel atticum commixtum ieiunus accipiat, donec expurget. leporis stercus in vino aut in aqua ad noctem potui detur. semen cauliculi teres cum melle et pipere et inde cocleare I mane et sero accipiat. porri sucum expressum cum oleo decoctum sorbeat, prodest. alium in aqua bis coctum cum faba addito melle, et exinde mane et sero bina coclearia accipiat. hoc et purulentas excreationes sanas. ficus aridas coques, et ipsam aquam bibat. item. turis, colo-

1 pleureticis *b. cet. cf. p.309, 3.* t aduena; lenticulam... (vel ad ventrem?) *b.* 3 eadat *b.* 4 *idem apud Marc. p. 166, 24 = Ps. Plin. f. 40*[b] *Bas. cf. 30*[b]. 6 teris *b.* 8 Coclea *etc. (sic) b.* 11 galbano *b.* 14 Coclee *etc. b.* 16 tusses *(rubr.) b.* 18 īeiun//io (= ieiuno) *b.* 23 pillulas *b (item infra).* 24 teris *b.* 25 tussem *(rubr.) b.* 26 pulvis *b.* 28 adnoctū *b.* teris *b.* 32 p. et excitaciones *b.*

foniae, mastices, piperis uncias singulas. omnia cum melle trita. I cocleare mane et sero accipiat. lapidem gagaten in aqua fontana bibat.

Ut vocem claram facias. raucedinem emendas, si in balneo clames aut oleo gargarizes vel si tragacanthum in ore tenueris, vel si ova trita ieiunus cotidie absorbeat. piperis grana in ore teneto diu et salivam assidue devora. cirros porrorum cum aqua fontana coques eosque cum melle manducabis, et ipsam aquam cum melle potabis

Tussim magnam excitat resina pituina masticata et glutita. idem facit seminis rutae folliculus masticatus sucusque glutitus.

Item ad tussim. vettonicae ℥ III cum melle ieiunus glutiat. trociscus diaspermaton ad multos | (p. 103) usus necessarius. feniculi seminis ÷ I, aneti seminis ÷ I, opii ÷ I, sed opium semotim teris, tunsa et cribellata in pilulas ex aqua colligis ad lupini magnitudinem et das patienti in calida aqua ieiuno. testarum de cocleis cineris cocleare I cum vino potui datum prodest. adipis recentis ÷ I decoques in vini cyatis tribus et addes mellis pusillum, facies pilulas et ut glutiat dabis, prodest. sevum caprinum in pulte alicae decoctum dato, edat. parietariae herbae sucus cyati unius mensura potui datus, mirum est.

Item ad pthisicos et thoracis dolores. folia marrubii cum semine cum aqua coques et ipsam aquam potui dabis. pineam et tragacanthi ÷ I in vino veteri decoques ita ut assidue de surculo agites, et postea adicies piperis triti grana C, spicae nardi scrip̄ II, storacis scrip̄ V, mittes in mortario, et vini modicum mittes, et conteres storacem ut se commisceat, et mittes quae cocta sunt. adicies mellis despumati acetabulum I, et denuo recoques ut fiat mellis crassitudo. in se coclearia singula mane sumat et sero, sive terna. hoc et ad eos qui purulentum excreant facit.

1 masticis *b.* ana ÷ I. *b* 2 sero. I. *(iterum)* acc. *b.* 4 clamis *(sic) b.* 5 drăg *(sic) b.* 8 manducas *b.* 10 Tussim *(hic) b et mox (in rubr.).* 13 Betonicę *b.* 18 cinis *b.* 19 adipes rēctes *b.* 20 addis *b.* facis *b.* 22 paritarię *b.* sucū ... datū *b.* 24 typsicos *b.* 26 drāg *b.* 27 pip tritū *b.* 28 mittis *b.* 29 mittis *b.* conteris *b.* 30 ımittis q̄ cocta *(sic) b.* mel despumatū accitabulū *b.* 31 denuo[s] *b.*

Hyoscyami aneti papaveris nigri opii uncias singulas. haec omnia in unum contundes et tenuissime cernes et vino consparges. trociscos facies ut singuli denarium ponderent. febricitanti ex tribus cyatis aquae calidae dabis, homini sincero ex vini veteris cyatis tritus dabis. caseum ovillum vetus cum sevo ovium vetusto decoctum vino austero permixtum si in esca detur, mirum est. herba argemonia trita cum vino veteri discocta ieiuno potui data unice prodest. lacae cyatos III, passi ℥ I, aquae VI ℥ mittes in cacabo, et tamdiu coques donec consumatur, et admiscebis lactis caprini vel ovilli adiecto modico melle, et fervefactum dabis potionem. sane expedit ei in aqua marina lavari, et vinum lene et album bibat.

Ad II, 22 (65) De sanguinis emissione interiorum *(ad fin.).*

Nam et omnibus sanguinem ex interioribus locis mittentibus haec adiutoria superaddo, de quibus effectum saepe cognovimus. rubi cymas teneras tundes et sucum exprimes, et cum melle potui detur, efficax est. nam herbae symfyti radix in cibo sumpta mire facit. millefolium herbam cum aceto sumendam dato. cornu cervini cinis cum vino potui datum. castaneae quam plurimae manducatae mire curant. coralium cum aqua tritum potui datum, unicum est. porri sucum potui dato. herba polygonum sumpta vel sucus eius potatus, mirum est. coaguli haedini scrip̄ I ex aqua potui dato, optime facit. cymas rubi teneras in aqua decoques, et cymas ipsas edat et vinum potet, prodest. coagulum cervinum sive leporinum in potione resolves ac potui dabis. cauliculum ex aqua marina elixum terito, et sucum eius potui dato. cocleae ex aqua marina decoctae et editae summe proficiunt.

1 ana ÷ I. *b.* 2 cernis *b.* conspargis *b.* 3 facis *b.* 5 cyatos. III. *b.* 7 Herbam acrimoniam *etc. (acc.) b.* 8 dıcutā *(sic) b.* | lacę *(sic) b.* 9 mittis *b.* 10 āmisces *b.* lactis *etc. sic b.* 12 bibant *b.* 17 exprimis *b.* 18 simfiti *b.* 19 mille folia herbam *b.* 21 dato *b.* 22 corallū *b.* 23 poligonū *b.* sucū . . . potatū *b.* 24 Coagulū hedinū *b.* 27 resolvis *b.* 29 editę *(sic) b.*

Ad II, 23 (67) De empyicis *(ad fin.)*.

Alium in aqua bis coctum cum faba addito melle, exinde mane et sero bina coclearia accipiat. quamvis malas excreationes hoc sanat. pineam et tragacanthi ÷ I in vino veteri percoques ita ut de surculo assidue agites, et post adicies piperis triti grana C, et spicae nardi scrip̄ II. storacis scrip̄ V in mortario pones et de vino modice mittes, et conteres storacem ut se commisceat, et mittes quae coxisti. adicies mellis despumati acetabulum et denuo decoques ut fiat mellis crassitudo, et exinde mane et sero coclearia singula sumat sive terna.

Ad II, 25 (71) De asthmaticis *(fin.)*.

Aliqui iecur vulpinum aridum cum vino potui datum unice prodesse confirmant. sic herba peristereon hyptios cum vino potui data spiramenti plenitudinem tenuat. item herba suprascripta, si sucum eius cum melle bibat, indefensa est. hoc vitium celerius tollis, si hac usus fueris confectione. elaterii ℈, afronitri ℈, sinapis ℈. trita omnia et cribellata cum aqua colliges et trociscos facies, et per dies singulos dato. facit hoc ad anginas et ad subitaneas suffocationes, ventrem purgat. veretri exulcerationes quas iam cancer tenet cum melle impositum sanat. et opobalsami coclearia singula per triduum accepta, optimum adiutorium est.

Ad II, 26 (76) De epaticis *(ad fin. cf. supra ad p. 178, 3)*.

Et his adiutoriis omnibus epaticis multum scio salutis restitui. herbae hyoscyami sucus datus unice sanat. nasturcium herba edita mirum est. item herbae paeoniae ʒ II, cyperi ʒ I cum aqua calida bibat, optime facit. buxi folia contundes sucumque per linteum exprimes, et per triduum bibat. masticen teres et cernes et cum suco brassicae in genus |

1 *eadem (cum Prisciani capitulo) leguntur ad Gal. lat. l. III cod. Leid. c. 55.* 4 dragagantū *b. hoc idem remedium supra posuerat ad II, 62.* 5 pip̣ tritū *b.* 7 ponis *b.* conteris *b.* 8 mittis *b.* mel despumatū accit. *b.* 13 peristeron hyption *b (cf. Diosc. 4, 61).* 15 ff̄ *b.* si: et *b.* īdefensa *(sic) b.* 16 Electerii ℈ *b.* 19 angenas *b.* vere cıu exulc | exulĉationes *b.* 20 q̂ (quam) *b.* 22 acceptū. aptimū . . . *b.* 25 sucū datū *b.* 26 herbā ęditā *b.* 27 bib̄. *b.* 28 contund' *b.* exprimis *b.* 29 masticē *b.* ingeńus | mal'. *b.*

malagmatis facies, ac mundo panno induces. calefactum impone, ut adunet ad se carnem et potum. VII diebus tolles. etiam iterum fac. numquam tibi epar dolebit. cornu cervino combusto, cum modico pipere et melle contrito, et per triduum potui dato, ita ut in ipsum latus iaceat, mox sanus fiet. plantaginis sucus tepidus potui datus mire succurrit.

Ad II, 27 (77) De ictericis (*post* in ovo dato).

Radicis sucus potui cum dulci ante balneum datus prodest. cimices inpari numero cum pipere triti ex vino potui dantur. lupini crudi triti et tenuissime cribrati cocleare I in aquae calidae quartario bibat, et in ea parte recumbat, epar curat. pulverem sileris montani cum vino veteri bibat. si frigus fuerit, tantum pensum piperis misces, et in ipsum latus recumbat, mire epaticis prodest. item sagapenum in modum fabae in aqua calida per triduum bibat, et intermisso die ut supra similiter, et in ipso latere iaceat. hoc facto quamdiu dolor de epate pauset, herba lychnitis quae habet lanuginem mittatur pro licinio in lucerna. corticem radicis eius conteres et sucum eius quantum potio meri est, per triduum potui dabis. item expertum. cymulas rutae duobus digitis pollice et minimo dextrae manus leges XI et piperis grana XI, quod si hiems fuerit, XV grana mittes et trita cum vino aminaeo dabis, et in ipso latere iaceat. item expertum. herbae flomi radicis corticem tritum ex vino aut condito dabis per dies V aut VII aut satis VIIII, et sanabitnr. item. murrae costi folii ana ℈, trita et in pulverem redacta cocleari I in passi potione et parum aquae calidae potui dato, statim sanat. in musti ex uvis albis congio cydonia V non purgata coques, et mala punica V et sorborum sextarium, rus syriaci SS I, croci ℈ in | *(p. 111)* eodem musto coques usque ad crassitudinem mellis, et in vase vitreo servabis, et cum opus fuerit propter dolorem epatis, ligulam sumes. item. apii seminis scrip̄ XVIIII, petroselini scrip̄ XV. trita in vino optimo melleque despumato colliges et in vitreo dolio repones, exinde post balneum in tepida

3 cervinū combustū . . . contritū . . . datū . . . *b.* 8 potat⁹ *b.* 10 tenue *(sic) b.* 12 fric⁹ *b.* 14 sagapinum *b.* 17 lignitis q̄ *b.* 18 et mitatur *b.* conteris *b.* 21 legis *b.* 22 hiēp⁹ *b.* mittis *b.* 23 flom *(sic) b.* 26 *id est* semuncias singulas. 26 cocl'. I. *b.* 27 datū *b.* sanet *b* musto *b.* *(haec ex Ps. Plin. 2, 4. cf. not. p. 45 Lips. et Marc. p. 304, 24).* 28 citonia *b.* 29 ros syriacū *b.* 31 servas *b.* 34 reponis *b.*

scrip̄ VI miscebis et potui dabis. item. gentianae, murrae, aristolochiae rotundae, bacarum lauri ana ℒ I. omnia in pulverem redacta cum melle colliges et in magnitudine abellanae cum aqua calida potui dato, epatis dolorem sanare expertum est. cicer album, asparagi silvatici cymas et betae albae semen cum aqua ad tertias decoques et per triduum bibes, mire sanasti. item. herbam vettonicam ex vini cyatis III siccam et in pulverem redactam frequenter sumptam proficere experti sumus. herbae lapathi radices conterito et cum vini cyatis VI potui dato, mire persanabis. herbam sabinam et absinthium ex aqua ad tertias decoctam, et usque sanus sit tepidum potui dato. ut experimentum habeas, porcello da exinde bibere et occide eum, et splenem ei non invenies. dabis hoc homini per triduum et in ipsum latus iaceat. hoc et splenem potenter curat. herbae sabinae pulverem, hiemis vero tempore addes et piper aequali mensura, in vino per triduum potui dabis, usque sanum sit epar. hoc et ad splenem facies. [et hiera per triduum . . . *Pr.*

Ad II, 28 (82) De spleniticis *(fin.)*.

Tamaricis ligni fasciculos III in olla rudi cum aceto decoques ad tertias, et exinde ternos globos per triduum bibe, et sanasti hominem. fabam frixam in aceto per triduum infusam post in mortario teres et induces in panno mundo et super splenem impones, et admiraberis. dolorem quidem facit, sed summe sanat. epar et splenem curat, si herbam erucam tundas ac suci eius cyatos quattuor et vini cyatum I potui des, et in ipsum latus iaceat, vitiumque sanabis. hoc maxime de experimentis est. herbam sabinam et absinthium ex aqua ad tertias decoques et ex eo calido facto ieiuno calicem plenum potui dabis, et in ipso latere iaceat. hoc splenem et epar optime

1 misces *b.* 2 ana ℒ .I. ÷ Oīa . . . *(sic) b.* 4 eparis *b.* 5 sparagi s. comas *b.* 6 bib̓. mire s. *b.* 7 herbe vethonicę *b.* sicca . . . redacta . . . sumpta *b.* 9 lapacii *b.* contritę *b.* cū uino cyatos VI b. 10 savinā *b.* 11 decocta . . . tepid' *b.* 13 occid' *b.* o. cū et splen ei *b.* 14 splen *b.* 15 savinę *b.* addis *b.* 16 et in *b.* 17 splen *b.* 20 Tamarici *(sic) b.* 22 Faba *etc.* (*pro* —ā) *b.* 23 teris *b.* inducis *b.* 24 splen *b (sic semper).* 26 sucū *b.* dato *b.* 27 h' in̂ *b.* 28 *cet. cf. supra idem* de ictericis *p. 322, 10.* 29 decoctū *b.*

⟨curat⟩. ut experimentum habeas, porcello da exinde bibere et occide eum et splenem ei non invenies. hoc per triduum. salicis cymarum faciculos III decoques in aqua ad tertias, et diebus V potui dabis calicem plenum diurnum. radicitus eum siccat, sed post non gravabitur, | *(p. 113)* sicut supra scriptum est hac potione ita experimentata. herbae cyclaminis radix collo suspensa et super splenem de fasciola ligata prodest. vesicam bubulinam sive porcinam aceto acerrimo implebis et calidam spleni impones. cinerem ex aqua consperge et super splenem horis duabus impone. ervum vel eruca prodest, si cotidie spleniticus manducet ieiunus. ad splenem et media tumentes. perdicalem herbam tunde et sucum per linteolum colato, et luna decrescente per tres dies Iovis potui dato. lolium friges et teres, eiusque pulverem ieiuno potui dato. caricas in aceto infusas teres, et in panno inductum mire prodest. bitumen liquidum in pellicula pilosa de utre vinario inductum imponito. item. gypsum in aceto maceratum in panno inductum imponito. hederae bacas per triduum in aceto infusas et cum axungia veteri contusas in novo panno inducito et imponito ita ne per triduum solvat. rutam cum axungia teres et panno inductam impones. brassicae semen cum aceto tritum et tamquam malagma in panno inductum aut in charta spleni imponito. si aestas est, ab hora prima usque ad VII pones quamdiu sufferre possit, si hiems, tota die, sane luna decrescente. pedem sinistrum in arborem caprifici pones, et vestigium pedis de cortice eius tolles, et ipsam corticem in fumo suspendes. lacertam viridem in vase fictili novo mittes, et per medium limen pendeat, ubi spleniticus manet, et condes. dum exit sive ingreditur, idem vas tangat,

1 curat *om. b.* 3 cimas *b.* 4 diuturnū *b.* 5 gn̄abit *(sic) b* (= generabit). | sic̄ sup̂. s̄s ē hanc porcionē *etc. b.* 6 *cf. Marc. p. 236, 26.* 7 ligato *b.* 8 īples *b.* 9 cinus *b.* conspalge *b.* 10 herbū t erucā *b.* 11 spleneticus *b.* Aplen τ media tumt̄s *b.* 14 teris *b.* 15 teris *b.* 19 inducto et īposita *b.* 20 *cf. Marc p. 240, 31.* inducta īponis *b.* 22 inducta *b.* 23 et spleni *b.* ad hora *b.* 24 ponis *b.* hyemps *b.* 25 *cf. Marc. p. 241, 1.* 26 ponis *b.* tollis *b.* ipsā *(sic) b.* 27 suspendis *b. cf. Plin. ap. Ps. Plin. f. 42ᵇ etc. Marc. p. 239, 11.* 28 mittis *b.* spleneticus *b.* 29 eundem vas *b.*

mox ab eo morbo liberabitur. alii capita XX contusa cum aceto et in panno inducta imponito. lotio eius qui dolet cinerem cribratum consperges et in panno calidum spleni inductum saepius imponito. ebuli radicem contunde et in pulverem redactae coclearia III ex vini cyatis III in limine stans per triduum bibat, et ebulum sine ferro collectum secum portet. herbam sabinam ex aqua ad tertias decoques et ex aqua calida calicem plenum, addito quippiam piperis si hiems fuerit, per dies XI vel XVII potui dabis. bacas lauri XXI, piperis grana LXI in aceti acerrimi hemina mixta, et ex eo cotidie singula coclearia ieiuno potui dato. lasaris radicis pulveris cocleare I, aceti coclearia V, mellis cocleare I, omnia commixta potui dato. stercoris caprini pulverem in vino misceto, ex vase picato potui dato. hoc et ad renum dolorem prodest. cum cuppa de hedera quisquis potaverit, ab omni splenis molestia securus servabitur. pulmo in fumo | *(p. 114)* siccatus et in pulverem mollissimum redactus, et ex eo modice in pusca ieiuno potui dabis die Iovis luna minuente. et ut potionis effectum mireris, porcello de eodem in potione dato bibere, et post occides eum, splenem aut nullum aut satis parvum invenies. salicis viridis folia cum modico sale diligenter trita, in modum emplastri super splenem impositum prodest. si autem citius et plenius curare volueris, cortices viridis salicis diligenter tunsas in melle decoques, et ex eo duo coclearia ieiuno praebebis. cornu cervini combusti cinerem ex aceto potui dato. lapidem gagaten accendes et in acetum mittes, et exinde calefacti dabis V singula coclearia, bibat, et ipsum lapidem in splene per triduum alligatum habeat. diatessaron in modum abellanae potui cum oxymeli dato. gagaten in vino decoques ad tertias, et bibat. leporis iecur crudum glutiat, si vir de masculo, si femina de femina. accipitris iecur crudum glutiat. vulturis iecur crudum cum sanguine edat. potentissimum est herbae verbenae flos sine ferro collectus, libras IIII S de-

1 ab̄o *b.* contūsa *b.* 2 inductū *b.* lotiū *b. cf. Marc. p. 237, 32.* et cinerem *b.* 3 conspergis *b.* 4 hebuli *b. cf. Marc. p. 237, 15 (235, 32).* 5 redactā *b.* 10 mixtū. et ex eo *b (sic saepe).* 11 pulverem *b.* 13 miscito. et v. *b.* 19 de eadem in potione *(sic) b. de experimento cf. supra (bis).* 23 vol' *b.* corticis *b.* 25 cinis. ex . . . *b.* 26 accendis *b.* cal' factū *b.* 27 bib̄ *b.* 28 insplen *b (ut* super splen 22 *etc.).* Diāt. | *b.* 29 oximelle *b.* 30 bib̄ *b.* 31 aucipitris *b.*

coques ex SS VIIII. caelestis sane aqua ad tertias decocta, menex ea per triduum SS singulos potui dabis, prodest. [Haec omnium commodis operabuntur si labores frequenter libentius sustinentes . . . *Pr. p. 184, 15.*

Ad II, 29 (86) De stomacho et eius querellis.

[Impono frequenter cucurbitas ipsi stomacho.] et his potionibus adiuvandos esse suadeo. ventrem ossifragi resectum terito et cum vino potui dato, sedat dolorem. ferrum candens in vino extingues in gabata arretina, et potui dato, stomachum confirmat. rutae lib I, bacas lauri numero XXVII, guttae ammoniaci ÷ II, caricarum lib II. simul in panno inductum stomacho impositum dolorem frigus tussim et flegma sine more sedat.

mira potio ad suprascripta. folii seminis mastices croci piperis ana ÷ I, bacarum lanri ÷ I. omnia in pulverem redacta cum vino afro colliges et trociscos facies et ieiuno vel post | *(p. 115)* cenam per dies V vel VII potui dabis, et sanasti. herbae senecionis flores cum carica, bene subactum et impositum summe sedat stomachi dolorem.

refrigeratorium stomacho in febre. cerae lib I, lithargyri lib I, adipum porci lib I, mellis lib I, conficies et uteris. item rosae folia VIIII, piperis grana VIIII. conteres in vino vel in calida aqua, potui dabis, stomachi dolorem tollit. lenticulam in aceto coctam edat. cocleas crudas III sublatis testis glutiat. satureiam cum vino tritam potui dato. erucas virides ieiunus edat. lac bubulum mox mulctum sic tepidum ieiunus bibat, quamvis exulceratum stomachum sanat. probatum est. item mastices pulvis et albumen ovi si contritum in panno inductum stomacho imponatur. stercus mustelae cum aceto contritum et corpus perunctum. faenum graecum coctum et ius eius potatum rigorem et perfrictionem stomachi discutit.

7 ossifragia *b.* 9 candentē *b.* extinguis *b.* aritina *b.* 10 Rutha *b.* 11 gutta *b.* 12 frigdorem *b.* 14 Mira p̄c̄ *(pro* p̄ō) *b.* ad ss *b.* Folii sem̄. Masticis *b.* 15 bacas *b.* 16 et cū vino *b.* colligis *b.* 18 senecion *b.* subiectū *b.* 21 conficis *b.* 24 sublatas (i *supra* a) testes *b.* 28 I p ÷ *(ex corr., cum prius habuerit* p ÷). It masti c̄ pulūē . . . *b.* 31 perfricationem *b.*

Ad stomachi dolorem et ructus amaros quos nec potio nec cibi iuvant. centauriae tritae scrip̄ VIIII in vini cyatis III per triduum bibat. hoc et lumborum et lateris dolori prodest. rutae semen cum sulphure vivo in aceto contritum ieiunus gustato.

Ad inflatioues et acriores stomachi dolores. feniculi et apii radices in vino veteri albo infundes, et ieiunus exinde cyatos duos bibat. rutae paululum in cibo aut in potione sumito. fimum vituli ex vino potui dato, omnibus stomachi querelis subvenit. lapidem gagaten in aqua fontana decoques, et bibat. diatessaron suprascripti antidoti cocleare I cum vino aut calida aqua ieiunus bibat, omnibus stomachi querelis subvenit. hoc si tertio quis in anno biberit, semper stomachum sanum habebit, probatum est.

[Declinantibus vero doloribus cyminum frixum . . . *Pr.*

Ad id II, 29 (*89 post* applicabo).

et herbae victoriolae suci cyatos III cum melle potui dato ieiuno, mox incidet flegma.

Quibus autem ex flegmate inflatio fuerit et stomachus infrixerit, calidae unctionibus curandus est. mastices mentae arnoglossi piperis castorei ana ÷ I. nam et corticis radicis feniculi libram I et S, aceti ℔ II coques usque ad medietatem, et huic aceto partem III mellis admiscebis, iterum coques, et in modum electarii uteris. similiter adiuvabunt oxyporia ex ameos ⟨semine⟩. item. ligustici apii seminis ÷ I, piperis ÷ II cum melle despumato colliges, et post cibos bina coclearia ieiuno dabis.

Si vero inflatio stomachi cum tensione fuerit, fasciculum puleii, herbae nepetae tantundem decoques in aqua diutissime, piperis ʒ I teres, mellis cocleare I miscebis in aqua suprascripta, et bibat. et aforis epithema impones Nileos vel diasamsucu.

1 Ad st. d. *rubr. in b.* 4 S *b.* contrito. et ieiunus *b.* 6 Ad infl. *rubr. b.* 7 infundis *b.* 11 bib. *b.* s̄s antidotū *b.* 12 bib. *b.* 17 *Ps. Apul. c. 59 (!).* 19 Quibus *etc. rubr. b.* 20 Masticę. menta. arnoglossa pp. castoreo *b.* 21 cortices *b.* 23 p^te mmelt amisces. It̄ *b.* 24 el'ect *b.* oxoporia exameos *b* (*om.* s̄). 25 liuestici *b.* 28 *rubr. b.* 29 neptę *b.* 30 teris *b.* misces *b.* 31 s̄s *b.* bib. *b.* epytima īponis Dianileos l' dia samsucū *b.*

Item. si dolor stomacho evenerit, tali oleo fomentabis. ℞ storacis, absinthii, aloae, mastices ana ÷ I. haec linteolo ligata infundes in olei ℔ I et vini hemina, et coques usque vinum consumatur. hinc diutissime stomachum fomentabis. epithema diamelilotu. dabis etiam eis bibere cymini assi cocleare dimidium et seminis apii tantundem ex aqua in qua rosa decocta est.

Sane si singultus frigidus ex flegmate permanente stomacho obvenerit, hanc dabo potionem. piperis ÷ III, castorei ÷ I, in pulverem ⟨redacta⟩. dabis in aqua calida cocleare I.

Item aliter ad singultum. piperis, castorei ana ÷ I cum calida bibat. item manus eius ambas in aqua calida facias tenere. item anulum assidue cum digitis medicinalibus de dextra manu in sinistram duces, de sinistra in dextram. item nomen eius in manu eius retroactis litteris scribes et legere illum hoc nomen facies. si autem litteratus non fuerit, ipsum nomen de manu eius ex aqua calida lavabis, et bibat. nam et loco calido si iaceat, multum iuvat, et pectus eius ex oleo nardino vel cyprino fricabis, et adrianum optimum potui dato, seu diatrionpepereon vel diatessaron summe facit.

[Fastidio incidente . . . *Pr.*

Ad id. II, 29 (*90 post* valeant abstergere).

Rafanum cum melle et aceto edat. vettonicae ʒ II cum aquae mulsae cyatis III bibat, mire sanabitur.

Ad id. II. 29 (*91 post* murta cocta fuerit).

Si nimietas vero vomitus fuerit hominemque vexarit nihilque cibi continere poterit. ℞ aneti ʒ I, piperis ʒ quattuor, cymini ʒ quattuor. haec omnia trita tenuissime dabis cum aqua in qua coxeris mentam et mala cydonia vel summitates teneras de vitibus aut murtam viridem. addes ius etiam et

1 *rubr. b.* stom^o *b.* 2 storace *b.* aloe. mastice. *b.* 4 stom^i *b.* 5 Epitima dia melilotū. *rubr. b.* 8 *rubr. b.* 10 ī pulvē dab *b.* 12 *rubr. b.* 13 bib. *b.* 15 duc̄ *b.* 16 retratis *b.* scriptis *b.* 18 bib *b.* 20 nardo *b.* adrianum *b* (*sc.* vinum). 21 pipeon *b.* 24 vetonicę *b.* cū aq̄ mulsa cyatos. III. bb. *b.* 27 Si | mietas (*sic*) *etc. rub. b.* fuerūt *b.* 31 mirthā virid' *b.* addis *b.*

vinum, et ita dabis maxime euntibus dormitum. et aforis cataplasmabis palmulas in vino decoctas et mala silvestria similiter, adiecta farina de pane transmarino vel de oryza. et alium coctum in melle manducet, et vitium sedat. feniculi semen tritum in vino aut aqua bibat, et vomitum stringit et nausiam sedat. pectoris dolorem et linguae tolles, si nasturcium herbam ex aqua decoctam potui dabis. herbam nasturcium ex lacte caprino decoctam bibat, bonum est. cruditatem tolles piperis et puleii pari pondere cum vino potato.

Ad eos qui cibum non digerunt, ad inflationem et ad colum tale facies oxyporium. ℞ piperis ⟨grana⟩ XII, ligustici seminis ÷ IIII, petroselini macedonici ÷ IIII S, thymi ÷ I, cymini ÷ I, puleii acapni annotini, mentae ana ÷ III. omnia in pulverem redacta cum melle colliges, et uteris.

Cordis dolorem et praecordiorum emendas, si cor pullinum siccum ℈ I piper ℈ I in vino bibat. cucumeris semen et salicis semen et piperis grana XL simul conteres, et cum vino afro ieiuno per triduum potui dabis. herbae bliti sucum per dies quattuor potui dato, bonum est. mane ieiunus panem super carbones tostet, in vino afro infusum manducet et diastema faciat, miraberis effectum. hoc et spleniticos curat. ovum crudum ex una parte aperis et evacuas, et imples cum lotio pueri virginis admixto, | *(p. 119)* et potui dato. hoc et ardorem praecordiorum sanat et lumbricos occidit. bacas lauri III in vino coctas tritas bibat, cordis dolorem mire remediabis. cyminum aethiopicum commanducato. sucum eius glutiat. acuculas pineas virides tritas cum vino bibat, et a cibo pingue abstineat, liberabitur.

Cardiacis subvenis, si aqua ubi holera cocta sunt addito sale potui detur. ruta ex aceto et melle cum farina hordeacia, pectori impositum prodest. vinum calidum cum spongia impositum mammae sinistrae. mentae semen cum polenta et vino mammae sinistrae calefactum imponito. folia

5 bib̄ *b.* 6 toll' *b.* 8 bib̄. b ÷ *b.* 9 pulegii *b.* potatū *b.* 10 *rubr. b.* 11 Piperis XII ÷ Livestici s̄ IIII. P. *etc. b.* 13 pulegiū acapnū annotinū *b.* 15 *rubr. b.* 16 bib̄ *b.* 17 XLᵃ *b.* conteris *b.* 18 blite *b.* 19 b ÷ *b.* 20 infusā *b.* 21 diastema *(sic) b.* spleneticos *b.* 23 p. v. ana mixtum. | *b.* dato (—v̄ *corr.*) *b.* 26 commanducatū *b.* 28 pinguȩ *b.* 29 *rubr. b.* cocta cocta *b (i. e.* olera c. *Ps. Plin. 3, 20).* 30 abdito *b.* 31 ordeacea *b.* 32 mtȩ *b* (murtae *Pl.*).

rubi trita viridia in pectus imponito. sucum mororum quae in rubo nascuntur, potui dato. rutae fasciculos in rosaceo et aceto decoques et immiscebis ⟨aloes⟩ ÷ I et exinde eum inungues, et sudorem sistit. radice ferulae ex aceto et oleo cocta perunguito, sudorem sistit. cornu caprini cineres cx oleo murtino adversus sudorem perunguito.

Praecordia ⟨si⟩tumebunt, bulbi triti pro cataplasmate impositi mire curant. feniculi seminis ʃʃ I ex aqua mulsa, et in panno inductum calente stomacho saepius imponito. feniculi farina cum pari mellis mensura decocta, ceroti modo panno inductum imponito, mirifice sanabitur.

Pulmonis dolorem tollit feniculi semen tritum cum aqua calida potatum, sive sucus eius potatus. trociscos diaspermaton cum aqua calida potui dato.

Si vero stomachus fuerit nimio calore vexatus, hanc potionem dabis. mastices ʒ II, mentae siccae ʒ I, anisi ʒ I. haec trita et suco plantaginis collecta in modum abellanae cum aqua frigida resolves et potui dabis. et aforis frigidis uteris cerotariis. cognosces ex eo nimium calorem stomachi, quia interdum choleram movet et ardorem continuum in ipso stomacho vel ore ventris sentiant patientes cum punctione atque dolore. nam et tactu manuum probatur, ardet nimis extra naturam. si vero ex ipso calidus singultus fuerit et quasi mordens, et comedi sibi stomachum senserit, dabis aquam tepidam bibere, et iuvabis eos pennis oleo infusis provocans vomitum. si singultus et sternutus frequens fuerint, aquam frigidam et acetum nitro commixtum potui dabis. et aristolochia et abrotonum similiter prosunt. [Si tantum sola effusione ventris fatigati fuerint . . . *Pr.*

1 sucus mo♃ qui . . nascitur *b.* 2 rosaceo *b.* īmiscis ÷ I *(deest* aloes, *ut habet Plin.) b.* 3 inungs (i *supra*) *b.* 5 mirtino *b.* 6 sudorēs *b.* 7 si *om. b* (tumebunt *rubro scr.*). pro cathaplasma *b.* 8 curat *b.* 10 farina. porri mell' mensura decocta *b. cf. Ps. Plin. p. 44, 6.* 12 *rubr. b.* toll' *b.* 13 pot& *(cum corr.) b.* 15 *rubr. b.* 16 mastic̄ *b.* anisíí *(sic) b.* 17 colła *b.* 18 resolvis *b.* 19 cognoscis (i *supra*) *b.* colorē *b.* 20 col'a *b.* 21 os vets *b.* pacientis *b.* 23 calido *b.* 25 eos vomē̆. Pennis . . . *b* (*ubi omisi* vomere). 26 si: S; (set) *b.* 28 aristologia *b.* abrotanus *b.*

Ad id. II, 29 (92 post acescunt cibi).

[Quibus vero flegma supernatat et cibi frequenter acescunt,] calidis curabis medicamentis sive extrinsecus adhibendo sive per os dando. et si nimium flegma in stomachum senseris vel in os ventris esse congestum, oxymeli conficies tale. feniculi radicis corticis ÷ VII, mellis lib I, ireos illyricae ÷ I, ysopi ÷ IIII. haec tunsa in aceti ʂʂ I pridie infundes, deinde lento igni coques usque acetum ad medium veniat. colabis munditer, sicque mel addes suprascriptum, et rursus coques donec acetum consumatur et ad mellis spissitudinem redigatur. hinc dabis coclearia IIII cum aqua calida, et aforis epithemate polyarchion uteris. [his et bubulam dari suadeo . . . *Pr.*

Ad II, 30 (98) De lumbricis (*post* mentae viridis decoctio).

[Similiter mentae viridis decoctio] operatur. rafanus cum sale sumptus omne genus perimet lumbricorum. in sapa ferrum aeruginosum extinguito candens ac potui dato. afronitrum in vino solutum potui dato. vel ipsa herba sumpta summe facit. betae cum alio decoctae sumendum cum oleo et sale conditum dato, lumbricos et taenias eiciet. lupinorum aqua ubi decocti sunt addita ruta et pipere, potui dato. mala punica ad tertias aqua decoques et ipsam aquam potui dato. hederae albae bacas tere et in oxymeli potui dato. inulae viridis sucus de radice eius tepidus potui detur. . . . . . . herbae decoctio potui | *(p. 122)* detur. coriandri grana XI cum aqua pisile crebro destillato. [Cibi dandi sunt digestibiles . . . *Pr.*

Ad II, 31 (1 2) De dysentericis (*post* reponenda sunt).

quae (*sc.* vina) ita conficiuntur de dactylis vel sorbis ut ante pridie dactyli in vino infundantur et alia die levi pruna coquantur modice, et colato vino ipsi dactyli a patiente manducentur, et vinum calidum potui detur.

4 *haec rubr. scr. b.* in stom° *b.* 5 congestā *b.* oximel *b.* 6 corticeˢ [i] *(ips. corr.) b.* 7 in: et in *b.* infundis *b.* 9 addes. ff. *b.* 11 epytima poliarchor [i] *b.* 14 rafanū . . . sumptū *b.* 16 candentem *b (ut supra ad 2, 86).* 17 herba *(sic) b (om. qualis).* 19 tineas *b.* 20 additi Rutha ⁊ pipe *b.* 21 decocta et . . . *b.* 22 oximelle *b.* ynule *b.* 23 Tytaritę herbę *b: nomen h. corr. omisi.* 24 pisile *(sic) b* (aquae pusillo?).

Ad id. II, 31 (102 post cetera similia supradicta).

huius vero trocisci nomen diachartu vocatur et cinis graecus. axungiam sine sale in patella nova liquidas, et cum cinere infermentas, ita ut sit liquidum, inducis panno et ad ventrem imponis, et post triduum sanasti. taeda de pino igne perusta, carbo tritus minutissime cum vino, cyatis II potui dato, valde miraberis. testas ovorum unde pulli nati sunt tritas minutissime in ovo sorbile cum sale seu cum vino potui dato, probatum est. columbini ⟨fimi⟩ sicci triti partes duas in pulverem redacti et mellis partem unam commisces ut sit malagmatis genus, linteo inducis et imponis, unum ad ventrem et unum ad renes, probatum est. item verrinum fimum comburis, piperis grana XI simul teris, et cum vino veteri per triduum potui dato, mox sanus fiet. vaccinum iecur assum edendum si dederis, liberabuntur. | *(p. 124)* vel si pulverem de speculare vitreo facias, et ibi intinctum iecur manducet. herbam vettonicam ex vini cyatis tribus frequenter potui dato. ovillum sevum in vino austero decoctum bibat. coagulum haedi vetus potui dato, sanabitur. ovum decoctum in vino veteri vel aceto edendum dato. palumbus agrestis decoctus ex pusca per triduum edendus datus prodest. lentisci folia cum vino potui dato, mire prodest. cinerem calidum cribratum aceto mixtum impone ventri et renibus. limum de cucumere exime, tere diligenter et in aqua calida ieiuno potui dato. mali granati flores siccatos tundes, et cum vino potui dato, dysentericos a morte liberat. rubiae denarii unius pondus febricitanti ex aqua calida conteres, et cum vino potui dato, mire prodest. singulare remedium, si ovum in fictili vase novo infundas, et tantum, id est ovi mensura, adicias oleum mel et acetum, et subinde in prunis agitatum cum tepuerit edat. turdus cum bacis de murta assus edatur. pruna silvatica vel radicis eius cortices in vino austero usque ad tertias coque,

2 diacartū *b.* cinᵓ ϶recū *b.* 3 Axungia *b.* cū cinᵓ *b.* 7 testes *b.* 8 in: et in *b.* Sorbile *b.* 9 columbinā (*om.* fimū siccū tritū . . . redactū *b.* 11 malagme *b.* 16 de peculare vitreo *b.* 17 vetonicā *b.* 22 cinᵓ calidū *etc. b.* 23 m. ventri. et īpone renibus *b.* 24 dato: dabo *b.* 26 dissūtericos *b.* robię danarii *b.* 27 conteris *b.* 28 s. r. *rubr. b.* 29 m̄surā *b.* 31 mirta *b.*

et exinde cyatum unum potui dato. vinum ubi pira agrestia fuerint decocta, potui dato. murtae sucum potui dato, et vinum ubi eandem murtam decoxeris. iuniperum tritum ex vino nigro expressum potui dato. rubi cymas in vino decoctas edendas dabis. vel ipsum vinum potatum optime facit. ficata omnium rerum assata et edita ventrem stringunt. ficatum bubulum expurges et in aceto infundas et assum in cibo dabis. hoc et sanguinem assellantibus facit. fimum columbinum siccum tritum cum vino potui dato. turdus assatus sive merula gravissimum ventris vitium sistit. hircinum iecur siccum ex vini ℥℥ II ad heminam decoctum bibat. coagulum leporis in pane commixtum in cibo datum mirifice facit. fici folia in sole siccata trita et in pulverem tenuissimum redacta in potione dato, quamvis dyssenterici et coeliaci a medicis sint derelicti, salutem restituet. paleas in vase combures et facies hominem coopertum supersedere, ut fumum ex ipsis quantum potuerit capiat. mox stringet, mirum est. hoc saepius facito. herbae proserpinacae sucum aequa mensura cum aceti cyatis IIII ieiunus mane et sero bibat, mox sanus efficietur. hoc et sanguinem assellantibus facit. si vero ex ea potione non strinxerit sanguis, morietur. hoc et ad haemorroides facit. item ad ipsum. |*(p. 125)* lauri bacas numero XLVIIII, cymini ℥℥ I simul teris et cum aceto temperas in modum malagmatis, et ventri ac stomacho impone, et sanabitur. lapidem gagaten in vini ℥℥ I coques et potui dabis. herba polygonum viridis trita cum aqua tepida potetur, bonum est. item puleium commanducato et umbilico imponito. senectam serpentis cum rosaceo decoquito in vase stagneo, et ventri illinito, probatum est. [Haec omnia stomachi vires nutriunt . . . *Pr.*

Ad id. II, 31 (104) — vid. ad textum Prisc.

Ad II, 32 (108) De hydropicis *(ad fin.)*.

[Stercus columbinum ʒ I, rutae seminis ʒ II in oxymelle datum purgatorium maius est.] Cucumeris silvatici lib I S decoques in olla nova in vini ℥℥ I et S ad tertias, et exinde paulatim sumat, et sorbeat, nimis purgabitur. lotium caprarum

7 expurges?: apungis *b.* 10 hyrcinū *b.* 14 ciliaci *b.* 15 comburis *b.* 18 Suc⁹ an̄ cū . . . *b.* 19 ieiuno *b.* 20 strinxerit *(sic) b.* 21 emorroidas *b.* 22 auri *(sine litt. in.) b.* 23 malagmę *b.* 24 vino *b.* 25 poligonia *b.* et cum *b.* 26 pulegium *b.* 34 vino *b.*

agrestium potui dato iuvenibus cyatos IIII . . . cum melle cyatos minores III, mirum est. apii seminis triti coclearia II ligas in linteo, et graminis radicis . . . mittis simul in cucuma fictile, et ex aqua decoctum potui dato, et quotienscumque bibere voluerint. paulatim hydropicos vel cachecticos exinanit. hoc spleni medetur. alium viride cum fico duplici sumptum purgatorium est. harundinis summitates tritas et cum vino decoctas, sucum earum cum melle ieiuno potui dato. in sablone maris calido eum saepius volutatum seu obrutum, satis iuvat. sinapi et cyminum et ficus, aequis ponderibus tritum super ventrem imponito. caricas et absinthium cum vino coques addita farina hordeacia et nitro, omnia simul commixta in genus malagmatis, in plagella inductum ventri imponito. ibisci radices in vino coques et teres et sicut cataplasma impones. ex vino ipso primum lotum fomenta. item ebuli viridis radicem exime et terram excutito, et noli lavare radicem, et quod duobus digitis ex vino veteri comprendis sextario dilutum calido, ieiuno potui dato, bonum est. herba nasturcium, quam nos ecaticum dicimus cum vino trita potui data sanat, et edita hoc idem praestat. ysopum et murram, ex vino contritum potui dato. herbae vettonicae ʒ II ex vini nigri cyatis III per triduum calido potui dato. salicis hastulas ad tertias aqua decoctas prout poterit bibat. cancros marinos aut fluviatiles assos assidue sumat. testudo praecisis pedibus cauda et capite, abiectis interaneis ita condita ut sine fastidio edat. scillam purgabis et interiora eius in aqua ad tertias decoques, inde scripulum I cum melle vel aceto potui dabis, per urinam purgabitur. sambuci radicem cum vino decoques, inde cyatos III bibat. hederae quae chrysocarpos vocatur pro eo quod aureo colore grana afferat, huius ergo grana XXX in vini ℥℥ I conteres et ternos cyatos bibere dabis, et mox per urinam ibunt. in furno planipedio bene temperato hominem nudum in tabula

1 dato | iuvenibus cyatos IIII cum melle cyatos m. III. *b.* 2 s̄ tritū *b.* 3 radicis mittis *b.* voluer̄ *b.* 7 arundinis *b* 8 suc⁹ *b.* sablone *(sic) b.* 9 voluptatū *b.* 10 sinape *b.* 12 ordeacea. et nitrum *(sic) b*: *cf. Ps. Plin. med. p. 95, 19 (r).* 13 malagmę *b.* 14 evisci rad' *b.* teris *b.* sic̄ cath̄. ĩponis *b.* 19 ecaticū *(sic) b.* da sanat *b.* 20 et mirra *b.* 21 vetonice *b.* ex vini n. cyatos *b.* 25 *sic b.* 26 squillā purgas *b.* 28 hedera *b.* 29 crisoconos *b* (chrysocarpos *Plin. et Ps. Plin.*). 30 XXX. *b* (XX *Pl.*). 31 cyatos *add. ex. Plin. (om. b).*

sisti facias. ne caleat utique quamdiu sufferre poterit sedeat furno subclauso. tantus ei umor erit quod ad nativitatem redigetur. alia die hac ratione eum potabis. accipies gramen nodosum de agro, illud quod super terram eminet, et amputes radices subterraneas, scilicet quae sub terra sunt, et in vase novo in VI ʂʂ aquae pone et ad tertias usque decoque, admisces aquae ʂʂ I, lotium caprarum quae lentiscum per triduum paverint, et per triduum ieiunus bibat. cibos vero carnes sumant assas et salsos pisces, vino optimo nutriantur, | *(p. 128)* id est vinum bibant. de aqua et holeribus abstinendi sunt et de carnibus pinguibus.

Ad II, 33 De renum vitiis vel vesicae

i. e. ad II, 33^b *Anonymi capitulum de vesicae vitiis* = II^2 *c. 21* De calculo *(post* fascietur, *ubi primum sequitur potio qua caput purgat, ex parte posteriore capituli Barberin., deinde)*

Item. istius potionis effectum saepius probavi, quae sic conficitur. ammoniaci, saxifragae ana ÷ VI, radicis verbenae, chelidoniae ana ÷ VI, piperis libram. omnia tunsa et cribrata. de pulvere dabis cocleare non bene plenum febricitanti in aqua calida, sano in condito aut in vino. huic valitudini valde prodesse scio.

Rafani cortices in vino decocti et ieiuno cyatis tribus potui dati calculos comminuunt, et mulier si habuerit. saxifraga cum mulsa potui data tepida [cum vino vel cum mulsa], valde mirum est. vel si in vino decocta fuerit, idem facit. rubi radicem lavas et siccas, et facto pulvere cum vino aut condito aut aqua calida bibat. hoc probatum est. nucleos pineos XLV, piperis ⟨grana⟩ XLV simul teres, et cum iactabit, vino aut condito aut calida bibat, omnes petras iactabit et sanus erit. minori aetati nucleos XV, piperis ⟨grana⟩ XV dabis. semen apii tritum potatum calculos frangit. ligusticum coctum cum aqua datum bonum est. decrescente luna die

1 utique (uq;, *i superscr.*) *b*. 3 roe *b* (*nisi f. vol.* pōe = potione). 4 emánat *b*. 7 caprinū *b* (*sc.* caprarum). 8 ieiuno *b*. 9 sumunt *b*. 10 bibant *(sic b, om. quale v.)*. 17 amoníí *b*. 20 huic valitudo *b*. 22 *hinc vere incipit cap. additum* De cauculo *atque huc pertinet rubrica in b longo ante posita.* 23 cauculos *b*. 24 *haec uncis delevi.* 28 grana *addidi.* 30 nuclei XV piperis XV *b*. 31 caulos *b*. levesticum *b*.

Iovis, si quis calculum patitur, eat in balneum et supra solium descendat, et sanus erit. hoc ter oportet fieri, quotiens dies Iovis fuerit. et in mulieribus hoc expertum. verbena trita, et cum vino bibat. nam radix eius tunsa cum mulsa potui data incredibiliter prodest, et urinam statim educit. artemisia cum murta trita, cum mulsa cyatos IIII ieiunus calidum bibat. hoc calculum frangit et urinam provocat, vesicam ab omni iniuria purgat, et mulieribus nimis aptum est. [Cubiculo calido et aere temperato iacere debebit . . . *Pr.*

Ad II, 34 (De arthriticis (= II^2 *c. 22 cod. b p. 130:*) De condylomatibus articulorum seu nervis dolentibus.

Nervis igitur potestas frigida data est, et ideo nervis adiutoria frigida prohibenda sunt. nunc autem ad condyloma remedia ordinabo. acopum valde certum. medullae cervi et eius adipis, resinae frixae, picis, cerae ana ÷ III in aereo vase lento igni decoques diuque agitabis, et refrigerato utere. nam et serpyllum cum vino austero coctum probatum est.

si condylomata in cruribus fuerint, medullam canis cum vino tere, bonum est. argemonia trita cum adipibus anserinis mixta prodest. herbam urceolarem in olla nova coques et imprimes ut demadescat. post aceto trita, bonum est. brassicam et radicem cum stirpibus suis combure, et cinis ceroto mixtus nervos fortissime consolidat. item. stercus capri melle mixtum nervos expurgat.

si contractio nervorum dolorem excitaverit, lumbricos terrestres melle contritos impone, tremulis utile est.

praecisis nervis terrenos vermes combustos cum melle impone, bonum est. axungia vetus et senecionis ⟨folia⟩ et cacumina buxi tenera et rutae cymae, pariter contrita et imposita praecisis nervis et vexatis optime subveniunt.

1 (*item* 7) cauculum *b*. 2 quocies *b*. 4 bibat (*1 superscr.*) *b*. tunsas *b*. 6 Arth' cum mirta trita cum mulsa ciatos IIII ieiuno cat b. *b*. 10 condolomatibus *(sic semper) b. cf. Ps. Plin. III, 15 Bas., de re Cels. 5, 28, 2 p. 206, 27 Dar.* 13 Nā (*pro* Nc̄) *b*. 14 cervinę et eius adipes *b*. 17 serpillum *b*. 19 acrimonia *b*. 20 orciolarē *b*. imprimis *b*. 22 cenis *b*. 23 cap (*i superscr.*) *b*. 26 dolor *b*. 26 terreni v. combusti *b*. 28 v. et senicioni. et *b* *(ubi* folia *add. ex Diosc. p. 591)*. 30 subven̄ *b*.

turis pollinem impone et tertio die solve. nam ad paralysin fidum expertum est valde.

item. euforbii, turis, murrae, guttae ammoniaci, piperis albi, opopanacis ana ÷ IIII, sulphuris vivi, nitri ana ÷ V, medullae cervinae ÷ VI, arsenici ÷ II, galbani ÷ VI, axungiae, olei laurini ana lib I, cerae lib II, olei cucumeracii lib I, olei murtini, peucedani, celtici ana lib I, adarces, castorei ana ÷ II, resinae frixae albae ÷ I. regelata cera cetera in pulverem redacta super asperges, et super oleum miscebis. probatum est in pluribus passionibus. omnes resinas cum cera prius solves et terenda super asperges, post olea pones.

item hoc expertum. adarces ÷ III, cerae ÷ II, piperis albi, euforbii ana ÷ I, olei gleucini p̊ I, malabathri p̊ I. trita et commixta utenda sunt.

aliud probatum ad omnium nervorum querelam seu paralysin. gagaten lapidem in mortario tritum mittes in cacabo novo cum oleo, et bulliat. postea ceram mittes ut stringatur, et sic repones. omnia suprascripta dissolvit et sanat.

ad omnes perfrictiones acopum. olei, cerae, | *(p. 131)* resinae ÷ II, roris marini ÷ VI, euforbii ÷ I, lauri bacas p̊ I S, ireos illyricae ÷ II, galbani ÷ I. conteris omnia et cum cera liquefacta commisces. item. acopum simplex et efficax. radicem aridam cucumeris silvestri p̊ I in olei pondere I coques adiecta cera pontica, et uteris.

tenue corpus si fractum fuerit, abrotonum, piperis albi grana VII vel VIIII tere et ieiuno cum calido vino dabis. miraberis effectum, dum saepius dederis.

s i d e r a t i s. sulphur vivum et fel taurinum cum oleo coques et corpus inde perunguito saepius. miraberis effectum sanitatis. *seq. Pr. cap. de arthriticis.*

1 palisin. et fidū *b.* 3 thuras *b.* 7 Peucidani. Celtici *(sic) b.* Adarci *b.* 8 Regalata *b.* 9 misces *b.* 10 Om̄s resinę *b.* 11 solvis *b.* 12 ep (h̄ suprascr.) *b.* adarcis *b.* 13 ana ÷ (*om.* I) *b.* glaucini *b.* Malabat̄ *b.* 15 palisin *b.* 17 cera mittis *b.* 18 reponis *b.* ss̄ *b.* 19 perfricationes *b.* 20 ros marin̄i (i *del.*) *b.* 21 yreos conteris *b.* 23 ol'o pond'e *b.* 24 punica *b.* 25 abrotanum *b.* 28 Siderati *b. cet. cf. Ps. Plin. 3, 16 Bas.*

Ad III, 1 (2) D e m a m i l l i s p. p. d o l e n t i b u s (*post* lac prohibendum erit).

marrubium contusum et impositum mammis dolorem et tumorem sedat.

Ad III, 2 (7) D e p r a e f o c a t i o n e m a t r i c i s (*post* appellant — *vid. pauca ad textum Pr. p. 229, 3*).

Ad id. III, 2 (8) ad fin. (*post* procuranda sunt).

Sed et haec superaddo quae ad matricis dolorem scripta prodesse frequenter cognovimus. lapidem gagaten mitte in vinum vetus, coque, et bibat, ipsumque lapidem in dextro pede liget. flos faeni et faenum graecum et malvam silvaticam | *(p. 135)* in se coques, et inde se sublavet. vulva mulieris suffocata respirat nidore capillorum mulieris ustorum. si mulieris vulva laesa est, aut tumor intrinsecus fuerit vulvae ipsi, vettonicam tunsam et colatam cum mulsae parte tepidam bibat. hoc et ad omne interaneorum vitium facit.

Ad III, 5 (14) D e c o n c e p t i o n e (*post* clausum — *vid. pauca ad textum Pr. p. 233, 13*).

Ad id. III, 5 (18 post encolpismum supponemus *cf. ad p. 235, 17*).

nam et masculum concipiet, gallorum testes si subinde acceptos mulier devoret. item si voluerit mulier gravida fieri, aliquid de membris corvorum duorum secum habeat.

Ad III, 6 (24) D e a b o r s u (*post* pecus molliter subtrahendum erit).

quia a b o r t i v o r u m r a t i o omnis periculosa et difficilis est, nisi suo tempore et certis diebus adhibeatur, primo vel III mense aut V vel VII aut VIII faciendum est et in illis diebus, in quibus eius menstrua venire consueverunt.

Ergo mulierem aqua calida fovere necesse est, aut post balnea dum adhuc corpus calorem in se retinet. et si unam

11 flos feni τfenugr̄ et malū silvaticū *b* (fenu grecū et florem feni et malvam salvaticum | *Vat. Reg. 1756 in quo post haec ipsa patet lacuna duorum foliorum*). 12 Ɔ–C *(sic ter) b.* 13 respiret (a suprascr.) *b.* nido *b.* usto *b.* 15 beth̄ *b.* p (te suprascr.) tep̄ *b.* 21 devoret masculum concipit *(sic iterum) b.* 25 *hoc cap. deest in cod. Vat. Reg. 1756 (cf. supra ad v. 11), Bambergensem autem in hac parte libri Prisc. neglexi.*

pessi subiectionem vel potionis non senserit, secundo et tertio repetatur, quia multae mulieres sicco corpore duriores sunt et multae teneriores. unde evenit ut medicina adhibita incerta esse videatur. primo igitur chalasticis pessariis quibus Arsinoe et Salvina utebantur. ellebori nigri ℥ III, murrae ℥ IIII, sandaracae ÷ IS. lupinorum farinae ℥ I in vino infunde et cum speciebus suprascriptis misce et digitis quattuor collyrium facito, et in umbra sicca usuique serva, et cum opus fuerit, mulieri I subicies. item. ellebori nigri ℥ VI, galbani ℥ V, murrae ℥ VI, ut supra. item pessus qui anabrosin dicitur. cerussae, ges samiae, molybdaenae, olei veteris, lithargyri ana ÷ VI. omnia singillatim tundes et commixtis ursini adipis ÷ VI addes. adipis pullini ÷ VI, anserini ÷ V, olei rosei, cerae ana ÷ VI. omnia ad ignem resoluta cum speciebus miscebis et diu teres et in modum pessi subicies.

rutae sucum cum melle mixtum conceptum excutere constat. rutae viridis commisces radicem, idem facit. artemisiae sucus et folia, murtae viridis sucus aequa mensura in lana subiectus et conceptum discutit menstruaque deducit. artemisia viridis cum nitro et bacis lauri et murta viridi tunsa cum aqua pessi more ingesta conceptum excutit. tithymali lactis scrip̄ IIII et fellis bubuli | *(p. 138)* scrip̄ VII simul tere et linteo digiti mensura umbilico impone. artemisiae sucus cum murtae tenerae foliis viridibus in lana subiectus et conceptum et menstrua deducit. [oesypoceroti nitri cymini ana ÷ I, ficus pinguis ÷ II cum lacte mulieris, omnia trita et in pesso subiecta. item ficus pinguis ÷ II, nitri I, est suppositum innoxium. murrae, ellebori nigri, fellis taurini, suppositum exclusorium violentum est. item murrae ÷ I, ficus pinguis ÷ II,

1 subtonē (i supra o). ł pois. *b* (*cf. infra* sub̄ta). 4 chalasticis: calci[s] *b*. q̄ *(acc. ut saepius) b*. 5 arsenios *b*, arsenois *c* *(sc. cod. Chis. ad hunc locum inspectus f. 171[a])*. salbina *bc* (sabina *a in prf. III, 1*). 7 s̄s̄ *b*. 9 mulieri .ı. *b*. 10 anabrosin *(sic) b* (ambrosia?). 11 Cerusę. Gosamię. Molibdine *b*. 12 cōmixta ursinas adipes *b*. 13 adipes *b*. Olei R. | *b*. 14 misces *b*. 16 sucus . . . mixtus *b*. 17 cū miscis rad' arth̄ *b*. 18 mirthę *b*. aequa mensura: ana *b*. 20 bacas *b*. 21 titimalli *b*. 22 tere: trita *b*. 23 *idem paulo ante positum est remedium.* 25 ysopi ceroti *b*. *haec ex Pr. s. 26.* ana ÷ *b*. 27 sub̄ta *b*. 27 ē supositu ÷ noxiū *b*. 28 exclusorū *b*.

ladani ÷ I, afronitri ÷ VI, omnia trita in pesso subicies. his etiam sternutationes ex albo elleboro struthio et castoreo procurandae sunt, ut membris omnibus exagitatis pecus facile extorqueri possit.]

[item rutae sucum post balneum bibat, eiciet. item murrae artemisiae violae semen aequa mensura cum suco mentae post balneum bibat, eiciet. lupinorum farinam, violae semen et sucum mentae cum artemisiae decoctione vel dictamni post balneum bibat, eiciet.] panacis radicem, murrae, aloae, chamaedryos, cum suco mentae post balneum bibat, eiciet. pulleii manipulum I cum tribus SSS aquae coque ad tertias, et in balneo sudans bibat, eiciet. hoc secundo et tertio facies. huius potionis facilis effectus erit, si conceptus numquam duorum fuerit mensium. argemoniae ramos ad medium usque decoctos et quousque nigrior aqua fiat, bibat, eiciet. [artemisiae sucus vel eius pulvis potatus. sic aristolochiae, sic rutae sucus,] sic inulae pulvis cum aqua potatus. item murrae ÷ I, absinthii ireos, opopanacis ana ÷ I, cummi ÷ II. omnia detrita misceo ac trociscos facio, et post balneum bibat, eiciet. ovium fel in melicrato bibat. item murrae ÷ I, ficus XXX, galbani ÷ I, afronitri ÷ VI. omnia mixta et cum melicrato bibas, miraberis [Coacti etiam ⟨aliorum⟩ scripta transivimus . . . *vid Pr. s. 27 usque ad finem.*

2 strucio *b*. 3 ut *om. b*. 5 sucus *b*. *cum seqq. cf. Prisc. s. 25.* 6 a. m.: ana *b*. 7 farina . . . semen . . . sucus *b*. 8 diptamni *b*. 9 camedreos *b*. 12 II et III (0 supra) *b (ut supra p. 338, 2).* 13 nūq (a supra) *(sic) b*. 14 acrimonie *b*. 15 *cf. Prisc. s. 24.* 19 misco *b*. 20 *cf. Pr. s. 26 (ut supra).*

Ad lib. III, 10 (27 post finem). Sequuntur nova capitula (sine numeris) quae leguntur etiam in cod. Bamb. L III. 11 (g) s. XII, quorum titulos legis in indice communi libri III Pseudo Theodori in cod. Berolin p. 132 et (quo excerptus idem liber continetur) Vat. Regin. 1756 (= a) f. 44. prologum brevem, quo liber novus distinguitur, cum titulo omisit Bamb., qui capitula male numerat quasi eiusdem libri XI—XX (addit XXI). hic multa omisit.

Theodorus Priscianus ad Octavium filium.

In hoc vero loco cum cogitationibus vacarem, congregatis mecum aliis auctoribus utiliter visum est nobis quae ad curas mulierum pertinent res fisicas tractare eorum exemplo conscriptas, et quae didicimus eorum exemplo et tuo experimento poteris adhibere.

I. De sanguine menstruali provocando.

Sanguinem menstrualem provocat nitrum et farina munda ex oleo murracio. teres et suppones in capite matricis. hoc etiam et umorem et sanguinem detrahet. nam et vinum et apium in se teres et cataplasma super umbilicum mane et sero per aliquot dies impones et sic menstrua provocabis. puleium sine fumo aut viride bene tritum cum aqua mulsa calida potui dato. lana mundissima in suco marrubii vel artemisiae intincta et supposita umorem et sanguinem detrahit. his et flebotomus in talo recte convenit.

II. De muliere quae tarde parit.

Scribes in charta pura de uva tincta Casta fave Lucina, tuus iam regnat Apollo, et de licio dextro femori alligabis,

8 octauū *(sic)* *b*, octavianum *a*. 12 earum exempla conscripta *b* *(corr. ex a)*. et ea quę d. addimus. quorum exemplo. et tu in experimento p. a. *a*. 14 *rubr. ex b a*, de menstruis provocandis *g*. *addo ipse numerum capituli.* 16 murracio *a*, mirracio *b*: mirtino *g*. teris et supponis *b*, tere et suppone *a*: trita et supposita *g*. 17 etiam *om. a*. et tumorem *a*, et humorem *b g. cf. v. 22.* 18 in se *om. b*. teris *b a*: trita *g*. cataplasmata *g*. 19 īpones et *b*, inpone et *a*: *om. g*. sic *a*: *om. b g*. provocat *g*. 21 potui dato *a g*: bibat *b*. 22 humorem *hic omnes.* 23 his *b a*: sed *g*. 24 XII. flebotom̄ *b*, flebothomū *a*, —mus *g*. in *b a*: de *g*. 25 Scribis *b*, de dolore in partu *g*. 25—p. 341, 3 *om. g*. 25 Scribe *a*. de un̄ *b*, Denua (.stincta) *a*. 26 iam regnat tuus apollo *a*. de *b*: cum *a*. l. cartam in d. femore *a*.

et cum enixa fuerit, statim solves. nam et radix cyclaminis dextra manu parturientis tenta mulieres sine dolore parere cogit, et dum enixa fuerit, mox eam dimittat.

item. si mulier in partu laborat, verbenae sucum cum aqua frigida potui dato, et statim pariet. si autem non purgatur, eadem ratione dato, et celerius purgabitur. idem de artemisiae suco facito. nam et rutam viridem vel puleium in nocte super pectine si ponat. et infans dum natus fuerit, cito non tollatur, nisi mulier secundas emiserit, et ideo in indumento seu molli faeno vel palea mulier pariat, ne infans qui nascitur frigus sentiat.

item. scribes in charta pura, dextro femori alligabis Helisabet peperit Iohannem bb. aperi te mater illa eius, quia nomen facit quae parturit, et emitte ex te pecudem de homine creatum.

item. coriandri grana XI vel XIII in linteo novo obligata puer aut puella investis ad inguinem sinistrum teneat, et dum enixa fuerit, tolles, ne intestina sequantur.

item. ad periculum si venerit moram faciens, et non peperit, aliquis subito ille eius sive vir sive pater seu mater vel frater aut filius mortuus vel occisus nuntietur.

item. ut mulier cito pariat, lumbricos desub terra III vel V ei super cerebrum pone, et cum enixa fuerit, tolle.

1 et cum enixa *a*: et exinixa *b*. solvis *b a*. 2 mulieris *ante* dextra *add a*. mulieres *b*: eam *a*. 3 dum *b*: cum *a*. f. dimittat eam (*om.* mox) *a*. 4 Item *om. g*. si—laborat *om. a*. berbenę *b*, herbenę *a*, herbe verbene *g*. cum *b a*: ex *g*. 5 potui dato *g (cf. a)*: bibat *b*. et *om. b*. 4—5 *sic habet a*: Item sucus herbenę cum aqua potatus. statim parere cogit. 5 purgaverit *a*, purgabitur *g*. 6 e. r. d. e. c. p. Idem et bene radix facit et artemisię sucus similiter *g*. *brevius a*: e. r. detur arthemisie sucus. 7 Nam et rutam viridem super pectine sibi pone *a (qui om. seq. v. 8—15)*, Nam et ruta viridis vel pulegium viride si super ponatur pectini in nocte idem facit *g*. 8 et infans dum *b*: sed dum infans *g*. cito non *b*: non cito *g*. 9 *post* secundam (*sic*) emiserit *add. g*: et pulegium bibitum in aqua vel vino optimum est *(om. rel. usque ad c. XIII = III)*. frigdorem *b*. 12 Helisab̄ *b*. iohm̄. bb̄. (babtistam) *b*. 13 aperi: api (*pro* api) *b*. illa eius *(cf. infra v. 20)*: ille ius *(sic)* *b*. 16 XI vel XII. *a*. 17 aut: ad *b*, vel *a*. 18 toll' *b*, tollat *a*. 19 Item si ad p. si v. *b*. facies *b*. 19—23 *om. et a*. illi eius *b*.

III. Si mulieri pecus in utero mortuum fuerit.

Dictamni sucum cum vino ⟨bibat⟩, si febrit cum aqua calida, et mox eum sine dolore eiciet. puleii fasciculos III virides tere districtos in vini veteris quartario, et potui dato, continuo mortuum pecus eiciet. papaveris nigri grana si mulieri super cerebrum ponas, mox eiciet, et statim ut exierit, tolles. lac mulieris cum oleo potui dato, mox edet mortuum partum, ut nec moram faciat. absinthii fasciculum sumes et florem eius omnem distringes et in olla heminis tribus ad tertias decoques, et cum melle mixtum ut supra potui dabis. item. seminis brassicae ÷ II, apii seminis ÷ I, cymini scrip̄ VIII, opii ad fabae magnitudinem. omnia trita cum vini mulsi cyatis II ieiuna mulier bibat. item ut sine dolore conceptum excutiat. bacarum lauri, spondylii seminis, ammoniaci ana ÷ I. omnia trita cum vini cyatis II in balneo cum mulier sudaverit bibat. item. cocci cnidii grana XXV, murrae scrip̄ IIII. similiter trita cum vini cyatis II post balneum bibat. artemisiae sucum in balneo cum sudaverit bibat, et si una potio propter duritiam ventris nil fecerit, secundam et tertiam ex illius suco potionem bibat. item. sulphuris vivi, aristolochiae

1 XIII. de partu eiciendo sine dolore *g*. 2 Diptāni *b*, Diptami *ag*. bibat *g*: *om. b* (D. sucus si febrierit c. aq. c. si non cum vino mox eiciet *a*, D. s. c. v. bibat aut aq. c. si febrit et mox eiciet sine dolore *g*). 3 item *add. hic et infra ag*: *om. b*. 4 terat districtā *b*: contere *g*, distringe et contere *a*. in vino veteri *g*. et potui da *g*, et da potui *a*. 5 c. m. p. e. *b*: statim abortum eiciet *a*, *om. g*. 6 supra *g*. ponis *a*. et mox *g*. et—tolles *om. a*, et—faciat (8) *om. g*. 7 lacte *b*. datum. mortuum fetum mox eicit *a*. 8 fasciculum unum *a*, f. I *g*. sumis *b*: sume *a*, *om. g*. et f. e. o. d. et *b*: cum flore sua *g*. 9 omnem—olla *om. a*. distringes: distingues *b*. eminis tribus *(sic) bag*. ad tertias *bg*: ad tertiam usque *a*. 10 decoque *ag*. da *g*. 11 item *om. g*. s. appii ÷ II *a*. ϶ *ag*. 12 ad *ag*: *om.* (f. magnitudine) *b* (ad modum fabę *a*). vino mulso *ag*. 13 ieiuna—(17)cyatis II *om. a*. 14 bacas *g*. 15 vino *g*. in b. potui dato cum sudaverit *g*. 16 item—(17)bibat *om. et g*. cocognidii *b*. 17 tritū *b*. bibat *b*: potui dabis *a*. Item art. *g*, vel arth. *a*. 18 in balneo *post* sudav. *a* et si *etc.*: *haec brevius g* et bis et ter si in primo non profecerit. 19 ventris *b*: corporis *a*. nichil profuerit *a*. secundo vel tertio bibat *a*. 20 sulfuris *b*, sulphuris *ag*. ar s. *ba*: bituminis aristol’ *g*.

siccae, sandaracae ana ÷ I. omnibus tritis pastillos facito et siccos repone, et cum opus fuerit, carbones in scafio mittes et I trociscum vel II ibidem intra scafium supra carbones pones, et mulier supra dimissis vestibus apparata sedeat, ut ipse vapor ad eius interiora perveniat.

item. emplastrum ad menstrua provocanda. faeces vini et apiorum folia viridia simul trita, et calidum circa umbilicum imponito. item. nepetae sucum cum melicrato bibat. item. alii purgati ÷ I, piperis ÷ I, bacarum lauri ÷ IIII, castorei ÷ IIII, opii ÷ IIII, rutae viridis, picis liquidae ana ÷ II, butyri ÷ I, olei rosei quantum sufficit. omnia diligenter trita sint, et quantum nucis est magnitudo, mulier sibi subiciat.

vulturis stercus in scafio super carbones impone, et desuper mulier dimissis vestibus sedeat, mox purgabitur. inulam et rutam cum passo cretico in pultario coque, et ieiuna mulier bibat. satureia viridis trita et cum aqua potui data menstrua deducit. gramen in aqua decoques, et ex ea mulier aqua calida foveat. nitri flos cum farina triticea et oleo amaracino conteratur, et mulier sibi subiciat diebus quinque quibus ha-

21 omnibus tritis *a*: omnia trita *bg*. fac *g*. 2 scafio *bg*: casio *a*. mitte *ag*. 3 unum tr. vel duo *ag*. ibidem intra scafium *om. g*. ibidem—pones *b* (*g*): suppone *breviter a*. super *g*. 4 supra *post* vestibus *a*. apparata *b*: aperta *ag*. ipse *om. g* (i. v. *post* interiora *a*). 5 eius *om. ag*. 6 Item —provocanda *om. g, qui hic tamen habet rubricam* XIIII De purgatione provocanda. Emplastra *(sic) b*: cataplasma *a*. 7 ap. f. simul trita viridia *b*, appiorum viridiorum folia simul trita *a* (*ubi sic g*: Appiorum folia cum fece vini trita). calidū *g*, cal’ *b*, calida *a*. 8 impone *g*. Nepte *b*, nepite *ag*. bibat *ba*: potui dato *g*. 9 allii purgati. piperis. butyri ana ÷ I. rute viridis picis liquidę ana ÷ II. bacas lauri castorei opii ana ÷ IIII *(sic sec. pondera ordinat) g*. castorei: camphore *a*. 10 picis liq. ana *om. a*. 11 sint *ba*: *om. g*. 12 q. nux est *ag*. sibi *om. g*. 13 Item *add. a (saepe etiam in seqq.)*. scaphio *g*, casio *(ut supra) a*. pone. et super sedeat ut dictum est superius mox purgabitur *a*. 14 *post* purgabitur *add.* Item probatum est *a*, Huius rei maximum probamentum habeo *g*. 15 et bibat ieiuna *a*. 16 saturegia *a*. potui *om. g*. 17 educit *a*. gramen—*(p. 344, 3)* subicies *om g*. granum in a. decoctum et potatum. et de ipsa aqua vulva lavata prodest *a*. 18 Item flos n. et f. tr. cum o. a. *a*. 19 quibus: que *b*. s. quinque d. et habebit menstrua *a*.

bere menstrua consuerit. hoc et noxium umorem matricis exsiccat. puleium acapnum aut viride cum murra teres et mulieri subicies. violae seminis, murrae ana ÷ I simul tere et cum vini quartario misce, et potui dato. si autem partum excutere volueris, superiori potioni piperis grana V aut VII aut VIIII commisce. herbae vettonicae pulveris scrip̄ III cum vini dulcis cyato I et aquae calidae cyatis IIII potui da, menstrua deducit. ⟨artemisiam tritam cum hordei farina coque et super pectinem impone⟩. mulier facile purgatur, si lauri bacas tritas cum vino bibat.

IV. De sanguine menstruali constringendo.

Quod quaedam volunt feminae quae sibi menstrua differri desiderant propter aliquam occupationis causam, eas his rebus constringi oportet. fici folia contere et cum vini nigri hemina potui dato. haec potio etiam profluvium reprimit. item. mali granati corticem teres et cernes et picis tantundem in se commiscebis et ex eo quantum tribus digitis apprehendere poteris in vini optimi ȿȿ II infundes, et exinde singula quartaria mulieri potui dabis. item git, murrae ana ÷ I cum vino

1 eiciet *a*. 2 puleium—(4) dato *om. a* acap[i]nū *b*. 3 Item v. s. *g*. contere *g*. 4 vino *b*, vino veteri *g*. qu. *om. g*. partum *ag*: Ͻ⁻C (mulier) *b*. emittere *a*. 5 supradicte *ag*. quinque aut novem *a*. 6 vetonice *b*: betonicę *ag*. h. v. (b.) pulvis *bg*, pulveris b. *a*. vini dulcis *a*: vino dulci *g*, vino *b*. et a. q. ciatos *a*: a. c. ciatos *b*, a. c. ciatis *g*. 7 potui da *b* (p. datum *g*): *om. a*. m. educit *a* (*om. g*). 8 (Item *add a*) art.—impone *ag*: *om. b*. 9 m. satis cito et f. purgabitur *a*. tritas *ba*: caricas *g*. 10 bibat *ga*: potet *b*. 11 XV. De dilatione purgationis *g*. 12 Quedam feminę volunt differri sibi purgationem pro aliqua o. causa. his oportet constringentia talia dari *g*, Quędam mulieres sunt que sibi menstrua volunt deficere propter a. o. c. quę his rebus c. o. *a*. differre *b*. 14 fici *ba*: ficus *g*. 15 da *g*. hoc etiam *a*, hoc etiam et *g*. Item *om. a*. teris *etc. b*: tere *etc. (imp.) ag*. 16 in simul *a*. 17 cōmisce[is] *b* (—ce *ag*). ex eo *om. g*. quantum *ag*: q[o] *b*. apprehendere *b*: levare *a*, *om. g*. 18 sextariis duobus *a*, ÷ II *g*. et potui dabis *breviter a*. quartaria *b*: fiala *g*. 19 da *g*. item *ba*: *om. g*. git *a*, Gitti *b*, Gipti *g*. *pro* ana *bis habet a* ÷ I, *item v. seq.*

commiscebis et pessum ex eo factum subicies. cymini, narcissi floris ana ÷ III, turis, murrae ana scrip̄ III, piperis scrip̄ III, trita cum vino miscebis, et ex eo collyria facta digitis tribus subicies. item elaterii, nitri ana scrip̄ III mulieri digitorum trium subicito.

Mulieri si pecus versaverit, terram de cardine ubi ostium girat tollis, et super caput eius tenes, et mox loco suo redit.

Mulier quae cito post partum non purgatur, puleii scrip̄ II in duobus cyatis oxymeli ieiuna bibat. et artemisiam cum qualibet potione bibat. et peucedano si eam suffis per triduum, mire purgabitur.

Ad partem excludendum dicas in aure sinistra ter Camelle exi foras, fratres te ad lumen vocant. item ut cito pariat mulier, scribes in limine superiore ostii Oceanum interea surgens Aurora reliquit.

Menstrua mulierum sic stringes. faex aceti in ventrem illinita.

Ut mulier purgetur. radix intibi silvatici contrita et ex vino mulso potui data.

Mulier ut cito pariat et secundinae sequantur. herbae cyclaminis radicem in femore sinistro ⟨eius illi⟩

1 commisces (*a*, —ce *g*) *om. b*. subiciam *b* (—cies *ag*). item *add. a*. cimini—(5)subicito *om. g*. 2 floris *a*, —res *b*. thuris *b*: olibani *a* (*qui om.* mirre ana). Piperis scrip̄ III *b*: ficum sine granis ϶ III *a*. 3 omnia trita *a*. misces *b*, modico misce *a*. et facta c. ad modum digitorum III mulier subicito *a*. 4 item—(8)redit *om. a*. elacterii *b*. Ͻ⁻C digitor̄ t[i]tī *b*. 6 *sequuntur additamenta miscellanea*. 7 hostium *bg*. toll' *b*, tolle *g*. super eius tenes *b*, super caput teneat *g*. loco suo redit *b*: redit in locum suum *g*. 10 ȿS *b*, ϶ II *g*, ϶ I et (in d. c.) *a*. oximellis *bg*: cum oximelle *a*. et art.—bibat *om. a*. 11 et peucidanum—(20)potui data *om. g*. peucidanū si eā sufficis (*i. e.* suffis *cf. Diosc. p. 428*) *b*, p. si ei subicias *a*. 13 Ad—(16)reliquit *om. a* dic̄ *b*. 15 scrib̄ *b*. hostii *b*. 16 reliquid *b*, *item c (Verg. Aen. 4, 129. 11, 1)*. 17 Mulierum m. constringit fex aceti in ventre inlinita *a*. 18 illinit⁹ *b*. 19 radix *om. a*, *ubi* intiba salvatica conteratur et in v. m. p. detur. 21 Item ut m. *g*. et s. s. *om. a*. 22 cyclamini *b*, —minos *g*, -minis *a*. in femur sinistrum *g (non ba)*. eius illi *g*, sibi (liga) *a*: *om. b*.

colligato, mox liberabitur, et statim solve ne loca sequantur.

Secundinas mulierum expellit, si plantaginem tritam cum vino potet post partum. inmaturum extrahit cum aqua potata plantago. ⟨si gula asinina eam suffumigas post partum, idem facit⟩.

Si mulieri mortuum pecus in utero fuerit, butyrum vaccinum et mel in acetabulum temperabis et in lana ad matricem pones ⟨et liberabitur⟩. hoc et si secundae non sequantur facies.

Ut mulier facile purgetur, lauri bacas tritas cum vino potet. item. de lapide gagate teres et cum aqua fontana ieiunae dabis, statim purgabitur.

Mulier ut concipiat, lac asinae cum lana sucida super umbilicum ei pone, et sic ea utere. item. sedeat super fruticem absinthii, et sic cum viro coeat. item. storacem calamintham in scafio super carbones imponito, et super sedeat, et suffiat, et sic cum viro coeat. item. de catulae lacte loca sibi tangat. herbam mercurialem et verbenam in collo portet. item. ovis ruminantis spumam cum digito de ore eius tolles, et cum vino nescienti mulieri potui dabis. item. tolles corticem arboris a fulgure percussae, et piperis grana XXVIII teres simul, et die Iovis luna decrescente potui dabis. item de talo venam tangat, et coagulum leporis in calida disso-

1 (et *add. a*) mox l. *etc. ba*: et mox ut l. solve *g*. ne loca s. *bg*: *om. a*. 3 Secundinas—(p. 347, 2) concubent *om. g*. Secundinas *b*: Squibalas *a*. plantago si trita c. v. bibatur *a*. 4 Post partū maturat extrahit *etc. b*, *ubi breviter a* et aborsum expellit. 5 Si gula—facit *a*: *om. b*. 7 Si mulieri in utero mortuus fetus fuerit *a*. mulier *b*. b̓acinū *b*: *om. a*. 8 in aceto distempera *a*. temperas *b*. 9 ponis *b*: īpone. et liberabitur *a*. hoc—facies *om. a*. 11 Ut—potet *om. a*. 12 (item *om.*) lapidem gagatem tere. et in aqua de fonte ieiuna bibat *a*. 14 Ut m. c. *a*. asininum *a*. cum l. succida *b*: *om. a*. 15 impone *a*. 16 item st.—(18) coeat *om. a*. 16 calimiten *b*. 18 sufficit *b*. 19 item h. m. *a*. berbenam *a*. in calceo *a*. toll' *b*, tolle *a*. 21 mulieri nescienti p. dato *a*. item—(23)dabis *om. a*. 24 item ut concipiat de t. vena tangatur *a*. coagulus l. in aqua dissolutus . . . detur *a*. dissoluto *b*.

lutum cyati mensura potui dato, tam mulieri quam viro, et utrique concubent.

Ut scias si mulier concipere possit, super malvam silvaticam faciat urinam, et si infra triduum arida facta fuerit, scias eam non posse concipere, si viridis fuerit, omnino concipiet.

Si quis ad mulierem non poterit praevalere, herbae priapisci radicis testiculum dextrum qui maior est teres et piperis grana XLVII, mellis ÷ II in vino resolves, et facies pensum. hoc per triduum sumat.

V. De lacte provocando.

Mulieri lac sic provocamus vel si causa sit exsiccamus. ptisanam feniculum et butyrum simul coctum bibat. item si ei mammae intumuerint post partum ex abundantia lactis, spongiam ex pusca infusam impone, aut dactylos cum pane ex pusca tritos. si vero lac volueris exsiccare, alumen coriandrum portulacam et sinopidem, in se omnia contrita impone. quod si tumor ingens fuerit vel fervor et dolor grandis advenerit, ut reliquis tumoribus censeo utendum oleo calido cum aqua adiecto pane mundo, et cataplasma aut farinae triticeae aut faeni graeci aut lini seminis calefactum imponis. ante tamen spongias bene calentes expresso omni umore apponis. ut dolor acquiescat, et cerotario simplici uteris. in-

1 tam viro q. m. *a*. et utq̄; ͞ccubant *b*: et postea concumbant *a*. 3 scias *a*: sciat *bg*. 4 salvaticam *(sic) ba*: silvestrem *g*. 4 facta *om. g*. 5 scias *etc. ba*: non poterit concipere *g*. parere *a*. Si vero *g*, Sed si *a*. omnino *om. ga*. concipere potest *a*. 6 Si quis—(10)sumat *om. a*. h. satirion *g*. 7 teris *b*, tere *g*. 8 LXVII *g*. mellis ÷ II *b*: mel *g*. resolvis *b*, —ve *g*. et pensum fac *g*. 10 *sic tit. in ind. ba (in textu b ipsa prima verba rubrica scribuntur)*, XVI De mamillis dolentibus *g*. 10—11 *om. ag*. 11 exicemus *b*. 12 bibant *a*. 14 spongia in aqua suffusa supponatur *a*. ex *b*: in *g*. appone *g*. aut—tritos *om. g*. vel *a*. cum pane *om. a*. 15 ex *b*: in *a*. volueris *a*: —rint *b*, —rit *g*. exiccare *b*: desiccare *a*, siccari *g*. 16 et sinopidem *b*: sinopide *g*, cum sinopide *a*. omnia in se contrita *a*. 17 impone *om. g*. 18 ut in r. tumoribus tunc utendum est oleo . . . *a* (utendum. Oleum . . . *b*, utendum oleo . . . *g*). 19 et cataplasmā *b* (—ma *ag*). farina *bg*: —nam *a*. triticea *b*: tritici *ag*. 20 fenugreci *ag*, fengreci *b*. 21 spongiis b. calentibus expressis *(sic) bag*. 22 ut d. acquiescat *ag*: et d. quiescat *b*. et c. s. uteris *ba*: *om. g*.

fans vero qui natus et alterius lac accipere debet, quia illius lac concretum est.

Mulieris lac si bonum est ita probatur, ut sit candidum et spissum et sine ullo odore. supra ungulam stillas unam guttam, et videbis si bonum vel spissum est. talis enim debet esse nutrix, pectore ampla, aetate media, mollis cute, in mammis valida, et oblonga capitella habeat. nec sint primi fetus ab infantula vel anu. castae sint ante omnia et mundae omnes quae infantes nutriunt. aquam vero penitus non bibant usque in dies XXX. nam si matris colostram simul biberit infans cum lacte nutricis, in omnibus validior et formosior erit.

VI. De muliere quae in corpore pruriginem patitur.

Faeces vini combures vinoque suavi commiscebis, et calefacto fove, post corticem pini tunsum et cribratum super asperge. frumentum vetus in aqua decoques, exinde fove, similiter operatur. si anus doluerit, marrubium combure et pulverem factum asperge.

Si mulieris vulva clausa fuerit, vel si loca ei dolent ita

1 qui n. e. *ba*: eius *g*. lacte nutriri *g*. quia—(11) erit *om. g*. 3 Si bonum est m. l. *a*. 4 et (sine) *om. a*. guttam u. supra u. stilla et v. s. b. est vel sp. *a*. 5 enim *om. a*. 6 pectoris sit ampli. etatis medie. molli cute *a*. 7 capitella *a*: *om. b* (*ubi* et oblongahant). 7 nec sit p. f. aut infantula *a*. 8 vel anus (*sic*) *b*: *om. a*. ante o. sit casta et munda. omnis q. i. nutrit *a*. 10 matris *b*: matrix *a* (*qui corr.* nutrix). colostrā *a*: colosẗ *b*. 11 erit *b*: efficietur *a*. 11 *rubr. ex b, qui male addit* aut si ulcera (*cf. ad v. 18*) ei innata fuerint. *tit. om g* (*ut semper a*), *qui habet* XVII. *in indice duo capitula ponunt*, *b* De muliere si pruriginem in corpore habuerit (De prurigine mulieris *a*). De m. cui sifin (= fisin) i. corpus dolet (De dolore silingi i. corporis *a*). 13 combures *b*: -is *ga*. et vino *g*, et cum vino *a*. commisces *ba*, —ceus *g*. et cal' *b*, et calefactum *ag*. 14 postea *ag*. cͥbatu *b*, cribellatum *ag*. super asperge *b*: in ea loca asperge *a*, pulverem in ea loca asperge *g*. 15 decoques et fove *b*, decoque exinde fove. similiter operatur *a*, coq exinde coques (*sic*) similiter facit *g*. 16 si—asperge *om. b*. si anus *a*: si cui anus *g*. 17 super asperge *g*. 18 Si: *hinc novum capitulum litt. initiali S rubro scripta significat a*. vulva clausa *a*, vidua (*sic*) clausa *g*, vulnera in causa (fuerint) *b*. et l eius doluerit *g*. dolent *b*: dolentia sunt *a*. ita ut *etc. b*: et v. p. c. p. sentit *a*.

ut in vulva per coitum punctionem sentiat, sciat sibi vulvam in tumore esse. sed magis foris huius rei signum erit. oculorum anguli dolebunt, et facies ignea et subinde pallida eis erit. et ob hoc vitium medico dicere erubescunt. curabitur vero sic. artemisiam coque in aqua tritam, inde se foveat. lac mulieris quae puerum nutrit, et oleum aequali pondere mixtum, et calefactum inicies usque ad caput vulvae. item ad vulvae dolorem et perfrictionem. adipes anserinos et medullam cervinam aequali pondere et ovi vitellum et oleum roseum et pusillum mellis insimul, inde vulvam pessabis.

VI. De muliere quae integrum partum non ponit.

Hoc signum est eis. ex ipsa vulva umor maximus et crassus descendit, et ab eo viri semen impeditur. et aliquotiens viros in culpam ducunt. est autem umor ille ut pus, quod autem suscipit ad foras proicit. quod sic curabitur. equae lotium, mulieris et viri, in unum commisceas, ita ut viri amplius facias, et in vas aereum mittas, deinde calefacias

1 in (*ante* v.) *om. g*. sciat—esse *a*, sciat illam esse in t. *g*: Si autem sibi vulnera in t. esse cognoveris *b*. 2 s. m. foris signum rei erit *g* (*qui add.* tale, *ut et a*). 3 eis *om. g*, eis erit *om. a*. 4 et ob hoc *etc. b*: et v. hoc e. d. medico *a*, et hoc v. medicis erubescunt confiteri *g*. 5 vero *b*: autem *g* (*ubi* cura est hec *a*). a. c. et contere aqua et inde f. se *g*, arthemisia bene teratur et in aqua cocta inde f. *a*. 6 nam et lac m. *ag*. puerum *a*: masculum *ag*. cum equali pondere mixtum *b*: ex equo commixtum *ag*. 7 et *om. ag*. 8 i. ad eiusdem d. *g*. perfrictionem *a*: perfricationem *g*, fricationem *b*. adipem anserinum *ag*. 9 equali *b*: pari *ag*. et o. v. simul contere et p. m. (*om.* et ol. ro.) *g*, et o. v. tere et olei rosei parum et mellis tantundem *a*. 10 pusillum *ag*: psillinā *b*. et (inde) *ag* (*om.* insimul). 11 XVIII De non concipientibus m. ut concipiat *g* (De illa que partum corrumpit *a in ind.*). 12 in eis est *ag*. ab (ipsa) *a*. 13 grossus *a*. d. a quo *a*. 14 deducunt *a*. est—(14)proicit *om. g*. est a. semen illud ut pus *b*, est a. humor ipse quasi pus *a*. 15 quod quando semen suscipit aforis errat *a*. curabitur autem sic *ag*. 16 Eque l. eius et viri i. u. c. equali mensura. sed amplius viri facies *g*, Eque l. et viri i. u. c. sed a. viri *a*. commisces *bg*: —ce *a*. 17 et in vas eneum mitte *a*, et mittes in vase ereo *g*. calefacies *g*, calefac ad ignem *a*.

lapidem de veteri mola in ipsumque vas mittas. et mulierem super scafium sedere facias, eamque cooperias. et cum tepuerit, inde se foveat et in lectum se calidum proiciat. et cibos amulatos accipiat, et mire sanasti eam. probatum est.

VIII. De vitio quod spaerulus dicitur et viduae aut virgini evenire solet.

Hoc mulieri viduae aut virgini contingere solet, dolor aliquis circa corpus aut tortiones aut pruritus si fiat. si vidua fuerit, ipsa sibi subiciat, et fricet. virgini sic. fiat illi similitudo viri de cera, quae nitrum et cardamomum accipiat. adversus aetatem puellae sic facies naturam cerinam, et medicamento suprascripto linies, et sic facies ut salvetur.

VIIII. Si post partum venter crepuerit.

Cerotum ex oleo roseo facies, et cerussam et lithargyrum et stypteriam admisce, et ungue loca ipsa et fascia illa.

X. De muliere quae saepius abortat.

Cancrum teres fluvialem, cum vino veteri bibat, bonum est. leporem vivam praegnantem ⟨apprehendes⟩, illius catulos

1 de mola veteri *g*. et mitte in ipso vase *ag*: et fac mulierem super casium (*sic a*, vas *g*) sedere *ag*. 2 eaque cooperies *b*: et cooperi bene *a*, et operis eam *g*. et cum intemuerit *g*, que cum intepuerit *a*. 3 exinde s. f. *g*, *om. a*. (intep.) in l. se proiciat. Cibos . . . *a*. amilatos *ba*. 4 sanabis eam *g*, curabitur *a*. expertum est *a*, qua expertum est *g*. 5 *rubr. deest in textu b (quam ex indice praemisso addidi)*. De vitio virginum et viduarum *ind. a. tria quae seq. capitula om. g (cum in fine addat c. 21)*. (*tit.*) sperul' *b*. evenire (*sic*) *b*. 7 solet. ut c. c. aut pr. aut t. illis fiant *a*. 8 Si vulva fuerit *b*: Curantur autem sic. vidua sibi subiciat . . . *a*. 9 virgini fiat naturę viri ad similitudinem de cera et nitro et cardamomo pulverizata. et ex hoc illinita XX. δ. subiciatur *a (rel. om.)*. 11 &atē (*sic*) *b*. cerineā *b*. 12 ss *b*. 13 *rubr. ex b et ind. ba*. 14 c. facies ex o. r. *a*. et cerusa et litargiro et stipteria ammices *b*: et adhibeas cerusam. et lithargirum. stiptercam *a*. 15 illa *om. a*. 16 abortat (*etiam in ind.*) *b*: abortit *a in ind.* 17 C. fl. contere et in vino v. potui da. nec faciet postea abortivum. Mulieri quę cito abortit leporem *etc. a*. 18 apprehende *a*: *om. b*. i⁹ catalos (*sic*) d. v. t. *b*: et tolle ei catulos de v. *a*.

de ventre tolles et coagulum eius ieiuna in vino bibat, mirum est. item. millepediam in foenicio collo ligatum portet. item. lanam de ove quam lupus comederit collige ⟨et fac eam tribus sororibus lavari, carminari, pectinari et filari. et texant inde cingulum, et per novem menses ad ventrem mulier eum deportet, ita ut numquam eum in aliquo loco deponat, nec faciet abortum⟩.

XI. De profluvio mulieris.

A partu sive aborsu vel plenitudine corporis aut sanguinis abundantia profluvium mulieris fieri solet. quam curare sic suadeo. cymas de rubo teneras purgabis et coques in aqua, et dabis ei in conditura minima manducare, et ipsam aquam bibat. item lanam torquebis et omnes eius articulos colligabis, et ei lanam sucidam subicies cum oleo murtino, et manna turis super asperges, et super pectinem eius linies. item. gypsum in aceto contritum et folia rubi tenera cum aqua decocta intus per vulvam in corpus mittes. carbones vivos in testam mittes et super eos stercus bubulum impones, et mulier super sedeat et suffumigetur quamdiu sufferre poterit. probatum est. ad idem aut de naribus. amuli ÷ I cum

1 et coagulum eius iuvenem (*sic*) bibat m. e. *b*: et c. ieiunae in vino potui dabis. et ultra non eiciet. probatum est *a*. 2 item—portet *om a*. feniceo *b*. 3 colliges ut supra probatum est *b qui om rel. quae supplevi ex a*. 4 carpinari *a*. texat *a (cf. Grimm Myth.² 383. 1053)*. 5 (6) eum (*sic*) *a*. 8 XVIIII De profluvio sanguinis *g*. 9 A partu—(10)habundantia *ba*: *om. g, ubi tale initium* Profl. sanguinis mulieribus fieri solet. quę sic curandę erunt. aut *b*: vel *a*. 10 profl. sanguinis mulieribus sępe solet fieri. quas sic curari s. *a*. fieri: si fieri *b*. 11 coq̄ *b*: decoques *ag*. 12 dabisque *a*. ei *om. g*. in condituram (—ra *g*) minimam (—ma *g*) *bg*: cum conditura *a*. 13 bibant *a*, bibere *g*. 14 (et *g*) subicies ei (eis *g*) l. s. *ag*. et mamna thuris *g*: et manna et thuris *b*, et manna et olibano *a*. 15 super asperge *b*: super sparge *ag* linies *b*: ligabis *g* (et ligabis ei super p. *a*). 16 cum *b*: ex *g*, in *a*. 17 per v. in corpore intus mitte *g*, p. v. in corpore mittat *a*. 17 pro vulnā *b*. item (carb.) *a*. 18 in testam mitte *g*, ei in testa mitte *a*. 18 bubulinū *ag*. imponis *b*: impone *ag*. et supersedens m. quantum pati poterit fumigetur *a*, et m. desuper sedeat quandiu potuerit *g*. 20 p. e. *b*: hoc expertum est *ag*. item ad profl. mulieris sive de n. *ag*. amili ē (*pro* ÷) *b*, amili ÷ I *ag*. cum *ba*: ex *g*.

aquae calidae cyato I ieiuna bibat. item arboris mori radicem pusillam colliges et linteo obvolutam loco impone sistitur omnis profluvius sanguinis. si radicem herbae cunilae quantulamcumque brachio ‹ligatam circumdas. et si volueris eius radicis virtutem scire, solvito, et denuo manabit. alliga iterum, et cessabit. item. mori arboris radicem superiorem ad collum suspende. item. graminis nodos XXI cum suis virgulis super umbilicum alligato. item lapide gagate suffumiga eam, et cessat.

ad profluvium mulieris et fluxum sanguinis. ad omnia vitia pectoris, ad splenem et ad epar, ad calculum, ad stranguriam et hydropem, ad pleuresin, ad omnes spiritus inmundos, ad umbras immissas, vel si quis defixus fuerit, scribe hoc signum ⁊. ˜ in stagnea lamina et liga patienti ad collum›.

XIIII. De pessis qui faciunt ad matricis dolorem.

Lanam mollem collectam in se ita ut matricis introitum claudat, certum est prodesse eis quae matricis dolore praefocantur. aliquotiens enim huiusmodi mulieres hoc patiuntur, quomodo semina proiciuntur. si sine vulnere matrix intumescat vel doleat, hoc medicamine uteris. picis siccae ÷ XIII, adipes porcinos recentes, aut oleum roseum pro adipe, et ovorum vi-

1 aqua calida cyato I (ciatū unū g) bg. ieiuna bibat a,
iuvene bibat b (ut supra): ieiuno potui da g. sequentia om. g
(praeter Item l. gagate eam subfumiga). arboris mori a:
arth. mori b. 2 colliges b: tolles a. in linteo involutam a.
loco impone b: collo suspende a. Sistitur etc. b: et sic
omne profluvium s. sistit a. 3 cymule b. cumule a.
brachio b (sic textu abrupto, nam sequitur nova rubrica cap.
seq.). sequentia usque ad v. 14 solus habet a. 8 hoc unum habet
et g (cf. ad v. 1 sup.). 11 splen a. cauculum. strangiuriam a.
13 umbras: cf. Pelag. app. (453 Item ad umbras expulsandas
de stabulo. 15 De pessibus etc. b in rubr. (et item ind. b
De pessibus = De pestibus a). XX. De diversis vitiis matricis g.
16 Lana mollis collecta . . . claudat prodest a (prodest sic
etiam g cet. cf. p. 337, 8). 17 qui g. 18 Aliquocies—(19)
proiciuntur om g. sic autem habet a: Alie enim sunt que hoc
paciuntur et semen proiciunt. et matrix tumet sine vulnere et
dolet. hoc utere med. etc. qm̃ (sic) b (= ubi, quando.
19 si etc.: Item ad matricis vel dolorem sine vulnere. picis etc. g.
intumescat vel dolet b. 20 XIII ba: XIIII. g. adipem recentem porcinum g.

tella XXI. sed prius fomentabis loca ex aqua faeni graeci, et cum spongia fomententur, et sic suprascriptum pessum calefactum subicies. item ad dolorem sive ad tumores matricis. cerae ponticae ÷ X, medullae cervinae ÷ XIII, adipis anserini recentis ÷ VIII commisces et in pesso uteris. item ad matricis dolorem et praefocationem et nervorum passiones, conficies acopum. cerae dr̄ XIIII, medullae cervinae ℥ VIII, rosae siccae tritae et cribellatae ℥ IIII, adipis anserini ℥ VI, suci herbae salviae cyatos IIII. omnia lento igne› solves et sucum admiscebis et recoques, et tunc repones in vase stagneo, et uteris in pesso, et diligenter curabis. nam si matricis dolor intolerabilis fuerit, herbam salviam cum radicibus suis decoques, et exinde mulier se in balneo vel in tina foveat, sine mora liberabitur. vel si eius decoctionem ei potui dederis. item ad matricis dolorem. herba moly contusa ‹in oleo› et pessi modo imposita dolorem matricis sedat, vel si quid interius mali habuerit, omnia expurgat. nam et semen eius tritum et cum vino aut mulsa potui datum hoc idem facit. nam et cordis dolorem, si tritum semen eius cum vino dederis, mire sanasti. item ad matricis et omnium interaneorum do-

1 XXI b: XI ag. fenugreci ag, fenḡr b. 2 et c. s. f. b: cum spongia simpl. ag. ff ba. pessarium a. 3 d. seu (sive a) tumorem ag. 4 Cera etc. b. punicę (—ca b) bag. XIII bg: XIIII a. adipes anserinos recentis (—tes g) bg. 5 VIII b: VIIII g, XIIII a. commisce ag. in pessum b (om. g): in pessario a. utere a. 6 p̄ssiōes (pressiones) b, passionem ag. conficis (a.) b, confice hoc (a.) g: om. a (ubi Acopum). 7 dr̄. XIIII b, ℥ XIIII a: ÷ XIII g. ℥ XIII a, ℥ VIIII g, 8 tritę g, et tritę a: om. b. adipum anserinorum a. su(c)ci bg: de suco a. 9 herbe b: om. ag. ciatis g. solvis etc. b: solve etc. ag. et s. ām̄ices b, et sic s. āmisce g, post s. āmisce a (qui pergit et recoque. et sic in v. s. repone). 11 t u. impessum et d. curas b, et in pessario utere a: om. g. nam bg: et a. 12 suis a: ff bg. coque a. 13 vel (aut g) in tina bg: vel in aqua a. et s. m. a, et mox g. 14 ei om. g. dederit g. 15 item —(20) sanasti om. g. herba om. a. ĩmolu b: inula a. cf. Ps. Apul. 49. Diosc. 3, 47. contusa a: ītunsa b. in oleo a: om. b. 16 pessimo (sic) b, pessarii modo a. intrinsecus a. 17 purgat a. 18 potatum a. 19 et om. a. si a: sic b. tr. cum v. s. e. d. a.

lorem. herba artemisia monoclonos sicca et in pulverem redacta cum mulsa potui data matricis dolorem et omnium interaneorum tollit. item ad dolorem matricis. potio ad somnum et omnem dolorem. apii seminis, opii ana ÷ I dabis in vino dulci. item ad matricis dolorem et praefocationem et nervorum passiones. spicae indicae, folii, stafidis agriae, cassiae ana ÷ I, costi ÷ III, croci ÷ I, murrae ÷ II, cyperi scrip̄ IIII, ireos ÷ I, medullae cervinae ÷ I, cerae ponticae ÷ II. decoques cum defricto in modum mellis, postea medullam et ceram commiscens pessum facies, et uteris.

Explic̄ Theodori Prisciani archiatri Gynaecia.

1 herba artħ . . . siccā *etc.* b *et* (*om.* herbā) *a.* monoclonos (—donos *g*) *bg* (*cf. Diosc.* 3, 112): *om. a.* 2 cum aqua et mulsa *g.* data *b*: da *g*, si dederis *a.* matricis—tollit *b*: valet *a*, *om. g cum seqq. usque ad finem. qui codex g eorum vice haec aliena addit:* Item ad vitia omnia que in vulva fuerint storacem cum oleo roseo pessum inice. Item ad volvam que putet. auripigmentum. cartam combustam. sulphur vivum. tunde ut lenia sint. intus asperge. et lana cooperi. Item ad eiciendum partum optimum. Accipe sucum porri et intingue lanam ex eo. et suppone (*seq. c. XXI*). 3 potio *etc. b*: et somnum capescendum potio *a.* 4 *pro* ana *a habet singulas uncias* (÷ I . . . ÷ I). in v. d *b*: cum v. d. in sero (*add.*) *a.* 6 Spic̄ indice. Folii indici stafinis. Cassię ana ÷ I *b*: Spica indica. Stafisagrię ÷ I. Cassie ÷ I *a.* 7 costi *et* croci, *item* ireos *et* medulle *om. a.* scrip̄ *b*: Э *a.* 8 punice *ba.* 9 coque *a.* 10 commiscens *b*: adde *a.* et in se pessum fac. et utere. Genetia explicit *a.* 11 *sic b* (*ubi* Genecię *cod., in quo leguntur postea additi versus quattuor plane alieni* De vino). *haec om. g ubi novum cap. sequitur* XXI De mulieribus ut non abortent *pro c.* X *supra omisso additum, sequuntur deinde post finitum librum primum* geneciorum, *capitula* libri II. theodori prisciani *cum prologo et textu capp. 28 (ind. 26) — spuria haec omnia vel potius dupliciter spuria, quae licet ad Wolfii gyn. editionem intelligendam faciant, hic omitto.*

Additamenta codicis Barberiniani

ex Pseudo-Plinio (Pseudo-Paulo).

Ad I, 13 (43) De narium morbis *solus r habet haec (non bc)* (*post* superius memoravi).

Item de domni Gaudiosi de expertis ad ulcera narium et omnibus vulneribus vetustissimis. aristolochiae đ. LXXXIIII, cerae đ. XX, mannae turis đ. X, terebinthinae đ. LIII, iu đ. VII, olei veteris, đ. LX. sicca umectis misces, et uteris in omnibus ulceribus.

Item ad fetorem narium.

Costum in pulverem redactum mittis aut certe cum melle mixtum penna inducis. item carica contrita in olla nova cum

5 de dōni gaudiosi de expertis (*sic*) *r. haec sine auctoris nomine extant libro I c. 24 Medicinae Plinii quae edita est Romae 1509 (repetita Bononiae 1516 per Hieron. de Benedictis — ut addo eis quae dixi Hermes VIII, 60: cuius editionis exemplum tenet bibliotheca Taurinensis — corrupta autem et interpolata Basil. 1528) = P. ibidem autem eodem fere tenore extant etiam quae sequuntur omnia, ita ut quod ex libro Gaudiosi de expertis sumptum fuisse perhibeatur, ad haec omnia pertinere verisimile sit. Gaudiosus autem sive medicaminis solius auctor quod proxime subditur sive totius ex Medicina Plinii (sc. Ps. Plinii II) capituli adiecti idem erit episcopus ille animarum et corporum promptissimus medicus quem laudat qui vivo locutus est auctor anonymus (saec. V/VI) disputationis Augustini et Hieronymi de origine animae (Migne 30, 272). episcopus autem no. XIII refertur Gaudiosus in veteri quodam catalogo episcoporum Brixiensium (Cappelletti, Chiese d' Italia XI, 546. cf. 560), decessor scil. Optatiani, cuius nomen subscriptum comparet in actis synodicis anni 451 (M. 54, 950).* 6 aristologię . . . Cera *r* (ar. *habet* XXX *Ps. Plin. qui deinde addit* galbani XXII). 7 terebentinę *r.* iu. đ. VII. *r*: yo. VII. *P.* 8 humectis miscis *r.* 10 Item . . . *haec rubr. scr. in r. etiam sequentia omnia sic extant in Med. Plinii lib. I c. 25 ed. Rom. (= cod. Bamberg. f. 137b).*

pusca decocta emendat fetorem, si ipse sucus cum cocleario mellis mittatur. item hederae sucus colatus naribus infunditur. item aristolochiae sucus cum cypero, vel draconteae semen cum melle inditur. item ad narium graveolentiam draconteae sucus cum melle infunditur, quae res etiam carcinomata sanat.

Item ad polypum.

Aeraminis rubei limaturae ÷ I, ammoniaci ÷ II, aluminis rotundi ÷ III et aceti acris cotylas VI. omnia sicca teris cum aceto diligenter, mittis in pyxidem aeream et agitas de virga aerea ad solem usque dum siccetur. deinde teris in mortario thebaico et reponis in vase fictili. quando autem curas, mittis pulverem in penna ⟨vel in canna subtili⟩ et sufflas in naribus, ita tamen ut os eius prius aqua frigida impleatur diebus canicularibus. mense vero septembri curare incipies ita per dies tres. a vino et carne et a frigidis abstineat, quarta die non cenet. quinta vero accipiat hieram Archigenis. post dies autem tres purgas caput eius sic. ieiunus per triduum masticen commasticet. cum iam spuere coeperit, addis illi stafidos agrias granum unum, post modicum alterum, deinde tertium, ad ultimum quartum. inde vero secunda die incipies ab uno per ordinem, sicut heri, usque ad quintum perveniet, et hoc quo-

1 si ipse *(cod. Bamb.)*: supse *(sic)* *r* (supsae *ed. Plin. Rom.*). cum melle et cum cocleare *Bamb.* 2—4 *haec ex Ps. Plin. p. 23, 19—24, 3 Lips. habet Marc. p. 112, 16—19 H. (ubi ex al. fonte eadem praecedunt p. 112, 7. 13—16). cf. supra ad p. 45, 5.* 3 astrologię *r.* 4 inditur *P*: medetur *r.* item *(ex al. f.)* ad narium grave fetorē olentibus *(sic)* *r* (Item ad narium grave olentiam *P*, *ubi* —tium *cod. B*) 7 amoniacu *r.* 8 acris *(Bamb.)*: acri *rP.* omnia *om. P.* 9 diligentissime *Bamb.* et mittis *P.* buxidem *rP.* 10 ad solem *rBamb.*: in sole *P.* siccet *Bamb.* 11 tebaico *Bamb.* (*qui add.* diligenter): tybaico *r*, *om. P.* et *r*: post hec *P.* vas fictili *r.* 12 vel i. c. subtili *add. P.* et insuflans in nares *Bamb.* (aures *P*). 14 septembrio *r*, setembri *Bamb.* (decembri *P*). curare *P*: cure *r.* 16 cenet *r (P)*: cesset *Bamb.* quinta *P (Bamb.)*: hoc *(sic)* *r.* hiera *(sic)* *Bamb.*: *om. r.* archigenis: *sic rBamb.* (geram antigonis *P*). 17 autem *(sic)* *P*: (*post* Archigenis) *r.* masticem *r*, —ces *Bamb.* 18 stafidas *(sic)* agrias *Bamb.*: stafisagria *r (P).* 19 post *P (Bamb.)*: per *r.* 20 inde *r*: in die *P.* secunda die *r*: secundo *Bamb.*, —da *P.* 21 sicut heri *r*: *om. P.* quintum: *corr.* quartum? perveniet *Bamb. (om. P)*: —es *r.* hoc quoque

que tertia et quarta die ⟨facies⟩. istis quoque diebus a carnibus et a vino abstineat. quinta autem die radis ei caput, medicamento hoc ungis. acaciae ÷ I, aluminis scissi sem ÷ I, cimoliae sem ÷ I, nitri alexandrini S I, mannae turis ϶ VIIII. haec teris cum aceto usque in spissitudinem mellis, et sic unges caput. post dies autem tres hoc ipsum facies. sic curare nares incipies.

Ad I, 14 (44) De fluxu sanguinis narium (post *meruerunt, ubi alia habet b) sic r (e Med. Plin. I, 26—28).*

Testae ovorum unde pulli excluduntur leviter tostae et in pulverem redactae per fistulam naribus insufflantur, statim sanguinem sistit. item spongiam cinerem facis et in ipsa nare mittis, et restringit. item fimum equinum cum aceto ⟨teris⟩ et adiungis his picem virginem tritam. quod uniter subactum fronti linis et collo ad cervicem ponis. mox clauduntur venae fluentes.

item ad destillationem narium ex umore. ocimi semen tritum naribus immissum destillationem inhibet, sternumentum facit. item porri capitati folia cruda sine pane eduntur. item aliud. oleum calidum eunti dormitum ⟨cerebro⟩ infundis, et in nares mittitur.

ad sanguinem de naribus eiciendum. nepetae sucum naribus supino infundito.

tertia die et quarta facies *P*, hoc et ter et quarto facies *Bamb.*: et hoc usque tertio et quartū diē *r.*

2 abstineant *r.* 3 m. h. unges *(sic)* *r*: et ungis ad (a *P*) media fronte totum caput m. hoc *P (Bamb.).* 3 (27) ungis *Bamb.*, —ges *r.* 4 ſē. ÷ *(sic)* *r*, ꞔ *Bamb.* S. ÷ *(hic)* *r.* 5 usque ad *P*: in *(simpl.)* *r.* sic *om. P.* 6 et p. d. tres *P.* ħ idsū *(sic)* *r* (hoc ipsum *P*). 7 narem *r.* 10 et *om. r.* 12 sanguinis *r.* sistunt *P.* spongiae combustae cinerem in *etc. P.* 13 fimo equino *r (Bamb.).* teris: trito *Bamb. (om. r).* et adiungis *r* (iungis *simpl. Bamb.*). 14 uniter subactum *Bamb.* (teres ut unum corpus fiat *P*): inter iactum *r.* 25 collo a cervici *Bamb.* (in collum ac cervicem *P*). 17 (18) distillationem *r. cf. Ps. Plin. 1, 11 Lips.* humore *rP.* sternumentum *r*, —nutationem *P.* 19 capitati *P*: capiti *r.* 20 celebro *Bamb.* (crebro *P*), in cerebrum *Marc. p. 113, 9*: *om. r.* 21 infunditur *P (Marc.).* 22 *vid. P I, 27.*

Ad I, 17 (54) post depurgetur *haec habet solus r (e Med. Plinii I, 29).*

Item ad vitia oris.

Sepiarum ossa in cinerem redacta oris asparsa vitia emendant. item coclearum vacuarum cinis cum murra tritus et asparsus vitia oris emendat. item sinapis semen sive rafani ex vino decoctum uno obulo tantum emendat. item herba cyclaminis trita trociscos facies aequales. cum opus fuerit ex aceto ad crassitudinem mellis inlinito.

Ad I, 23 (73) De igne sacro (*post* variare) *in cod. Barb. solo (non in bc).*

Radicem ibisci cum palo ligneo fossam coqui facies in vase fictili novo, contusae in duas ⟨partes⟩ adicies unam axungiae veteris, quousque in modum malagmatis convertatur. et inductum in linteolum ubi necessarium fuerit ligabis.

Item de ficis ficatum contritum in modum malagmatis medicaminis inducis in linteolum ⟨et⟩ ubi necessarium fuerit ligabis.

item spumae argenti ÷ II, sulphuris vivi ÷ I, nitri ÷ I, olei rosei et cerae quantum sufficit. species suprascriptas cum aceto teres.

Ad II, 9 (29 fin. post compendiosa).

Item aliud ad colum de experimentis. testas ovorum unde pulli excluduntur combures et facies pulverem. et grana piperis quinque teres. haec aequis ponderibus pensabis, tantundem

3 et ori inspersa *P.* emendat *r (P).* 4 coccliarium v. *r* (cocleae vacuae *P*). cineres c. m. teres et sparges *P.* 5 senapi *r.* 6 obuli unius pondere datum *P.* 7 ęquales *om. P, qui pergit* et ex his cum opus est. 8 inlinitū *r*: illitum reprimit et sanat *P (sequitur in r c. 18).* 9 *quae sequuntur unde hausta sint nescio.* 11 Radicibus evisci ... fossis *r (cf. Plin. n. h. 20, 29).* 12 vel novo vel c̄tusā tunsa *r.* partes *addidi.* una *r.* 13 malagmę *r.* 14 (16) linteolū *r.* 15 malagmedicamedicaminis *(sic) r.* 16 et *addidi.* 18 spuma ... sulfur vivū ... nitrū ... oleū roseū et cera *r.* 20 sp. ut suprascriptas *r.* 20 teris *r.* 21 *haec add. unus r (cf. supra p. 358, 10).* teste *r.* 23 comburis *r.* 24 teres. haec: hęc teris *r.* pensas *r.*

et fimi bubuli sicci pensabis, et misces in unum, et in ovo sorbili calenti pro salibus dabis edendum.

Ad II, 26 (76) De epaticis (*ad fin. post* suadeo).

Item aliud de experimentis. costum epatorium, aloen epatitem. aequis ponderibus tusum et cribellatum dabis in vino veteri una potione ϶ II ieiuno, interiectis diebus tribus. si enim balneum fuerit, intus in solio dabis.

1 et in ova sorbilia calentis p. s. d. edenda *r.* 4 *haec unus r (ubi alia multa add. b, cf. supra).* epatorum *r.*

ANTIDOTARIUM BRUXELLENSE.

Antidotarium Bruxellense.

1 ... ibiscum et caricas discoctas et tritas diligenter, ubi admisces passi calicellum plenum, modicae axungiae porcinae quasi unciam et pollinem de hordeo, ita ut ibisci triti uncias II caricarum uncias II non febricitanti admisceas cum quantum merum est, febricitanti autem aquam de ibisco et caricis ubi bullierunt. hoc cataplasma impones, et usque in alterum diem mane habeat. et item alia similiter facias per dies V. postea diameliton solves cum ceroto et pones, deinde iunges in ipso diameliton et aliquantum diaspermaton. et cum meliorata erit, das potionem athanasiam in aqua calida et cocleare unum mellis et cocleare unum aceti. hoc per triduum facis, et si usus exegerit iterum repetis cataplasma.

2 Ad vesicae autem dolorem facis aquam de faeno graeco cum ibisco et fomentabis super pectinem de aqua calida, ita ut ante oleo calido omnia loca quae patiuntur perunguas. quae cum facis, sedebis super pelvim maiorem.

1 *Antidotarii titulo appello quae in cod. Brux. excerpta remedia sequuntur ex variis auctoribus (cf. c. 71. 130. 142. 143 etc.) congesta (saec. fere sexti). cf.* deus *88.* 2 hibiscum: *sic B (in marg.* III.) *post Prisciani extrema verba* (... designabo collecta) *subicit remediorum congeriem, quam ex ipso codice collato repeto leviter correctam. in qua re quae inconsulto confunduntur praeteriti et futuri temporis in scribendis remediis formae, eas hic consulto intactas reliqui, ut arbitrii quandam habeas imaginem, quam non corrigas nisi arbitrio.* 3 exungiae *(ut infra semper) B.* 4 hibisci *(ut infra semper) B.* 5 unc̄ U ... unc̄ U (V?) *B.* 10 ipsa *B (ed.).* 11 despermaton *B.* meliorata erit *B* (melius habere coeperint *ed.*). *fuit igitur ant. ad muliebria.* 12 (13) coclear *B.* 15 fenogreco *B (item infra).* 18 pelvim *corr. ed.*: pellem *B.*

et leviter fomentabis, ne loca contundantur. postea detergis diligenter et facis cataplasma de faeno graeco et lini semine et polline hordeacia in aqua et oleo modico melle cocta. cataplasma inducis et ponis. omnia loca cum testibus percooperis. hoc tamdiu facis quamdiu dolor recedat. deinde decoquis adarcem origanum et petroselinum, et sic dabis potionem cum modico melle. medicamen autem diameliton solves cum ceroto mollissimo et cum adipibus pullinis vel porcellinis et medicamen basilicon, ita ut ante clystere ⟨ei⟩ qui patitur exinanias stercus totum, et sic curabis eum.

3 Confectio medicamenti ad matricem curandam vel menstrua provocanda. primo suffumigatur mulier sedens de storace, ante quinque dies quam menstrua ei solent venire, et encolpidiatur pigmentis quae inferius scripta sunt. diachylon uncia una, basilicon semuncia una, cerae ponticae ÷ I, adipis anserini ÷ I, oleum liliacium quantum necessarium fuerit. species autem solves cum oleo liliacio ita ut zema cum aqua super focum bulliat, et alterum zema cum supradictis medicamentis ex olei vapore facias calescere ut sic solvantur. et cum coeperis velle encolpidiare, antequam encolpidies ventrem eius cura de sucis ptisanae nimium discoctae, inmixto clysteri oleo anetino. et post istam iniectionem si purgatio menstruorum plena non fuerit subsecuta, dabis ei pulverem picrae cum vino et melle et calida permixtum. sed ante quartum diem consuetae purgationis ita cura ut antequam encolpidies, primo de suco ptisanae discoctae cum anetino oleo ventrem cures et sic encolpidies. et hoc usque ad diem purgationis, si necesse fuerit, bis in die facias, et numquam anhelitum vel dolorem stomachi patietur.

6 adarce *B.* 7 diamelitos *B.* 10 ei *addidi.* exinanies *B.* 13 diffumigatur *B.* 15 encolpizatur *ed (item infra).* 16 diaquilon *B.* uncia. I. *(sic) B.* 17 pomicae *B* (punicae *ed.*). 19 zema *B* (medietas *ed.*). alteram zemam *B.* 20 ex: et *B.* 22 encolpidare *(sic) B.* 23 nimium *B* (fortiter *ed.*). 25 pigrae *B.* 26 sed—(29)encolpidies *eicienda videntur (ex dittogr.).*

4 Hygra dicitur quasi solutum collyrium. nam dicitur panchreston. facit autem multis passionibus approbate. ad synanchen. penna illitum faucibus solvit. ulceribus vero aurium prodest cum melle attico et vino aequali pondere solutum calefactumque, ad otenchyten inmissum et non effusum. ulcera locorum omnium emendat, praecipue tamen oculorum oris illitum. duritiis etiam palpebrarum sic quomodo confectum se habet ut pyrene meles intinguatur vel tangatur. asperitates vero deintus veteres palpebrarum sanat, albedines, suffusiones membranorum de oculis expurgat omnes ad pyrena meles inunctum. morsus omnium serpentium curat, sive intrinsecus potu datum in vino et oleo bono pari mensura quantum sufficit calefactum, seu deforis penna illinitum.

cuius compositio talis est. aeraminis combusti unc̄ II, miseos assati semunciam, murrae troglodyticae unc̄ I, croci semunciam, passi cretici heminam, piperis communis semunciam, vini aminaei candidi quod sufficit. universa cum dimidio vini in mortario teris per dies numero XXII. proinde reliquum vinum permiscens cum passo cretico coque. agitatum transcolas in trullionem, sed et inmittis simul supra memorata de mortario in ipsum trullionem. tunc vero levioribus carbonibus supradatum [hoc est inpositum] trullionem omni hora agitas, ne illa quae graviora esse videntur in fundo remaneant et comburantur. ergo movenda sunt sine intermissione. et cum fervendo in modum mellis devenerit, infrigidatum vase vitreo servare debebis.

5 Ad conceptum. leporis vulvam assam teris et dabis

1 Ygna *B.* 2 pancristum *B (cf. Aetii 7, 99).* approbatae *B.* 3 sinancem *B.* illita . . . solvitur *B.* 5 Ad otenitem missum *B.* 8 pyrena mellis *B.* 10 suffusionis *B.* 11 Ad pyrena mellis *B.* 14 penna linitum bene sanat *B.* 16 myrrae troclites *B.* 17 eminā *B.* 19 teris per *(sic) B.* XXU *B* (XXV?) 23 hoc est inpositum *ex glossa addere videtur B.* 25 infundere maneant *B (corr. ed.).* 29 *(et mox iterum)* Ad concipere *(sic) B* (*sed* ad conceptum *135*) *cf. 163* ad emendare. *in marg. hic codex habet* VI *(neque ultra extant numeri capitulorum).*

in vino mero in balneo in sabanis sedenti bibere ieiunae. si ipsa die vel nocte tacta fuerit a viro, concipiet.

Ad conceptum experimentum. nardum asianum et uvam passam creticam veram, purgabis ut tollas grana quae habet, et murrae troglodyticae modicum. teris diligenter more collyrii. sic enim probabis. ad rostrum applicas et labia inde fricas. si dulce est, sic mulier utatur. si vero amarum, adauges uvam passam, et in lana pessarium factum suppones per dies XXX. etiam si stira est, concipit. et pariter praeparamus par viro. rutam agrestem tere et inde veretrum lini, statim excalescit. postea si non pausaverit veretri tensura, idem veretrum oleo ungues.

6 Inguina si a caballo doluerint, oleo rosacio tanguntur in balneo et extra balneum. si autem cum rubore nimio aut ustura fuerint, cum cerussa permixta linantur.

7 Ad perniones. alumen scissum in aceto acri infundis et post diem agitabis et in pede perungues [id est linies].

8 Ad lumbricos. in ollam fictilem mittis mentam usque ad medias, et desuper micas usque ad summum. et implebis ipsam ollam aqua, et decoques omnia. bibere dabis habenti lumbricos ieiuno. omnes per inferiora egerit.

9 Ad menstrua mulieri provocanda. rutae suci cyatum unum calefactum ieiuna bibat. fortius autem provocat, si ieiuna levetur et sic biberit, ante tamen sine balneo accipiat. sanguis si huius currere coeperit, surculos ipsius rutae, de cuius foliis sucus expressus est, in ignem mittat, et sanguis se stringit.

10 Potio ad luem. cucumeris silvatici radicem ad quantum habueris mittis in mortarium et teris cum foliis

1 mẹro *B.* ieiunae *sic B.* 4 vẹram *(sic) B.* 5 mirrae troclitis *B.* 9 *post* factum *inter lin. add. corr.* et *B.* scira *B* (*στεῖρα ed.*). 10 par *sic cod. (om. ed.).* 13 roṡaceo *B.* 15 ceruıſa *(sic!) B (corr. ed.).* 17 id est linies *(quasi glossam) om. ed.* 20 micas *(sic) B* (myricas *ed.*). cyathum: *sic semper (ut docte solet) B.* 25 levetur *B* (lavetur *ed.*). antequam balneum intret *corr. ed.* 26 surculus *(sed* o *ex* u *corr.) B.* 29 ad (q. *sic) B om. ed.*

tenerioribus sempervivae apii et coriandri. cum bene triveris, adicies mel et grana piperis imparia quanta volueris et universa temperabis et stagno servabis, et ieiunus uteris. et si quis apprehensus fuerit, hanc potionem cum acceperit, statim foris exit omnis lues ab illo, et sanus erit. nam qui epulatione usus fuerit et qui servierit ei qui lue tenetur, numquam noceri poterit.

11 Chalasticum quod ostendit Vindicianus vir clarissimus. imponendum in aluta pedibus dolentibus et ligandum fasciola, et desuper udones induendi. cerae ponticae unc̄ I, resinae frixae $\overset{o}{p}$ I, resinae terebinthinae ÷ I, axungiae porcinae sine sale de porcilla virgine, etiam si de pluribus, $\overset{o}{p}$ I. haec omnia in cacabo solvis, mittis postea ceram, et desuper nitri alexandrini bene triti ÷ I, et agitando commisces. servabis in fictili.

12 Ad hemitritaeum, unde fiunt cardiaci et frenitici. mala cydonia sicca trita lavato, et mittes in ollam novam aquam fontanam, et decoques, et ipsam aquam bibere dabis.

13 Antidotum diorobu. facit ad pectoris dolorem et stomachi et iocineris, splenis, vesicae, ad haemoptyicos ⟨id est⟩ qui sanguinem vomunt vel expuunt, ad indigestionem, inflationem stomachi, tussim siccam, et ad tussim suspiriosam id est qui fortiter suspirant. nausiae prodest et salivis abundantibus. in his necessitatum universis doloribus cocleare plenum ieiunus manducet per triduum. senties beneficium.

cuius compositio talis est. mastices, petroselini macedonici, oxypiperis quod in usu est unciae singulae, item

2 quanta *(sic) B* (quot *ed.*). 3 stagno *(sic) B (corr. ed.).* 6 Nam *(sic) B* (Sed et *ed.*). 8 Vindicianus *(v. Hermes VIII, (42:* titianus *B.* 10 induendos *B.* pomicẹ *B.* 12 porcilia *B* (porcella *ed.*). 16 emitriteum *B.* chardiaci *B.* frenetici *B.* 17 cytonia *B.* 20 diarobum *B.* 21 iocinoris *B.* emoptoicos *B.* 22 *ante* qui *addidi* i. = id est. 28 mastichis *B.* 29 oxypiperis *sic B. cf. 40.* unciae singulae . . . unciae binae *(sic) B (pro acc.). cf. 3. 40. 59.*

ysopi cretici, iris illyricae, rutae viridis unciae binae, nuclei pinei unc̄ IIII. quae sicca sunt tundi et cerni debent, rutam autem cum nucleis pineis et masticen in mortario fictili aspero detere. haec cum bene fuerint malaxata, postea quae sicca sunt iungantur et terantur simul. desuper autem mitti oportet mellis summi quantum sufficit. universa in se creta confecta in vas vitreum missa signata servari debent.

14 Decomai antidotos Terentii Eutychiani diatessaron. facit ad digestionem et ad urinam provocandam et colum. cuius confectio talis est. petroselini macedonici, piperis, inulae, feniculi semina aequis ponderibus tunsa et cribellata, melli bono sufficienti despumato terendo iunguntur et dolio vitreo signata servantur.

cum necesse fuerit, dabitur ita. ad digestionem cocleare plenum comedendum. si autem mane stomachum indigestum habet, similiter cocleare plenum comedat. ad urinam vero provocandam in balneo in solio stanti cocleare plenum solvis in duobus cyatis aquae calidae et bibendum dabis. colicis quoque in aqua calida ubi apium fuerit decoctum solutum plenum cocleare bibere dabis, post triduum tribus cyatis aquae salitae.

15 Decomai titianos npocyaɴɪτeos quod latine dicitur ad omnem passionem dolorum omnium seu interiorum sive exteriorum, etiam quartanariis vel qui coeperint febrire. haec nomina scribes de atramento in charta pura, quae in tribus cyatis aquae calidae delavabis et ipsam aquam bibendam dabis. res est ultra experimentata. acko мeneɪʙos cvpω ᴀᴀopɴe ᴀvτvʀᴀ. fekevɪωɪk.

2 nuclei pinei *B (cf. Cass. p. 184, 7).* 3 masticem *(sic) B.* 7 insecreta *(sic) B (om. ed.).* 9 Decomai *(sic) B (item infra).* euthiciani diathesseron *B. cf. aliud med. (apud Marc. p. 140, 8)* quod ab Eutychiano archiatro primum traditum fertur. 12 hinulae *B.* 13 melle *B.* 18 in balneo in sole vero(ů) stanti *(sic) B* (in b. vel in sole s. *ed.*). *cf. p. 359, 7.* 22 saltae *B* (salsae *ed.*). 23 *hoc totum cap. (consulto) omisit ed.* titianos *B*: Vindicianus? *sic (scriptura semigraeca) B, scil.* προς παν παθος.

16 Antidotos faciens ad omnes dolores interaneorum. ysopi cretici ÷ II, calaminthae creticae, puleii sine fumo, petroselini macedonici, siseleos unc̄ ternas, apii seminis unc̄ I, ligustici semunciam, thymi hispani florum ÷ I, piperis semunciam, zingiber semunciam. tunsa creta commisces cum melle bono despumato, et confectum vitreo signatum servabis. ex hoc ieiuno dabis cocleare plenum.

17 Diamoron aplun id est simplex. mora silvatica triduo in cacabo mundo habentur. postea exprimuntur ex his sextarii sex, quibus iunguntur mellis sextarii III commixti. simul colantur et in cacabo stagnato coquuntur ad tertias. servatur in dolio vitreo. datur ex hoc ad vulnera faucium, dentium dolori. in acerrimis febribus constitutis temperatur ex aqua calida vel ex frigida. sed et auribus ulceratis ad cocleare fundetur, et obturatur lana.

18 Diamoron sceuaston id est sucus de moris silvaticis quae collecta in cacabo triduo sint. quarta die exprimendi ex his sextarii sex. croci unc̄ II, aluminis scissi ÷ II, corticis mali granati ÷ II. sucus de moris et mel et sucus labruscae bene commiscentur et colantur, et desuper accipiunt trita et cribellata, et teruntur et iunguntur. crocum ante triduum infunditur in suco labruscae ut facile teri possit. decocta simul usque ad tertias vitreo servanda sunt. facit ad faucium vulnera et totius oris, sed et ad carnes quae supra dentes nascuntur.

19 Acopum diacissu. bacas lauri numero C, pilas cupressi num̄ XX, herbae sabinae foliorum libram I, resinae pituinae lib̄ I, germinis hederae unc̄ IIII, olei sabinensis lib̄ IIII, faeni graeci sextarium I, cerae rubeae lib̄ I, praeter haec cummi. resinam et ceram in cacabo infundis in aquae fontanae sextariis II et olei libris IIII per triduum. quarta

1 anthidotos *B.* 2 calamentis *B.* puleii *B.* 4 libistici *B.* tymi spani *B.* 5 gingiber *B (item infra).* 16 Diamaron aplon *B.* 15 obduratur *B* (obturabitur *ed.*). 16 Diamaron *B.* 19 malogranati *B.* melle *B.* 22 crocū *B.* 26 diacissū *B.* cipressi *B.* 27 sauinae *B.* 30 gummi *B (item infra).*

die decoques quae infusa sunt leni foco, quamdiu aqua absumatur. cummi vero teres cum oleo modico iam cocto usque ad levitatem. resinam autem et cetera cum reliquo oleo resoluta leni foco colabis, et tepefactum supra cummi inmixtum agitabis de fecula. quod medicamen dolio vitreo servabis. facit autem ad totius corporis frigorem, et ad sciam et podagram utilissime prodest.

20 Ad sanguinem vomentes. semen salicis unc̄ I tritum cum vino austero permixtum ieiunus accipiat. sanguinem restringit et vitium emendat.

21 Confectio saccomeli. uvae acerbae suci sextarios II, quem sucum cacabo stagneo per triduum servabis, supra missis granis salis marini tribus, ita ut omnes faeces in fundo resideant. exinde mittis suci limpidi sextarios II, mellis despumati sextarios III. coques leni foco usque ad tertias. quod de ferula agitabis. frigidum factum vitreo servabis. facit ad nausiam restringendam et ad ventris fluxum et initia eorum qui sanguinem vomunt. sed et dysenteriae incipienti cum aquae purae mensura dabis, febrientibus tepidum, ceteris frigidum.

22 Ad sanguinem de ano fluentem. mali granati corticem tunsum et bene cribellatum in aquae calidae cyatis II totidemque vini, et coclearia singula pulveris per triduum da bibere, et restringit.

23 Ad dysentericos. ovum gallinacium cum aceto friges. et da manducare ei qui patitur per dies septem.

24 Item ad dysenteriam. fragmenta de mola ignifera facies, et cum bene incaluerint, lapides ipsos in lacte caprino extingues, et illud lac bibere dabis.

25 Ad eos qui cum tormento urinam faciunt. sisymbrium ex aqua decoque et tere limpide et da. bibat cum caroeni mero ieiunus, ex aqua supra memorata.

1 leni *(cf. apud Anthimum ind. s. focus)*: levi *B (item infra 4. 15 etc.)*. 5 frigdorem *B*. 7 schiam *B*. 9 austere *B*. 11 saccomellis *B* (*f.* stactomeli). sucum *B*. 15 leui *B*. 19 disenteriae *B*. 21 malogranati *B*. 25 dissintericos *B*. 27 dissinteriam *B*. 31 sisinbrium *B*. 32 cum caro enim ero ieiunus *(sic) B*. & *B (corr. ed.)*.

Ad lumbricos. herbam centauriam decoques ex aqua in olla nova et dabis per triduum. bibat cyatos ternos vel quinos. ad omnia etiam interanea facit.

26 Ad capillos in capite rasos ut spissi renascantur, qui ex infirmitate gravi ceciderunt. caput novacula erodendum et liniendum ex hac unctione, cuius compositio talis est. tus dacicum, gallas, inulam, murtae nigrae seminis uncias singulas. omnia tundis, cribellas. post ladanum in vino vetere infusum, id est unc̄ II, per triduum desuper in mortarium missum adicis et simul conteris usque ad limpidinem, cumque spissare coeperit, tantum nardi boni campani desuper mittis ut in modum ceroti strictioris deveniat. perfectum plumbeo reponitur vasculo. uteris post rasuram quousque capilli densentur.

27 Ad nigrandos capillos. gallas acerbas numero X, spicam celticam, muscum gallicum, murtae nigrae seminis uncias singulas, ova corvina tria. gallas, spicam, semen murtae tundis, cribellas, et postea in mortario medicinali teris cum vini veteris quartario uno per triduum. quarta die desuper adicies ova et in vino commiscebis. confectum plumbo servabis. quando uti opus est, oleo lentiscino et vino veteri resoluta infectione uteris, ita ut solutior sit et possit omnibus adhaerere capillis. sane sub hora infectionis oleum intra os habendum est ne dentes nigrentur.

28 Medicamentum Philosophiani quod dicitur cysofarmacum unicum faciens ad passiones has. ad ulcera chironia, ad ulcera recentia, ad luxum, ad praecisuram, ad scabiem in capite, ad parotidas seu glandulas, ad ulcera naturae, ad contusionem et tumorem, ad deiectum et fracturam, ad carbunculum et furunculum, etiam si in mamillis mulierum ulcera vel duritiae natae fuerint, ad

7 thus daciscum *(sic) B (corr. ed.)*. myrte *(vel infra* mirtae) *B*. 16 seminis uncias: semuncias *B*. 25 phisophianum *(sic) B* (Phisophiani *ed. cf. Philosophi apud Aetium 16, 55. 80. 88. 94. 15, 24 etc.*). 26 cysofarmacū *(sic) B* (*κυσοφάρμακον*). 27 unicū. *B*. 27 loxsum *B*. 30 contunsionem *B*. deiectā *(sic) B*. 31 duricies *B*.

ad faucium tumores aforis, ad scabiem, ad ragadium, ad exochadium.

cuius medicaminis compositio talis est. cerae rubeae et cerae ponticae libras singulas, opopanacis unc̄ II. oleum autem secundarium pinguissimum tantum mittere debes, ut pigmenta tegantur. resoluta in cacabo mundo colabis et ad supra memorata uteris.

30 Diaherpyllu acopum. serpillum, faenum graecum, iunci radices, roris marini libras singulas. haec omnia in vini veteris sextariis V infusa sint diebus V, die sexto olei sabini mittis sextarios quinque. leni foco impositum eo usque coquitur ut vinum absumatur. postea mittis cerae ponticae uncias XIIII. facit autem podagricis, arthriticis, spinae dolori, sciaticis omnibus mirifice prodest. et diacitrin acopum ad hoc facit.

31 Diacitriu acopum. cuius confectio talis est. in cacabo aquae ferventis deponitur alia ollicula aerea, ita ne aqua illic intret olliculae. cui haec mittenda sunt. citreum viride acerbum, peucedani viridis p̊ I, olei sabini sextarii II. sub ipsa die simul coquuntur, supra fervorem aquae ferventis ut ollicula habeatur ubi citreum cum ceteris est. postquam haec decocta fuerint, oleum colatur in cacabo et desuper mittitur cerae ponticae lib I. agitatur quousque solvatur cera. confectum in vas vitreum reponatur. facit ad ea quae et diaherpyllon, id est podagricis, arthriticis, spinae dolori, et sciaticis.

32 In aure vulnus si fuerit, excavas malum granatum et mittis illic myrram piesten mel et acetum et ad cynisam coquis. ex eo mittis tepidum per folium lauri aut otenchyten. sanat. alii pro murra afronitrum mittunt.

4 pomicae *B*. 8 Diaherpillum *B*. 11 leni *B*. 13 pumicae *(hic) B*. 14 sciaticis *B (cf.* scia *19) pro* ischiadicis. 14 (16) diacitrium *B*. 15 ad hoc—acopum *B (om. ed.)*. 21 ut *om. ed.* 23 ponticae *(sic hoc loco) B*. 25 diaherpillon *B*. 28 myrram piasten *B* (= *σταχτή cf. Diosc. 1, 77 unde suum duxit ed.* pediasimos). ad cynisam *(sic) B* (ad dimidium *ed.*). 29 othentyten *B*. mirra *B*.

33 Ad hydropem. vituli masculi stercore cum aceto acri permixto spisse venter liniendus est, ita tamen ut ante ipse hydropicus toto corpore dropacetur.

34 Ad hydropem. squilla id est bulbus prunis vel furno assatur, deinde circumpurgatur et medietas eiusdem bulbi in aqua coquitur. posteaquam coquendo colorem mutaverit, tollitur. ex quo bulbo scripulus unus et dimidius teritur cum oxymeli. tribus cyatis calefactum bibendum datur. omnem calamitatem per urinam evacuat.

35 Ad hydropem. lomentum fabacium bene cretum et cineres de fornacibus optime cretos aequis ponderibus adunatos in aqua calidissima conspergis et facis cerotum in modum cataplasmatis. inducis pannis duobus, ita ut unum habeat inante et alterum aretro. omnem calamitatem umoris aut per peditum digerit aut per urinam.

36 Ad hydropem, quod monstravit Leoparda de lupo, si viro de masculo, si mulieri de lupa remedium faciendo. cor seca totum et pulmones. omnia simul comburas, ita ut carbones fiant. quae teri, cerni id est cribellari, et in pulverem redigi debent et vitreo servari signata. cum necesse fuerit, vinum bonum, sed non vetus, mittis in ollam fictilem novam, et de puleio quod fumo tactum non est, facies fasciculum, et ex eo facis agitari ipsum vinum. posteaquam perbullierit, facies potionem, et tepefacta potione cocleare plenum pulveris das bibere ei qui patitur, per triduum.

37 Ad hydropem, quod monstravit uxor nomenculatoris. in ollam fictilem novam mittis unam radicem de costo et de folio malobathri tres surculos grossos et fasciculum qui de publico emi debet feniculi. bulliant haec omnia in olla cooperta. ex eo mane unam potionem bibat et sero qua hora se collocat unam.

38 Ad hydropem potio experimentata Cornelio. squillae

4 prunis vel: pruinosus *(sic) B* (sub prunis *ed.*). *cf. 38.* 8 oximelle *B*. 15 pedum *(sic) B (ubi* anum *corr. ed.).* 27 nomen culatoris *(sic) B*. 29 malobatro *(sic) B*. 30 quod *B (corr. ed.).*

purgatae id est bulbi prunis minutatim secti p̊ I, vini aminaei vetustissimi sextarios III. in fictili per triduum infundis et vas die quarto foco leni inponis et coquis quousque vinum ad tertias veniat. sublato vase de foco, partes squillae proicis expressas, sucum vero vitreo servabis. ex hoc quando opus fuerit quartarium hydropico ieiuno calefactum dabis. locis autem deforis tumentibus aut inflatis aut umore plenis stercus bubulum cum faece aceti resolutum spisse amabis tam diu quousque ad limpidam sanitatem patientia loca perducas. sane de suco priore ter singulos quartarios dabis, id est triduo intermissis singulis diebus.

39 Ad hydropem, quam frequenter experimentavit Eugamius confectio. columbi agrestis vivi integri cum pennis suis exusti in olla fictili in cineres conversi, ex his quantum tribus digitis levare potueris, et herbae sabinae tunsae cribellatae tantundem, et murrae troglodyticae quantum tibi videbitur, in vini meri afri calefacti cyatis duobus ieiuno digesto bibendum dabis. primo tamen die sentiet beneficium potionis, ita ut per urinam satis mittat. alii incipiunt subito et per nares emittere umorem.

40 Ad dolorem ventris et ad tortionem experimentatum a Cornelio. calaminthae, nam sic est herbae nomen, puleii sicci sine fumo, petroselini, ligustici unciae singulae. siseleos, apii seminis, zingiber, iuniperi, thymi hispani, piperis quod in usu est unciae binae, mellis optimi despumati quantum tibi videtur. omnia haec tunduntur, cribellantur et in melle despumato coniunguntur. reponuntur in vitro. quando vero opus est, in aquae ca-

1 bulbi prudi|us imminiutatē facti *(sic) B.* (crudi minutatim concisi *ed.*). *cf. Diosc. 2, 202. Plin. 20, 9 s. 39.* 2 aminei *B* 3 leni *B.* 8 faece: peste (aceti) *B* (parte corr. *ed.*). 9 amabis *(sic) B.* 14 uini *(sic) B (corr. ed.).* 17 mirræ troclites *B.* 23 calaminae *B (corr. ed.).* herbae: *sc.* nepetae *Garg. I, 23.* 24 libistici *B.* semen *B.* gingiber *B.* thimi spani *B.*

lidae cyatis tribus, ubi apium fuerit decoctum, dandum antidotum modo nucis abellanae.

41 To dialthaeas. si sub hirco scabies exierit, ad duraniolos facit et ad loca dolentia universa, praecipue tamen ad umores et duritias et apostemata. prodest aeque carbunculis clavulis et furunculis.

cuius compositio talis est. spumae argenti, olei communis libras singulas, galbani ÷ IIII, cerae rubeae, resinae terebinthinae libras singulas, ibisci radicum fasciculos IIII. spumam argenti cum oleo in mortarium mittis et teris usque ad summam limpidinem. resinam, ceram cum galbano foco leni impositam solvis in cacabo, proinde colas et iungis cum spuma argenti et oleo detritis. ibisci autem radices detergis et postea lotas in pila tundis et in mortario fictili pistillo ligneo teris, quousque bene sit detritum. paulatim iungitur cum supra memoratis, et terendo adunantur. confecta in fictili servantur.

42 Musae trocisci virtus prodest his passionibus. capitis dolori et oculis saepe reumatizantibus, ex aceto resoluto tota frons linatur. auribus umore plenis aut vulnera habentibus, ex vino austero et melle resolutus auribus infundetur. gingivis putridis aut sanguine plenis vel dentibus fluxis, in pulverem detritus aut digito aut mele intra os mittitur. narium ulcera inveterata diuturno umore ex vino austero resolutus et intromissus sanat. ulceribus omnibus forensibus cum linteolis linitus et impositus prodest. fluxu ventris et sanguine assellantibus seu rasuram cum putredine facientibus ex vino austero cocto in murta quantum modum aestimaveris, vel certe quasi mero, in

3 Todia althea *B.* aut duraniolos *(sic) B.* 9 hibisci *B.* radicis *(ex* rad) *B.* 12 leni *B.* 18 Musa virtus trocisci *(sic) B.* 19 ex *ed.*: et *B.* 21 austere *B.* 23 fluxis *(sic) B.* detritus *ed.*: retritus *B.* melle *(sic) B.* 25 austere *B.* resolutū et intromissum *B.* 26 linitum et impositum *B.* 27 fluxu v. ex sanguine *B.* 28 austere *B.* mirta *B.* 29 merum *B.*

pessarium missum inicis, mirifice prodest. ad ulcera chironia linteola infusa imponuntur, et ad carcinomata et ad omnia vulnera vetera. ad naturam dolentem in aqua tritus spissus linatur, et linteolum infusum ponitur. paronychiis ex aqua tritum saepe inungues.

cuius compositio talis est. aluminis scissi ÷ III, aloes indicae ÷ III, murrae ÷ II, croci ÷ II, crocomagmatos ÷ III, chalcanthi II, mali granati corticulos qui primi nascuntur antequam poma fiant ÷ IIII, aeris floris ÷ II. cortices tundis et teris, crocum autem vino aminaeo aut falerno infundis. quod alio die tollis de vino et in mortario teris. cum tritum fuerit, adicies et ceteras species desuper et in modum coclearis conteris, cum melle sufficiente et vino bene subactum. ex eo trociscos facis siccatos, et in aluta molli servabis, et loco sicco reponis in vitro. ad supradicta de experimentis.

43 Ad lumbricos. cornu cervinum secas et scobem ipsius cum mellis modico in aquae calidae cyatis tribus dabis bibere.

44 Ad profluvium a me tertio haec duo remedia sunt experimentata. de capillis ipsius mulieris qui ei cadunt quando se ornat, facit mataxam et in medio nodum, et in arbore quacumque pomifera ligat de ipsis capillis unum nodum. quos capillos illic relinquit in arbore aliena. mulier manifeste sanatur, arbor autem arida fit.

45 Ad vesicam. carbones de arbore persico ÷ I, picem p̊ I, resinam astulosam p̊ I, oleum ÷ II, ceram ÷ II, aceti potionem, lamminam cyprinam ÷ II. quae terenda sunt ⟨teris⟩ cum aceto in mortario medicinali per triduum, quarto autem die decoquis. his in cacabum missis, resolutis cum oleo,

1 cyronea *B.* 2 *post* carcinómata *add. B* id est (et ad o. v. v.). 4 Panariciis *B.* 8 calcanti *B.* malogranati caliculos *B.* 20 a me tertio *sic B et ed. (latet nomen pr.).* haec duo: *sed unum tantum revera subicit (ex auctore cuius verba repetit)!* 26 persico *(sic) B.* pice *B.* 27 resina asclosa *(sic) B.* oleo *B.* cęra *B.* 28 potionem *(sic) B.* lammina cyprina *B.* teris *addidi.* 30 His *(sic) B.*

transcolatis, misceri illud oportet quod in mortario fuerit tritum. adunatum exagitatur, quousque in modum emplastri deveniat, linteolo inductum ponitur.

46 Ad epar et ad splenem. eupatorium, costum, gentianam, aristolochiam longam, aristolochiam rotundam, bacas lauri mundas sine cortice, piper. omnia aequis ponderibus tundis, cernis, vitreo servabis. cum necesse fuerit, dabis in tribus cyatis meri vini veteris calefacti cocleare plenum. si autem febriunt, in aquae calidae cyatis tribus.

47 Ad coli dolorem. thymum hispanum tundis et molliter cernis, et das die primo cocleare I, die secundo II, die tertio III. si febriunt, in aqua calida. si minus, in vini veteris cyatis tribus.

48 Ad dysentericos. conchylium, anchusam, amylum alexandrinum. aequis ponderibus tunsa et cribellata in ovo sorbili dabis. cocleare plenum ieiuno et post cenam dabis.

49 Aliud Eusebii ad dysentericos. uvae silvaticae adhuc acerbae folliculos cum granis suis, proiectis vero sucis. sicca utraque tundis, cernis et in vitreo dolio servabis. ex hoc in tribus cyatis vini veteris meri cocleare plenum, febrientibus vero cum omfacomeli.

50 Ad idem. membranas exteriores ventris gallinacii, quas coci semper proiciunt, ad solem siccabis, ita ut sint XXV. tundis, cernis, cum gallis asianis II. ex quibus pulverem factum pariter miscebis cum amylo alexandrino. cocleare plenum semel.

51 Ad colum. in balneo posteaquam te lotus per sabana vestiveris et sederis, dicito intra te, per te diachylon diachylon diachylon.

4 epar *B.* 8 calefacti *(sic infra c. 118):* calastici B. 14 *cf. idem remedium infra (c. 140) ex alio fonte traditum.* disintericos *B.* amilū *B.* 18 eusebi *B.* *idem remedium infra c. 142.* 22 cū unfaco melle *B.* 23 membranā exteriores *(sic) B. cf. infra ubi idem remedium c. 143.* 24 quas: quā *B.* 27 *infra ad alia pergit auctor exscriptus de dysenteria.* 29 per te *(sic) B.* 30 diacholon *B.*

51 Ad calculum Porfyrii. brassicam bene siccatam teris et piperis pondus duplum, itaque cribratis et in se mixtis cocleare plenum dabis in potione caroeni. salvus fiet.

52 Ad fluxum sanguinis de naribus, experimentatum. de ipso sanguine nomen eius cui fluit litteris latinis in fronte scribis ad cannam, et statuisti.

53 Ad idem, experimentatum. chalcitin tritam si linteolo in cortinae extremitate tetigeris et in narem miseris, statuisti. hoc et si de diachartu feceris, idem valet. si autem nimium sanguis currit, ipsius hominis pedes in aquam frigidissimam depone, et statuisti.

54 Ad idem, experimentatum. de cacabo sive aereo sive fictili fuliginem tritam per cannam perfusam si intra nares miseris, statuisti sanguinem.

55 Decommai ad hordeolum qui in oculo ab se nascitur. galbanum, tus et mannam in se ex aequo pondere commisces, et in linteolo inductum pone.

56 Ad epar. coctum eupatorium, lupinum crudum aequo pondere tunsum, creta commixta. dabis cotidie in vino cocleare plenum in tribus cyatis melicrati calidi.

57 Ad idem. guttae ammoniaci ÷ III, costi ÷ I, petroselini macedonici ÷ I, feniculi ÷ II. haec quattuor tunduntur, cernuntur. mellis autem attici librae II semotim bulliunt, et sic desuper supra memorata mittuntur. ex eo ieiuno danda sunt II coclearia. intermissis iterum duobus diebus accipiunt usque quater.

58 Ad lateris dolorem, ad perstrictiones, sed tamen recenter bibendo. ysopum, origanum coquis pultario novo. bullit ter aut quater, et mittis acetum in mortarium, mel, et mane coclearia duo vel tria utitur.

1 porfiri *B.* 3 caroeni *etc.*: caro enim salva fiet *(sic) B (om. ed.).* 4 *idem remedium ex eodem fonte apud Marcellum p. 110, 18 Helmr. simile etiam in Ps. Theod. ad I, 14 (44).* 5 literis *B.* 7 calchiten *B.* linteoli *B (corr. ed.).* 8 narē *(sic) B.* 9 diacharto *B.* 10 minus *B* (nimius *ed.*). 15 hordiolū *B.* 16 manna *(sic) B.* 20 mellicrati *B.* 23 libras *B.* 29 in mortariū mel *(ubi* l *in ras.) B* (cum melle *ed.*). 30 utitur *(sic) B* (sumat *ed.*).

59 Ad calculos expellendos, etiam infantibus. unum calculum porcinum, seminis cauliculi, cymini, bacarum lauri siccarum mundarum, piperis unciae binae. haec separatim tunduntur et bene cribellata in unum rediguntur in dolio vitreo. dabis cocleare plenum in caroeno mixtis cyatis tribus.

60 Ad cordis dolorem, etiam si spina doluerit. lasaris cyrenaici grana tria detrita, mellis et aceti aequo pondere ut faciat cyatos tres, bibat.

61 Ad auriginosum. herbam aristolochiam, muscum de tecto quem fumus non tetigit, in se teris, et spargis in corpore. vel pulverem ipsum dabis, cum vino veteri bibat.

62 Ad auriculae dolorem. malum granatum siccum exinanis, et mittis mellis coclearia duo et aceti glutum unum. bulliat in se ipsum malum granatum. de argilla deforis linis ut bene bulliat. etiam tepidum per folium lauri mittis in auriculam.

63 Ad intestinorum dolorem. brassicam britannicam conteris et sucum eius in aquae calidae cyatis tribus dabis bibere. aut cyminum hispanum dabis.

2 porcini *B.* sem̄ . . . cyminū bacae l. siccę mundae *B.* 3 bine *(sic) B.* 5 in caroeno mixtis: in coclera mixta *(sic) B (ubi male legit ed.* in* codera). *cf. infra 129.* 18 stantinorum *B (corr. ed.).* 20 *hic sequitur in cod. Brux. sine discrimine insertum fragmentum notissimum qnod ex Dioclis ad Antiochum epistola graeca derivatum est* Corpus igitur hominis dividimus in quatuor partes caput pectus ventrem atque vesicam . . . *(des.)* reliquum tempus facile transibis sine vallatione medicorum *(ed. f.* 91^{b}*—*93^{b}*). idem eodem ambitu fragmentum extat in cod. Hafniensi vet. reg. 1653 sic inscriptum (f.* 75^{b}*)* Item dogma Ippocratis *(post* librum artis medicinae) *eiusdemque particulas insertas habes in excerptorum medicorum congerie, quam Sorani isagogen dixit editor A. Torinus (Bas. 1528) f.* 3^{c}*—*4^{b} *+* 2^{d}*—*3^{a}*. sua autem inscriptione* Ypocratis epistola ad regem Antiochum *quam plurimis exemplis et repetita et mutata legitur. post hanc igitur epistolam altera remediorum series sequitur, quam priori subiungo.*

Antidotarium Brux. secundum.

64 Ad capitis dolorem ut in sole non doleat. radicem puleii post auram sinistram baiulabis. Item. quando te levaveris, antequam ⟨in⟩ solium descendas, de manu sinistra haurito aquam et supra cerebrum ter mittito. Item aliud. papyrum tenes in manibus tuis et nominas septem viduas quas nosti, et facis septem nodos in eo, et in fronte ligabis. Item. vitis albae corticem comburito et miscens cum vitello ovi linias in fronte.

ΠΡΟϹΤΑΝΤΑΕΟϹ.

65 Ad morsum serpentium. gentianam, aristolochiam rotundam, lauri bacas purgatas, murram aequis ponderibus tunsas admisces melli optimo.

66 Ad hemicranium. canis mortui capillos de capite tollis de duobus digitis et pulli mortui, et die sequenti minimo in linteolo de licio in collo suspendis. Item. radices salsas rafani tere, quae adhaeserint tolle et tere cum aceto acri, et lini hemicranium.

67 Ad gravedinem aurium. fel caprinum, mel atticum quantum et fel fuerit, murram, oleum rosacium, ⟨rad̄⟩ de chesisboum factis simul, in carbonibus calefacis, et in aurem mittis.

68 Ad vermiculos qui in auribus nati fuerint. amurcam calefacies, et mittis in aurem.

69 Ad auriculae dolorem. porri sucum cum nardo calefacies, et intus mittis.

3 baiolabis *B*. 10 *sic rubro scriptum legitur (idem quod supra c. 15), sed nihil additur (linea non expleta).* 14 emigranium *B*. 18 emigraniā *(hic) B*. 20 rosaciū de hespono factis simul *(sic) B (ubi ed., ut solet, delet quae non intelligit). cf. Cass. Fel. p. 165, 15* radices de cesisboum (bonum *codd.*).

70 Ad aurium dolorem et vulnera. herbae samariae sucorum coclearia duo, mellis coclearia II, olei coclearia II, suci porri virginis coclearia II. haec omnia simul commisces coquens igni leni, et intus mittis.

71 Ad infirmum ut dormiat. semen zizanii cum aqua teris, et facies grana minuta in modum ciceris, et das infirmo ut dormiat. ad causas supradictas ut dormiat, grana bina vel terna glutiat.

72 Ad tussim. semen cannabis, fabam combustam, puleium, irin illyricam, piper, ysopum, semen de urtica et aneti radicem. omnia haec semis ad scripulum mittis, et teris in aqua calida.

73 Ad tussim. herbam marrubium decoques ex aqua ad tertias, et mel despumabis. dabis bibere.

74 Ad tussim electuarium. petroselini unciam I, zingiber ÷ I, piperis ÷ I, cydoniorum coctorum pondo duo, mellis II. pariter omnia commisces et coquis. dabis ieiuno cocleare.

75 Ad tussim. nuces grandes sine nucleo coques in olla nova et aquam quantam volueris. dummodo sextarium bibat ex vino, sanabitur.

76 Item. sinapi alexandrini unciam friges, et piperis unciam, atque in unum conteris, et contritum in pultarium mittis adiciens mellis pondo I, et coques usque cum spissum sit, et refrigescat. ex hoc ieiunus sub lingua teneat, et dum se coeperit solvere transglutiat. hoc et noctu cum dormire coeperit, faciat.

77 Ad idem facit, et maximum remedium est. equi salivam ex aqua calida bibat per triduum. is qui tussierit vivet, equus morietur.

78 Ad idem. aneti seminis cyatos tres, piperis scri-

1 sama | riae *(sic) B* (sanguinariae *ed.*). 4 igni *(sic)* leui *B*. 5 zizanii *(sic) B* (sesami *ed.*). 6 et das i. u. dormiat *B*: *om. ed.* 7 supradictas: *sc. supra in textu auctoris hic excerpti!* 11 semis ad scr. *(sic) B*. 16 citoniorum *B*. 28 *idem aliis verbis ex Plinio remedium apud Ps. Plin. med. I, 23 p. 37, 19 Rose.* 30 vivit *B (corr. ed.)*.

pulos XII, mellis sextarium I. tundis et cribras, in melle commisces, et sic uteris, mane coclearia tria, et alia die similiter.

79 Ad idem. irin illyricam dr̄ I, mellis quod sufficiat, quousque sit eliquata spissitudo.

80 Ad coli dolorem. azymum panem tundis et per cribellum cernis. et das die primo in vino cocleare unum, die secundo ⟨duo⟩, tertio tria, febricitanti in calida, sano ut dictum est in vino veteri.

81 Ad colum. siliquas afras tres, piperis albi grana XXI, costi scrip̄ IIII. post omnia haec trita et cribellata, in vino ignito potionem facis, et dabis ei cocleare unum. hoc per triduum, si dolet. ignitum ferrum sic in vino extingues.

82 Item. lavabis radicem, combures. grana LXXVIIII in mortario teris in vino, et dabis potionem diebus VIIII.

83 Item. lignum nodosum sambucineum mittis in focum, et dum coeperit exuri, paulatim favillam de eodem extinguis. colligis in vasculo mundo. et rursus apposito ligno ad ignem, iterum et frequentius hoc faciendo colligis usque ad cocleare plenum. cuique pulveri adicies grana XIIII, cymini grana XVIIII. contrita simul cum pulvere adicies in calida potione facta. da ieiuno ut bibat plurimis diebus.

84 Item. testas ovorum gallinae, cum primum ova fuerint supposita post exclusionem collecta. omnia uris, et teris diligenter in mortario. adicies piperis grana XXI. simul diligenter conteris. et dabis in aqua calida cocleare plenum. hoc facies per triduum.

85 Item. caput sardae decoques diligenter in aqua nimfali, quam colatam calidam dabis ei bibere.

86 Item. sanguinem anguillae, cum rubello vino, aequis mensuris cum aqua tepida mittis.

87 Item ad colum. afronitra matronalia duo. in aqua dabis.

2 alia *(sic)* *B*. 4 irin . . . dragm̄ *B*. 6 azimū panem: tymum hispanū *(sic) supra in c. 47*. 8 duo *om. B (add. ed.)*. 14 Lavabis *(sic) B* (Canabis *ed.*). 15 pot̄ *B*. 16 sambucineū *B* (sambucinum *ed.*). 20 grana *(sic) B*, canabis grana *ed. (propter c. 82)*. 28 nimfali *(sic) B*.

87 Ad mamillarum dolorem. terrae tubera viridia et axungiam veterem sine sale tunde, et panem. facies cataplasma et impones.

88 Ad cancrum in mamillis. submittes illi pedes de lecto quae necessitatem patitur, ita ut terram non tangat, et facies pugnos pollicis intus, et dices in manus, hoc est inclusum in pugnis Asca. basca. rastaia. serc. cercer. recercel. nihil est, nihil est, nihil facturum erit. quod ego ille aut illa | *(f. 44ᵇ)* filius gaiae seiae mamillis si pectus habeo a te, deus peto praestes. expues in manus semel et deduces ab umbilico sursum versus per mamillas. ter hoc ter ternis facies, et remediabis.

89 Quibus ungues dolent sive paronychia. mel coquens despuma, radices ad aequam spumam argenti et aeris florem tritum simul commiscens, et unguibus in linteolo impones.

90 Ad eructationem vel stomachi inflationem. murtae nigrae bacam contritam dabis cum vino veteri.

91 Ad stomachum confirmandum diatessaron. cyminum, rutam, bacam lauri aequis ponderibus trita. melle mixto, cocleare plenum ieiunus bibat.

92 Ad formidinem cordis et spasmum. folia persici trita ponentur ad cor, et sucus horum.

93 Item. rutam ex aceto et melle cum farina hordeacia pectori impones.

94 Ad cordis dolorem, etiam si spina doluerit. lasaris cyrenaici grana tria detrita in melle et aceto aequo pondere, quo faciat cyatos III, bibat.

95 Ad formidinem cordis et spasmum. rutae fasciculos in rosacio oleo et aceto decoquito. et ungue eum,

4—12 *hoc totum (consulto) om. ed.* 3 exungiam *B*. 5 quae: qui *B*. 6 pollicis: pollinis *B*. 9 filius gaia esse iaebo. mamillis *etc. (sic) B*. 10 pectum habeo ate. Deus peto p̄stet. Expues *etc. (sic) B*. 13 sive parohicia *B*. 14 radices ad aequam *(sic) B*: *om. ed.* 18 vet̄. *B*. 19 Ad s. diatessaron confirmandum *(sic) B*. 24 hordeacea *B*. 26 laseris *(hic) B*. 28 bib̄. *B*.

ut sudor desinat, quia cordis vel animi angustiae sudorem frigidum generant.

96 Item. vino mero spongiam macera, et sinistrae mamillae imponito.

97 Ad fluxum ventris. gallam et testam de locusta teris, et mittis in ovum sorbile, et dabis.

98 Ad ventrem ut faciat. betam ex aqua mulsa decoques, sparso nitro. cum manducaverit, impensam ipsam bibat.

99 Ad lumbricos. coriandri semen cum melle dabis manducare.

100 Ad fluxum ventris. lenticulae agrestis semen teris, et dabis in aqua calida, et mox restringit. etiam si infans lactans patitur, bibat nutrix eius, et lactet infantem, et statim infans sentiet.

101 Ad ventrem faciendum. rubricam mittis in aquam calidam, iuxta modum potionis. dabis potum. etiam si lumbrici sint, subsistent.

102 Ad eos quibus venter iuxta consuetudinem non facit. bitumen virginem, herbam mercurialem, apium, damascena quinque in aqua nimfali discoque. quam diligentissime colas et facies ex ipsa aqua drogari, in quo modicum olei adicies. datur ei potum.

103 Ad duritiam ventris. in tribus caricis pinguissimis exprimis lac, et dimittis in ollam, ita ut paene sit plena. dabis hoc manducare.

104 Qui sunt pinguissimi corpore ut extenuentur. ossifragi avis ventriculum siccum ad ventrem alligabis, ita ut corpus contingat et cum homine maneat. ad exilitatem, quantum voluerit, veniet.

105 Ad ventris strictionem. castaneae coria tria et mali ac piri, et rosae flores. in aqua calida dabis bibere.

3 Item *B*: In *ed.* 7 ut faciat *(sic) B*: *om. ed. (qui* ad ventrem *trahit ad c. 97).* 10 coliandri *B.* 14 lactens *B.* 21 nimphali *(hic) B.* 22 drogari *(sic) B* (potum *ed.*). 23 potū *B (hic om. ed.).* 28 ventrem—(29) maneat *in ras. B.*

Ad solutionem ventris. ovum et butyrum in se coques, et in linteolo inductum ad praecordia imponis.

106 Ad suspirium. lapidem modicum de fluvio, qui teri potest, de manu sinistra tollito, et in vino dabis. aut certe tria grana alii ad tertias decoquito, et bibat.

107 Ad suspirium. aquam quae in arbore invenitur in lacunis cavisque corticibus consistens, suspirioso potum dabis.

108 Item. vettonicam cernis, cretam repones. cum opus fuerit, drachmas tres cum lacte caprino ieiunus accipiat.

109 Item. centauriae herbae sucum nucis abellanae magnitudine in oxymeli cyatis tribus da. bibat, sanus erit.

110 Ad lateris dolorem et ad perstrictionem si
(=58) tamen arcentem nimium. ysopum, origanum coques in pultario novo. bulliat ter vel quater. acetum mittis in pultarium et mel. et mane coclearia duo vel tria utitur.

111 Ad lateris dolorem. petroselini fasciculos sex semis, piper tritum. dabis in vino, et in ipso latere recumbat.

112 Item. semen absinthii tundis et facis pulverem et commisces cum axungia veteri. inducis in pannum et inponis.

113 Ad lateris dextri dolorem et ad epar. piper, costum, apii semen aequis ponderibus tundis et cribellas. in aqua calida potionem dabis, mittis autem cocleare unum.

114 Ad lateris dolorem et si quis pondus levaverit. sulphur vivum, picem, resinam astulosam, bitumen tritum. in charta in se inponis in balneo in loco ubi dolet, si multum dolet. et postmodum triduo a balneo se abstineat.

115 Ad lateris dolorem. herbam chelidoniam tritam cum axungia inponito.

5 allii *B.* 9 betonicam *B.* 10 dragmas *B.* 12 oxymellis *B.* 13 ad perstrictionem si tam̄ arcentē nimium *(sic) B.* 16 coclearia . . . utitur *(sic) B* (sumat *ed.*), *ut c. 58.* 17 faculas *(sic) B (corr. ed.).* 27 masculosam *(sic) B* (maculosam *ed.).* 32 exungia *B.*

117 Item. tritam cum vino da ieiuno. bibat, sanus fit.

118 Ad epar. linum, eupatorium, costum, gentianam, (= 46) aristolochiam longam, aristolochiam rotundam, bacas lauri mundas sine cortice, piper. haec omnia aequis ponderibus tundis, cernis, servabis. cum necesse fuerit, dabis in tribus cyatis meri vini veteris calefacti cocleare plenum. si autem febricitet, in aqua calida trium cyatorum mensura.

119 Ad epar. costum, eupatorium, lupinum crudum aequis ponderibus tunsum, cretum, commixtum. ex hoc dabis in tribus cyatis melicrati calidi cocleare plenum, per triduum. sic potio danda est ieiuno.

120 Item. guttae ammoniaci ÷ IIII, costi ÷ I, petroselini (= 57) macedonici ÷ I, feniculi ÷ II. hae species tunduntur, mellis autem attici libra I semotim bulliat, et sic desuper memoratae species funduntur. ex hoc ieiuno dantur coclearia II. intermissis iterum duobus diebus accipiant usque quater.

121 Item. piperis grana XXX, bacas lauri mundas sine cortice [grana] X. simul in mortario teris, et dabis in vino veteri cyatos tres, et in eo latere recumbat. hoc per triduum. si febricitaverit, in aqua calida dabis.

122 Item. corticem radicinae abellanae in vino terito, et dabis.

123 Item. vulpis splenem siccas, et dabis tritum ieiuno in condito. aut certe costum, faenum graecum, oryzam, piper aequis ponderibus tundis et in condito dabis.

124 Ad spleniticos. ficus et pilulas cupressinas decoque cum aceto, et facis cataplasma, et imponis.

125 Item. polii cyma quae prius nascitur, teritur. et in vino dabis.

126 Item. radicina ebuli sicca aut certe radicina salicis coquitur in aqua. et dabis ieiuno vinum vetus.

127 Stipitem novissime purgatum bene combures et pulverem facies, et dabis.

2 eupartorium *(sic)* *B*. 13 fenuculi *B*. 15 funduntur: tunduntur *B*. 17 mundas: mundi *B*. 18 grana *delevi*. 21 radicinae *(sic)* *B* (rasum *ed.*). 23 tritam *B* *(corr. ed.)*. 26 spleneticos *B*. 28 policima *(sic)* *B*. 32 Stipitem *(sic)* *B*.

128 Si infanti vel maiori ad assellandum intestinum descenderit, facies hoc. stercus asini comburis. bene facto pulvere in olla, proicis eum in dentes et ipso pulvere intestinum aspergis. de aqua non lavas. posteaquam pulverem asperseris, videbis si ipse intestinum detergas. hoc assidue facis, usque dum cesset descendere.

129 Ad intestinorum dolorem. brassicam britannicam (= 63) conteris, et sucorum eius in aqua calida cyatos tres dabis bibere.

130 Si infanti vel maiori ad assellandum intestinum descenderit, sive sanguine puro sive cum stercore assellatus, sublavet se de aqua suprascripta cum acacia. postquam delotum fuerit, inicis sevi hircini calefacti in aqua calida coclearia duo. vel suci oryzae coclearia duo et acaciae cocleare dimidium in clystere commixta inicis. caulis cum poli tritus esse debet.

131 Ad iocineris dolorem. lupi cor siccum teris cum pipere, costo, petroselino. ieiunus ex mero bibat.

132 Item. vettonicae fasciculum et mellis sextarium decoques ad medias. et dabis per triduum.

133 Ad nausias et vomitum. alium coctum tritum ex melle ad cocleare manducet. vel anetum ex aqua mulsa dabis

134 Ad sanguinis vomitum. glutinis libram. ex aqua potionem dabis. bibat, et curatur sine periculo.

135 Qui escam non continet. stercus passeris parietarii teris. dabis in vino veteri ad potionem coclearis unius. mox escam tenet.

136 Ad renum dolorem. picem, bitumen iudaicum, sulphur vivum, nitrum. trita omnia mixta in se imponis.

3 proicis—dentes et *B*: *om. ed.* 5 videbis ipse in testa. anū d. *(sic)* *B* (v. ipse ne intestinum d. *ed.*). *cf. c. 170.* 8 sucorum *(sic)* *B* (sucum *ed.*). 12 suprascripta *(sic)* *B*, *sc. ab auctore exscripto, quam omisit compilator.* 13 agacia *B*. delotū *(sic)* *B*. sęvi *B*. inicis *(sic)* *B* (mittis *ed.*). 16 caulis cum poli tritus esse debet *(sic)* *B*: *om. ed.* 19 bethonicae *B*. 21 alium: oleum *B*. 26 paretarii *B*.

137 Item. herbam artemisiam a pridie ubi nascitur inquires, et alia die ante solis ortum inclinatus de sinistra manu velle. sine nodo concingis te.

138 Ad hircosos. tus masculum et alumen tere, et ascellas hircoso line. aut murta sicca.

139 Ad renum dolorem. ieiunus puscam tepidam bibat, et inambulet. aut certe sevum bubulum manducet, aut certe suinum virginem. ad renem ligabis.

140 (= 48) Ad dysentericos. conchylium, anchusam, amylum alexandrinum. haec omnia aequis ponderibus tunsa, cribellata servabis. in necessitate dabis in ovo sorbili cocleare plenum mane ieiuno. in ovis tribus singula coclearia, hoc est per diem unum ovum unum.

141 Item. coagulum leporis ex vino veteri delotum tepefactum dabis ieiuno bibere. et continuo sanat, etiam si carnes mittat.

142 (= 49) Item. uvae silvaticae adhuc croniae folliculos cum granis suis, prolatis sucis, siccas. utraque tundis, cernis, in dolio vitreo servabis. in necessitate dabis ex hoc tria coclearia in vini veteris mero frigido vel tepido. febricitanti cum omfacomeli modico, ut supra memoratur.

143 (= 50) Item. membranas exteriores ventris gallinacii, quas coci semper proiciunt, maxime de pluribus pullis. has sole siccabis, ita ut sint XXV. tundis, cernis, cum pilulis quas dicimus asianas gallas, numero V. ex quibus pulverem factum pariter miscebis in vino, et aeque amyli alexandrini cocleare unum. permixta omnia in vase vitreo servabis. cum necesse fuerit, in ovo sorbili dabis cocleare unum, in die semel. si autem ita fuerit solutio ventris, ut cum stercore soluto sputa remaneant et generent conatus

3 velle *B* (evelle *ed.*). 7 sevum *ed.*: senem *B*. 14 vetere *(hic) B*. 17 uvae: uiuae *B (corr. ed.)*. cromę *(sic) B* (recentis *ed.*). 21 omfaco melle *B*. supra m. *sc. ab auctore qui exscribitur.* 22 exterioris *B*. ventris uua gallinatii *(sic) B*. 25 aſnaſ| galliſ *(sic) B* (anagallidos *ed.*, *sed cf. supra c. 50*). 26 amuli *B (qui* amilum *supra semper*). 30 sputa *(sic) B*.

et libidinem, tunc oleum sive vermiculus ad haec dirimenda datur...

et huius clysteris compositio talis et. mali granati corticem, rubi cymas murtasque leves, run syriacum. omnia haec mittis in ollam, et excoquis. in vino supramemorato cocleare mittis cum pulvere.

cuius pulveris compositio talis est. acaciae nigrae xeropiae pulverem factum conteris ÷ I, struthii ÷ I, seminis asparagi ÷ I, ligaminis hederae ÷ I, ra pontici cum puleio ÷ I. omnia tundis et cribellas subtilissime. dabis cocleare unum cum melle calido.

144 Ad geniculorum dolorem. genistam tunsam vel semen eius cum axungia malaxata impones.

145 Ad omnem passionem interaneorum vel febres. spinae minutae flores et rosae ana colligito et siccato atque contribulato et melli commisceto. grana etiam piperis parce misceto pariter. si non febricitat, in vino dabis. si enim febres sunt, in aqua calida.

146 Ad inpacta tibiae vulnera cuti sive geniculo ⟨sic⟩ occurrendum erit. lomentum fabacium cerne et acetum simul in mixtum et diligenter coagitatum. ut coeperit siccare, ex ipso suffundis usque in diem tertiam. si autem cutis separata fuerit, reponenda est et non temere resecanda. et hoc super imponendum quod scriptum est, ita ut cum coeperit siccare, acetum suffundendum sit.

147 Ad strofum. dicis haec verba Quid iracundiaris? quid sicut canis iactas te? quid sicut lepus resilis? quiesce intestinum et sta crocodille.

1 oleum sive vermiculus *(sic) B*. 3 Et huius *etç. B. antea lacunam significavi.* 4 rorem syriacum *(sic) B*. 5 supra: *ubi?* 7 agacię *B*. 8 xeropiae *(sic) B*: *om. ed.* strucii. I. *B*. 9 ligamen *(sic)* hederae *B*. reupontici ÷ I. ra⟨p *add. corr.*⟩-pontici cum puleio *etc. (sic) B (cf. Dioscor. 3, 2).* 12 genetā *(sic) B* (genestam *ed.*). *cf. Ps. Th. ad I, 91 p. 297, 1.* 13 exungia *B*. 15 ana *(sic) B id est* aequa mensura. 17 si enim febris sunt *(sic) B*. 19 cuti: coti *(sic) B*. 20 *addendum* sic *(vel* his, *ut ed.): om. B*. 21 acetum *ed. (cf. infra):* acrū *(sic) B*. 23 cutis: cotis *B*. n̄ temerescenda *(sic) B* (non temere movenda *ed.*). 27 lepos *B*. 28 crocodrille *B*.

148 Ad talorum tumorem et plantae. pampinum vitis viridem aqua ferventi perfunde. quem conteres et super impositum colligabis.

149 Ad luxum. pumicem combures, facies cinerem, et cum oleo maceratum calidum impones.

150 Ad ventris dolorem. minoris altilis pullos qui sanguinem habent teris, et potui dabis.

151 Ad febres vel hemitritaeum. ova frangis recentia, vinum et oleum rosacium. agitas in se et cataplasmas ventrem eius qui patitur. superimponis linteolum, et cum siccaverit, aliud imponis.

152 Ad hemitritaeum et ad omnem ardorem. oleum rosacium. et addis aquam, quam ad focum facies ut ferveat. supermittis lini semen tritum bene, ut faciat se sic quasi cerotum. et in pannum inducis et ad media imponis et fascias.

153 Ad febres. adipem de ansere, aut certe de porcello, crocum, oleum rosacium et chamaemelinum. adipes bulliant, et oleum per linteolum colas. ea omnia in mortario teris, et linis omne corpus eius qui patitur, et de sabano tergis.

154 Ut non infirmeris. violam cum videris, digito medio et pollice decerpe florem, et unum devorato, deinde alterum et tertium. quotquot annis hoc feceris, non aegrotabis.

155 Ad febrem discutiendam. nitrum et tus teris, et adicies oleum, et vinum tepidum, et sic perungues.

156 Ad febrem medullarem. lacertum prendis die Iovis, oculos ei tollis et in linteolo ligas per singula genua.

157 Ad somnum. vitem succides et aquam eius suscipies ad potionem, et calidam adicies sic quasi in vino temperes. et ⟨non⟩ aegrotabis.

4 loxum *B*. 8 vel hemitritaeum *ed.*: evelle mittit eam *(sic) B*. 9 *(etc.)* rosaceum *B*. 10 ei⁹ *B (non* ei, *ut ed.). item infra c. 153.* 12 emitriteū *B*. 14 faciat se sic *B (cf. 174)*: fiat *ed.* 18 camimolum *B*. 30 calidam *ed.*: —dū *B*. 31 et aegrotabis *(sic) B (om. ed.)*.

158 Item. caput canis comburito, et pulverem eius ad caput ponito.

159 Ad auriginem. herbam aristolochiam et muscum de tecto quem fumus non tetigerit. in se teris et spargis in corpus ipsius. vel pulverem ipsum dabis cum vino veteri, ut bibat.

160 Item. git quod nascitur in segete, friges et in testa teris et bibere dabis.

161 Ad paniculam. meum et cedriam cum axungia imponis.

162 Item. pilas cupressi sic decoques bene quasi cerotum, et semen eius deintus proicies. cetera teris et axungiam sine sale in se diligenter. panno nigro imponis. aut spargit aut rumpit.

163 Ad pediculosos emendandos. radicem syriacam da in balneo. manducet autem de ave silvatica, et infricet.

164 Ad tineosos. oleo de perna vetere facto illi calvariam linas. tineas capitis persanat.

165 Item. facias ei calvariam, et de stercore bubulo linas caput tineosi. etiam capillos restitues, et valitudinem tergis, si adipe ursino saepius caput unguas et muscarum sanguine perfrices.

166 Aeris floris partes sex, aluminis scissi unc̄ II. acetum acerrimum in⟨fun⟩de. in aquam autem mittis squillam et rutam silvestrem et corticem pini interiorem. his omnibus diligenter contritis et in unum redactis nudum perfricabis. similiter et tertio facies. et illud quod primum imposueris, spongia derges, et iterum fricabis. similiter et tertio facies. post haec oleo rosacio perunguas.

167 Item ad eandem valitudinem, ubi et vulnerati sunt. etiam si cava sint vulnera, et medicamine re-

5 vetere *B*. 7 gitter *B*. 9 Meu *B*. exungia *B (item 13)*. 11 sic: si *B (ed.)*. 14 peduculosos *B*. emendare *B (om. ed.)*. 15—16 *sic B*. 16 infriget *B*. 17 tiniosos *B*. 18 tineas c. persaniat *(sic) B*. 20 tiniosi *B*. & v. tergis. &si *(sic id est cum puncto delente) B* (ut v. deterges. Et si *ed.)*. 23 partes sex: praesex *(sic) B* (praesegmina *ed.*). 24 inde.In aquā aut mittis *(sic) B*. 31 s̄t (sunt) *B* (sint *ed.*).

plentur, et ad sanitatem perducuntur. cerussae lepides, cortices roris marini, spumam argenti aequis ponderibus tundis in pulverem delicatum, et ex eo pulvere vulnera curabis. etiam omne corpus perfricabis. sic sanus fiet.

168 *Ad ignem sacrum.* caseum mollem, coriandrum teras et linas. iterum bitumen iudaicum et acetum bonum in mortario teris, et de penna linas.

169 *Si quis haemorroides patitur,* uireasemora non manducet, et cessat dolor.

170 *Item.* stercus bubulum calido cum aceto mixtum linas. et post, si laverit, iterum linas. et sanus efficitur.

171 *Vulneribus antiquis,* quibus umor assiduus medicamenti impositi beneficiis obstat, facies hoc. cum albo ovi pulverem factum ulceri imponito, usque ad sanationem.

172 *Ad furunculum.* dactylos et saponem teris, et pro cataplasmate calefacies, et imponis.

173 *Ad vulnera pedum.* heracleae carpis folia septem, sicca teris et in vase plumbeo condis. et cum coeperit umor ille curari, pulverem eius in vulneribus spargis, et ad pennam fricas. et salvus efficitur.

174 *Ad vulnera pedum sive in tibia.* bulbum liliacium coques ex aqua donec faciat se quasi cerotum. in ollam novam mittis bulbum et teris, oleum rosacium adicies quasi ceroto, et inducis, et ponis ad vulnera stercus caprinum cum conio arsum. cum vino impositum quam vis a medicis desperata ulcera persanat.

175 *Ad solutionem membrorum.* olei pernae elixatae $\overset{o}{p}$ I, adipis taurini $\overset{o}{p}$ I, ysopi suci scripulos IIII, medullae cervinae scripulos VI semis, olei cyprini $\overset{o}{p}$ I, cerae uncias

1 cerosae lepidos *(sic) B.* 5 coliandrum *B.* 8 emorsóidas *(sic) B.* uireas emora nón m. *(sic) B.* (viridia mora *ed., qui om.* non *coll. c. 188*). 18 Heracleae (?) *ed. (propter Diosc. 4, 33. sed cf. 3, 26 et infra p. 412)*: Herliaq,. *B.* 20 humor ille *(sic) B.* 22 libiacium *B (corr. ed.—cf. tamen Diosc. 2,200).* 25 ceroto: —tum *B.* 26 cū conio *B (om. ed.).* 29 scripulis *B.* 30 scripulis *B.* unciis *B.*

VI semis, resinae albae $\overset{o}{p}$ I S, panacis II, casei caprini recentis ÷ I. facies cerotum, et perungues loca quae videntur esse soluta.

176 *Ad somnum.* non dormientem salvabis sic. opii ÷ III, murrae et rutae, turis singulos sextarios. et cera mixta pastillos scripulares efficias, et pro chalastico umbilico imponas. tam somnum praestat quam etiam ventrem movet.

177 *Ad quartanas.* absinthium aqua decoctum datur, et dextra pars capillorum cera imposita signatur. nonnulli ita ut ea die remedietur aegrotitas.

178 *Serpentes fugantur* cornu suffitu cervini. idem facit sandaraca et galbanum, et adipes caprini. sane non erunt in aedificio serpentes, si absinthium circa aedificium seras vel artemisiam herbam vel abrotonum. si autem vasa calefacta in quo putaveris loco suffoderis, ita ut vasorum labra terrae aeques, omnes illuc serpentes conveniunt. quos cum incluseris et obvius deferaris, ne intremneris. ad scorpiones et cetera similia. isdem enim remediis pelluntur quibus supra.

179 *De pilis contrariis oculorum.* evulsus oculo pilus niger, canos recinos indocto nasci non sinit, si sanguis eius loco pili evulsi inponatur.

180 *Ad renum dolorem.* muria stativa dolorem renum tollit.

181 *Ad caliginem.* fel testudinis melli mixtum caliginem tollit.

182 *Ad dentium dolorem.* uncus appositus dentium dolori subvenit.

183 *Ad stomachum.* ursi natura stomachi dolorem curat.

184 *Ad digestionem.* digestionem praestat, si in summitate qua gracilius est caput lupi ex auro accipiat, et

8—10 *hoc totum om. ed.* 9 signatur ĩnulli ita ... ęgrotitas. *(sic) B.* 11 *cf. Geopon. 13, 8, 1. 2.* 17 *fort.* inclusis obvius d. (*ubi* deféreris *B*). 21 recinos indocto *(sic) B (om. ed.).* 23 Murię stativa *(sic) B*: Muria *ed., qui om.* stativa). 27 Uncus *(sic) B* (Iuncus *ed.*). 29 curat et digestionem praestat *etc. ed.* 31 et ad partem vascione leonis et *B*: et vascione *ed. (cet. om.).*

ad partem ⟨vastiorem iliorum⟩ et circa stomachum suspensa collo lino portetur, ita ut nec aqua contingat nec terra ipsam naturam ursi.

185 Ad conceptum. gramen corio canis curato ut oportet illigatum steriles concipere facit. idem efficiunt mercurialis et verbena herbae, quae tam masculinae sunt quam feminae.

186 Ad dysentericos vel qui nimium fluxum ventris patiuntur. semen de lapatho agresti teris et mundas et in vino veteri nigro dabis hoc signum reddenti. quotiensque assellatus fuerit, totiens postea ex ista confectione curabis.

187 Item. cocleam cum testa et carne comburis et teris, et lentem nostratem et ipsam comburis et teris, piper simul tritum mittis, et dabis potionem in aqua calida.

188 Ad dysentericos vel quibus nimium venter fluit ita ut fatigati ad periculum perveniant, facies, admiraberis. mora silvatica tempore suo colligis cum suis foliis et reponis. quo tempore aliquis necessitate retinetur, in cacabum rudem mittis, coques illud diligenter usque ad tertias, et das ei potum, et continuo stringit fluxum sanguinis qui in ventre est.

189 Ad dysentericos et qui sanguine vel mucillagine assellantur. gallam rubeam et cummi album alexandrinum aequis ponderibus tundis et cernis et dabis cocleare unum in ovo sorbili.

190 Idem et herba argemonia faciet, ut eius sucum vino mixto accipiat. etiam si aliquis ferro fuerit percussus, cum axungia tunsa curabis. etiam ad vulnera pariter facit.

191 Idem plantago facit, ut aceto coquatur, si modice exinde bibat.

8 disintericos *B (item infra)*. 9 lapatho (*vulg.* lapatio) *ed.:* inpatio *B*. 10 vetere *B*. hoc s. reddenti *om. ed.* 23 sanguine vel muccillagine *(sic) B*. 24 gummi a. alexandriū *(sic) B*. 27 Idem ex h. a. facies *B*. agrimonia *B*. 29 exungia *B*. etiam—facit *om. ed.* facit: *scil.* argemonia *(Diosc. 2, 208.)*. 30 facit (*sc.* dysentericis).

192 Ad calculum. brassicam siccam et piperis pondus duplum. utrisque cribratis et simul mixtis mittis cocleare plenum, et das in potione caroeni cocleare pariter.

193 Ad calculos expellendos etiam infantibus.
(= 59) unum calculum porcinum, seminis cauliculi unc̄ II, piperis ÷ II. haec separatim tunduntur, et posteaquam in unum redigantur, servantur in dolio vitreo. cum necesse fuerit, tribus cyatis mixtis calidis caroeni plenum cocleare dabis.

194 Item. calculum quem primum miserit· tolle et tere, et nescienti in aqua calida dabis bibere.

Item. semen de herba personacia tere, et dato sive ex melle sive in aqua.

195 Ad calculum et colum. semen pastinacae siccae ventilatum diligenter purga. nam vigesimam partem piperis optimi in mortario teris, et in dolio vitreo conde et signa. ex hoc si dolorem febrium habet, in aqua calida quantum tres digiti capiunt, ieiuno dabis. sin vero sine febre fuerit, lavet, et ea die in piscinam non descendat, et in sabano in condito accipiat. in diebus XXX ter hoc accipiat, omnino numquam dolebit.

196 Item. semen claone nascitur et in locis humidis et similis est sinapi. cuius semen quantum digitis tribus poteris comprehendere, cum XXX granis piperis inmittas in calida, et da. bibat ieiunus per plurimos dies.

197 Item. semen cauliculi, cyminum, piper, bacas lauri siccas mundas sine cortice. aequis ponderibus singula tunduntur et in unum miscentur. desuper adicitur lapis qui in vesica porcina invenitur, et ipse teritur cum supradictis speciebus. confectum servatur in dolio vitreo. cum necesse fuerit, dabis in tribus cyatis caroeni mixta calida per triduum coclearia singula.

1 brassicā sicca *(sic) B*. 2 mittis *om. ed.* 3 & *om. ed.* caréni *(sic) B*. 5 porcitum *(sic) B* (porcinum *ed. coll. c. 59*). 12 ex melle *(sic) B* (oxymelle *ed.*). 14 nam *(sic) B* (deinde *ed.*). 16 dolorem *(sic) B*. 21 claone *(sic) B* (cleomae *ed.*). nascitur & in l. *(sic) B*. 22 synapi *B*. 26 sicca munda *B (et ed.)*.

198 Item. herbam quae appellatur graece petrocopos, nascitur in petrosis locis, hanc tundis, et ipsam dabis cum aqua bibere ei qui necessitatem sustinet, et expellit lapidem. huius autem experimenti gratia ipsam herbam in vesica porcina cum lapide quovis liga. maneat illic triduo, et post triduum aspice, et invenies virtute ipsius dissolutum lapidem.

199 Item ad calculum vel qui cum tormento urinam facit. lotium caprae montanae bibat, et sanabitur.

200 Ad calculum et colum. petroselini ÷ I, saxifricae ÷ I, iuniperi ÷ I, asari ÷ I, cassiae ÷ I, pyrethri ÷ I, ammoniaci ÷ I, schoenanthi ÷ I, prassii ÷ I, roris marini ÷ I, rutae ÷ I, vettonicae ÷ II, zingiberis ÷ II, samsuci ÷ I, costi ÷ I, piperis ÷ IIII, inulae ÷ II, opii ÷ I, spicae nardi ÷ I, ameos ÷ I, rei pontici ÷ I, bacae lauri ÷ I. tritis et in unum redactis nudum perfricabis. in loco in quo erit tepidum facies, et illic quod primum inposueris spongia detergis, et iterum fricabis. similiter et tertio facies. post haec oleo rosae perungues.

1 petrocopos *(cf. E. Meyer G. d. Bot. II, 297)*: petrocorpos *B (ed.)*. 10 cholum *B*. 10 saxifrice *B* (*cf. Ps. Plin. f. 54d et f. 56b Bas.*) = saxifragae *ed.* 11 piretri *B.* 12 squinanti *B.* 13 bethonicę *B.* zinzeberi *B.* samsuci *ed.*: suci *(sic) B.* 14 hinulae *B.* 15 reupontici *B.* 19 rǫsæ *(sic) B.*

Fragmentum physicum.

Sequitur in codice Brux. sine discrimine insertum mutilum fragmentum et corruptum hoc (. . . perungues. tamquā feminae. Nam si *etc*), *videtur autem in libro quem descripsit scriba unum certe folium defuisse.*

. . . tamquam feminae. nam si in coitu mulieres bonae praestantur, ad sexum cui appositae fuerint, iam sectae virilis sunt. nam sponsae feminalis vis magna est, si quidem ex paucis infrascriptis noscitur. nam fabae florentis summitates lectae ac tritae et vasi terrae mandatae et post nonaginta dies exobrutae caput infantis paene cruenti ostendunt. quod si supra scriptos dies retexeris, corpus muliebre formatum deprehendis.

De eruca. erucae viti inclusae, cum feceris viridis farinas, si dies maneant intactae, licurcium cum vite formatum ostendunt.

De luto. lutum humectum aqua pluviali et madefactum, ita custoditum ut non siccetur, firmatur in muros.

De ocimo. ocimum luna prima tritum et missum in ollam novam florebit permanens usque ad plenilunium. quod si duplato tempore supradicto condatur in nigra terra, generat spiphiones.

Coriandrum dentibus subactum et in sole positum fervescit.

1 tamquam f.: Fabae f. *ed.* nam *om. ed.* mulieris *ed.* bonae *hic om. ed.* 2 lectae virides *ed.* (*qui add.* bonae). 3 Nam *B*: *om. ed. idem argumentum graece habes apud Porphyr. vit. Pythag. 44.* 5 terrae mundatae *B* (terreo mandatae *ed.*). 7 per (*post* si) *add. ed.* 9 erucae *sc.* *κάμπαι (cf. Geopon. XV, 1, 21).* virides *ed.* 10 *fort.* lyncurium. 12 De lotio. Lotium *ed.* 13 *fort. l.* formatur. *fort.* mures. 14 ozimo. ozimum *B (et ed).* 17 spiphiones *(sic) B* (scorpiones *Diosc. 2, 170. Plin. 20, 119*). 18—19 *om. ed.* 18 Coliandrum *B.*

Appendix miscellaneorum.

201 Ad coli dolorem. coli dolorem avertis, si caudae lacertae summitatem ipsam auro clausam ligaveris circa umbilicum. et si restem intuleris, in qua suspendio quis finierit vitam.

202 Ad morbum regium. regio morbo tentus asinum diu et frequenter intuens remediabitur.

203 Mustelas a pullis avertit os de armo asini casu inventum et in domo vel in villa collocatum.

204 Ad scabiem equorum. equo scabiem tollit, si vituli marini adipe contra pilum unxeris, aut anetum cum piculae pari mensura aereo coquas vase et eodem inducas modo.

205 De rigoribus. antachates lapis omnem rigorem ligatus avertit.

206 Ad oculorum dolorem equorum. suffusionem oculorum equi tollis, si suco hederae et melle attico inunguas.

207 Ut equo pavorem tollas. equo pavorem tolles, si in dextrae auris summitate caudam caponi vivo sublatam suspenderis.

208 Vinum bonum fieri. vinum insuave bonum facies, si decimam dulcis aquae addideris et coquas fortius ad focum, donec ad tertias coquatur.

209 Oleum bonum et clarum fieri. oleum bonum et clarum fit, si in fundo anetum et salem colloces. oleum nigrum et sordidum clarum reddis, si nitri libram coctam

5 asinum: *cf. Geopon. 15, 1, 24. 13, 9, 4.* 6 remedicabitur *(sic) B.* 9 *cf. Pelagon. 359.* 13 anta cotis *(sic) B* (antachates *Plin. 37, 10, 54*). 15 Suffusionem *ed.*: Diffusionem *B. cf. Pelag. p. 119, 18.* 16 et meiatico *(sic)* inunguas *add. corr. B.* 20 *sic B.* 23 Oleum—fieri *om. ed.*

carbonibus tunsam et cretam in vas miseris. si autem vis idem iam bonum reddere, oleastri folia commode tunde et massam libralem in vas mitte. si autem suavissimum vis facere, folia viridia oleastri tunde et in linteolum mitte et per idem linteolum oleum colato. eodem modo iterum oleastrum tunsum macera et patere dies aliquos permanere et traici. et putorem oleo tolles, si oleastrum sine semine tunsum diligenter vasi submittas, et in sole colloces ut calefiat, et post in aliud vas transferas.

210 Pili ne nascantur. corpus pueri vel puellae, prius quam pilos emittant, ovis ornigarum linito. in perpetuum nitidum praestas, si saepius in locis consuetis perfrices.

211 Confectio liquaminis. mororum partem unam, duo vini dulcissimi permisce. liquamini bonum saporem facies.

212 Confectio passi. ysopi fasciculum, tyci mala orbiculata. de ce mellis et malis XI coque per triduum igne lento, ita ut tribus horis diurnis ferveat.

213 Ad hemicranium. hemicranius pausat, si vermes pari numero sinistra manu lecti et in aceto optimo permixti, in limine eadem manu linantur loco dolenti.

214 Aurigini. auriginem pari numero cum pipere triti rumices ex mero pellunt.

215 Ad alopecias. muscarum capita testae et calvis locis capitis illita vestiunt capillis. item. muscarum capita combusta cum melle aucta alopecias tollunt. murium etiam stercus aceto tritum auxiliatur. si autem volueris auxilium fortius dare, canis venam cervicis solve, et excepto sanguine inducis. item muscis suprascriptis inductum calvo etiam capillos restituet.

2 cōmade *(sic) B.* 7 Et . . . tolles *(sic B)*: Ut . . . tollas *ed.* 11 orni | garum *(sic) B* (ortigarum *i. coturnicum ed.*). 13 dua *B* (duabus *ed.*). 15 tyci *(sic B, quod om. ed.)* mala orbiculata *sunt* mala epirotica *Plin. 15, 51.* 16 de ce mellis & malis XI. coque *(sic) B* (decem in melle *ed.*). 18 emigranium *et* emigranius *B.* 20 in limine *B*: *om. ed.* 21—22 *om. ed.* 21 Aurigini: Amemgeni *(sic) B.* 22 rumices *(cf. Diosc. 2, 140)*: humices *B.* 23 alopitias *B (item infra).* testae et *om. B.* 25 aucta *(sic) B: om. ed.* 28 de (muscis) *add. ed.*

216 Ad dentionem infantium. catuli dens si casu decidat, dentientibus infantibus auxilium praestat. et equinus dens seu canis vel vituli auxiliantur. et si muri vivo licium per acum in ore traicias et per intestini postremam partem adicias et filum collo suspendas.

1 dentionem *(sic) B* (dentitionem *ed.*). 2 auxiliatur *ed.* 5 susspendas *(sic) B. — hic sequitur in cod. Brux. alius operis longe diversi de placitis medicorum fragmeutum (cf. Aristot. Pseudepigr. p. 379), quod hoc uno libri huius quasi quarti loco rubrica cum littera praegrandi textus initiali* A *discernitur:* Hic de semine dicit. quid sit. vel unde nascitur. Alexander amator veri appellatus... *(f. 48—52b). quod postquam finivit, proximo uersu adnectit scriba* Yppocratis genus. vita. dogma*(f. 52b 2—53b). quod fragmentum ubi deficit pagina vacua relinquitur. sequitur in folii 54 (cuius item prima pagina alba est) pagina altera* liber aurelii *etc.*

In his excerptis medici citantur hi:

PSEUDO-THEODORI

i. e. Anonymi ex libris Galeni epitomae

DE SIMPLICI MEDICINA

in brevius contractae

textus codicis S. Galli 762 (G) s. IX

(p. 138—184: cf. Anecd. Graecolatina II p. 121 sq.)

Incipit liber

de virtutibus pigmentorum vel herbarum aromaticarum.

1 Aloe virtutem habet calidam, et confortat et siccat stomachum, curat vulnera, praecipue naturae, facit et ad tumores narium vel oris vel oculorum.

2 Absinthium calidum quidem est mediocriter, siccum vero est vehementer. et sucus eius multo calidior est quam herba. confortat stomachum et fel rubeum, per ventrem et per urinam deducit, venas quoque epatis purgat, et est maximum adiutorium ad constrictionem epatis.

3 Atriplices umidae sunt quidem nimis et frigidae mediocriter. stypticen quoque virtutem ⟨nullam⟩ habet, et est aquosa, quemadmodum malva. facit ad tumores, si quis eas tunsas veluti cataplasma imposuerit. semen ipsarum ad auriginem facit, si quis coclearium triti in calida aqua dederit.

1 Incip̄ Lib̄ III^{us} *(sic corr. in ras. pro* L . . .*)*. Uirtutes p. vel herbarum aromaticas *(sic cod. G, ubi rubricas, satis inscite has quidem, et numeros adiecit librarius)*. 4 Aloen *G*. *(etc.)* stomacum *(sic semper) G*. 5 precipua.· pinimię nature *G* (*καὶ μάλιστα τὰ καθ' ἕδραν τε καὶ αἰδοῖον*). 7 Absentium *G*. 7—9 *cf. Theod. di. 10. Orib. simpl. (ex Gal. cf. Anecd. GL. II, 114)*. 9 rubium *G*. 10 hurinam *G*. 10—11 *haec sic ipse addit epitomator (ut in sequentibus quae diductis litteris significavi)*. 12 humide *G*. 13 stiptice *G*. nullam *addidi ex Orib. (Gal.)*. abet *(sic saepissime cod.)*. 14 quemadmodū alba *G*. 15 cataplasmam inposuerit *G*. 16 cocliarium *G*. tritum *G*. calda *G*.

4 Afronitrum diaforeticum est, et prurigines exsiccat et curat.

5 Auripigmentum calidum est et ustulat, sicut res ipsa declarat. quoniam si quis calore facto diutissime dimiserit, comburitur.

6 Artemisia virtutem habet calidam et siccam nimium, et lapides renum purgat, si quis apozema ipsarum acceperit in potione.

7 Aqua virtutem habet frigidam et umectam. denique febricitantibus adiutorium optimum est, si tempore competenti biberint.

8 Acetum virtutem habet compositam, et frigidum est et calidum, et magis obtinet frigidior virtus quam calidior.

9 Apium virtutem habet calidam in tantum ut et urinam et menstrua provocet. et ventositatem curat, sicut et semen ipsius.

10 Asarum virtutem habet calidam, plus quam acorum. constrictiones epatis et renum solvit et per urinam purgat.

11 Amygdala amara calida sunt parum, et extergunt umores spissos et viscidos epatis et pulmonum. et specialiter epatis constrictiones solvunt et curant. faciunt etiam et ad splenem et intestinum et ad renes. nam et arboris tota virtus

---

[*Simon s.* Mologlonos est species artemisie sec. Diascoridem. Item Th. Prisci. libro de simplici medicina mologlonos quam aliter artemisiam vocant etc. *(μονόκλωνος Diosc. 3, 117)*]

[*Simon s.* Fetalogo grece secundum Theodo. Prisci. de simpl. med. vocatur aristologia. et dicitur aristologia secundum ipsum ab ariston quod est utile. *quod pertinet ad Diosc. 3, 4.*]

[*Simon s.* Ferraria minor vocatur sec. Diasc. (?) agrimonia. Theo. Prisci. idem dicit. *de ferraria cf. Ps. Apul. c. 72 Diosc. 4, 33. Orib. s. Sideritis.*]

---

1 diafreticum *G.* prorigines excicat *G.* 4 colore *G.* 5 *cf. χρονίσειε Gal. XII, 212.* 7 apostimā *G (cf. Diosc.)* a. inpositione *G.* 10 conpetenti biberit *G.* 12 Acetus *G* (*sed* De acetum *rubr.*). conpositam *G.* 14 De apium. Apius *G (σέλινον Gal. XII, 118).* hurinam *G.* 17 De asaro. Asarus *G.* acorum *(Gal. XI, 840 cf. 819):* apius *G.* 18 hurinam *G.* 19 Amicdala *G.* 20 humores *(sic fere semper) G.* ępatis *G.* 21 solv& et curat *G.* Fiunt *G.* 22 splene *G.* arboris: aborto *(sic) G.*

ipsius ⟨eadem⟩ est. denique radices ipsius si quis coxerit et faciem linierit, lentigines et livores tollit. amygdala vero dulcia minoris virtutis sunt.

12 Anetum virtutem calidam habet et sicciorem. et si quis hanc coxerit aut infuderit in oleo et unxerit, umores frigidos et crudos maturat atque dispergit.

13 Abrotonum virtutis calidae et siccae est. et lumbricos occidit, menstrua provocat. similis quoque absinthio est. hoc quoque solum nocet quia stomacho adversatur.

14 Agaricum virtutis est mediae temperationis. est enim radix et nascitur super radices et dispergit umores vel spissitudinem praecordiorum. denique ad auriginem facit quae ex constrictione.

14 Alium calefacit et siccat, urinam provocat, ventrem mollit et flegma deducit.

16 Acorum virtutis calidae est, et provocat urinas, et splenis duritias curat, si quis scripula tria cum oxymeli biberit.

17 Andrachne virtutis frigidae est. denique facit ad ignem sacrum.

18 Anesum virtutem habet calidam, urinas provocat et ventositatem curat.

19 Asfodelus virtutem calidiorem habet, et si quis eam triverit, pulveres eius faciunt ad tineas capitis.

20 Balsamum calefacit et siccat. denique ad duritias splenis et epatis facit.

21 Balaustia flores sunt quidem mali granati agrestis, quales sunt mali granati domestici flores qui appellantur cy-

---

1 eadem *add.* (ὁμοίαν). 2 libores *G (sic semper).* *rubr. et numerus (XII) addit G.* 4 De anetum. Anetus *G.* 5 hunc *G.* infunderit *G.* unxerit umores *G.* 6 crudos (ὠμῶν): surdos *G.* 7 Aprotanum *G.* 8 absentio *G.* 9 oc quoque solū note est *G (cf. Gal. XI, 801).* 10 Agarico *G.* 11 humores *G.* 12 precordiarum *G.* qui *G.* 14 De alium. Alius *G* (σκόροδον). 14—15 *haec ex pleniore Galeno (cf. Oribas. lat.).* 17 oximelle *G.* 19 De andraten. Andraten *G.* 20 i. acrum *G.* 21 De aneso. Anesus *G.* [≡h≡]orinas *G.* 23 De asfodillum. Asfodillus *G.* 24 tererit *G (ex inscitia scribae Germani).* 25 De balsamo. Balsamus *G.* ad: & *G.* 27 De balaostium. Balaostiū *G.* floris *G.* male granate *(hic) G.* 28 qui: quia *(comp.) G.* apellantur citini *G.*

tini. virtutem habent frigidam et siccam, faciunt ad femoris substrictionem, faciunt ad dysentericos, si ventrem deforis curaveris.

22 Bulbus in comedendo frigidus est, et facit umorem spissum et viscidum. nam et indigestus est et ventositatem facit. hoc solum, ad usum veneris, prodest. si quis vero deforas uti voluerit, et extergit et siccat.

23 Blitum virtutem habet frigidam et umectam. denique et ad tertianas facit optime si comestum fuerit.

24 Bryon, quod appellant sphagnum, invenitur aut in robore aut in populis albis. et mediam virtutem habet, et magis siccat quam calefacit.

25 Bdellium virtutem calidam habet et malacticam. strumam gutturis curat et digestionem ventositatis, et dolorem lateris sedat.

26 Butyrum calidam virtutem habet, et dispergit umores aurium vel inguinum, oris. denique infantibus dentientibus utile est, si frequenter gingivas leviter adfricaveris.

27 Calamintha virtutem habet calidam et siccam nimium. et si quis cocta aqua biberit, calefacit et sudores provocat. idcirco facit et ad frigorum typum, si quis herbam in oleo coxerit et unxerit.

28 Cannabis. semen eius siccat et ventositatem dispergit in tantum ut si satis comestum fuerit, veneris usum exsiccet.

---

10 *Simon s.* Brion. Theodorus Priscianus libro de simplici medicina vocatur inquit stagnus in quercubus et populis albis etc.

---

1 femorem substrictione *G.* 2 dissintericos *G (ut semper).* 4 De bulbo. Bulbos *G.* frigidū *G.* 6 hoc solū . . . prode est *G.* deforas *(sic) G.* 8 De blitum. Blitus *G.* umecta est. *G.* 9 obtime *G.* comestus *G.* 10 De brion. Brion *G.* apellant splagnum *(cf. Plin. 12, 108. 24, 27) G.* in robes aut in puplos *(ante corr.* plupes*)* albos *G.* 11 vertutem abet *G.* 12 quē *G.* 13 De Bidellium. Bidellius *G.* malaticam *G.* 14 et digestionem et ventositates *G.* 16 De Butirum. Butirum *G.* umores *(sic) G.* 17 horis *G.* 19 Calamite *G.* 21 ad frigorem tipum *G* (*πρὸς τὰ κατὰ περίοδον ῥίγη Gal.*, ad periodicas febres *Orib.*). erbam *G.* 22 uncxerit *G.* 23 De cannabo. Cannabus *G.* sicce & vent. *G.* 24 comestus *G.* ex[c]iccat *G.*

29 Capparis virtutem habet calidam et acriorem, et facit specialiter ad duritiam splenis, si quis cum aceto aut melle apozema biberit, aut extrinsecus aliis medicamentis commixtis spleni imposuerit. curat et dolores dentium, si in aceto cocta fuerit, et acetum ipsum in ore tenuerit.

30 Cardamomum nimium virtutis calidae est, in tantum ut si quis pulveres eius disperserit . . . denique facit ad ischiadicos linitum. habet et amaritudinem quandam, per quam lumbricos occidit. facit ad scabias extergendas, si cum aceto tritum fuerit.

31 Castoreum calefacit et siccat et fortiter extenuat. et est necessarium valde quibus ex abundantia umorum spasmus fit. facit et ad tremulos vel ad omnes passiones nervorum sive cerebri mirabiliter.

32 Centauriae maioris radices acriorem et calidam virtutem habent, et provocant menstrua et abortiones deponunt. facit et ad eos qui sanguinem expuunt, si sex scripula aut in aqua aut in vino acceperint, id est febricitantes in aqua, alii in vino.

33 Cera virtutis mediocris est et neque calefacit neque infrigidat neque umectat, sed adiungitur adiutoriis quae extrinsecus imponuntur.

34 Cucurbita virtutem habet frigidam et umectam. denique facit rasura ipsius ad tumorem aurium qui ex fervore nascitur,

---

1 *Simon s.* Kapara quam multi cinobatos (*κυνόσβατον*) aut caprion (*καπρίαν*) vocant etc. Theodorus Prisc. libro de simpl. med. *hic errore Simonis videtur auctor appositus Th. pro Dioscoride. cf. Diosc. 2, 204 et Sim. s.* cappāris.

[*Simon s.* Othonion. Theo. Prisci. celidonia maior quam multi othonion vocant. *(Diosc. 2, 211. cf. 213)*]

---

1 De capparo. Cappares *G.* 2 especialiter *G.* spl. Et si quis . . . *G.* 3 apotimā *G.* 4 inposuerit curat. Et *G.* 5 et aceto ipsum *G.* 6 De cardamomu. Cardamomu *G.* 7 disperserit denique *(sine lacuna) G.* sciaticos *G.* 9 sicum acetū *G.* 12 habundantia *ante corr. G.* 13 tremolos *G.* neruium sive cerebrum *G.* 15 De centauria. Centauriis *(sic) G.* 17 scripulas *G.* 18 acceperit *G.* 20 infrigdat *G.* 21 adiutorii *G.* 22 inponuntur *G.* 23 humectam *(hic) G.* 24 rasurā *G* (*τῶν ξυσμάτων αὐτοῦ ὁ χυλός*). ad humorē *G.*

mixta cum oleo roseo. facit et ad nimias febres, si per anum in ipsis sucis et oleo infusa et praecordiis aut thoraci imposita fuerit.

35 Casia calefacit ac siccat nimium, et tenuem et acriorem virtutem habet. idcirco praecidit et dispergit corporis umorem, provocat et menstrua.

36 Coriandrum virtutis tepidae et magis umectae est. facit et ad fervores.

37 Cicer lac et semen generat, provocat et menstrua. cicer nigrum provocat urinas et renes purgat.

38 Costus virtutem calidam et acriorem habet, ideo et comburit. omnia medicamenta quae fiunt aut ad ⟨ischiadicos aut ad⟩ paralyticos costum accipiunt. provocat urinas et menstrua, et dolores lateris curat.

39 Caryophyllum nimium virtutis calidae et acris est.

40 Crocum habet virtutem calidam, unde et virtutem habet maturandi. est ex aliqua parte stypticum.

41 Cepae calefaciunt vehementer. unde et haemorroides solvit, et si cum aceto trita fuerit, lentigines de facie tollit, si inlinieris et sol steterit. facit et ⟨ad⟩ tineas capitis, ⟨si⟩ quis fricaverit loca ipsa.

42 Caules siccae virtutis sunt, et si combusti tursi eorum fuerint, nimium siccant, quoniam prope ustulant. idcirco commiscentur caulibus adipes porcini, et faciunt ad pleuriticos, diaforeticum adiutorium.

43 Cymini semen virtutis calidae est vehementer, et ventositatem minime facit, et urinam provocat.

44 Cyperum radices ⟨maxime⟩ necessarias habet. calefaciunt

1 perannos *G.* 2 infusis *G.* toracis inpositus *G.* 4 acriorem tutem *(sic) G.* 5 p̄cid& & disperg& c. humorem *G.* 7 tepidū *G.* humecte *G.* 9 lactem *G.* menstruā *G.* 10 *rubr.* De nicrū cicer. Cicer nigrū *G* (κριός *Gal. Diosc.*). hurinas *G.* 11 De costum. Costum *G.* conburit *G.* 12 aut ad paraliticos *G.* 14 doloris *G.* 15 De cariofile. Cariofilum *G (Plin. 12, 30 — non apud Gal. Diosc.).* acre (*id est* acrae) *G.* 16 De crocū. Crocus *G.* 17 stipticum *(sic) G.* 18 De cipe. Cipe *G.* emorroides solv& *G.* 19 si: sic *G.* tritum fuerit *G.* 20 *ἐν ἡλίῳ Gal.* ad *om. G.* si *om. G.* 22 combustitur. | si eorum *G.* 23 conmiscunt caulis a. porcini *G.* 25 pleuriticos diaforitico *G.* 26 De cimini. Cimini *G.* 28 De ciperum. Ciperū radices *G.* maxime *add. Gal. XII, 54.* habent *G.*

et siccant. faciunt ad umecta vulnera et cicatrices difficiles iuvant, quoniam virtutis stypticae sunt. et ad renum lapides faciunt, vulnera quoque ⟨oris⟩ curant.

45 Daucus, qui nuncupatur pastinaca, virtutem calidam habet ⟨et⟩ extenuat. radix vero eius ventositatem facit et ad venerem provocat. semen itaque ipsius, id est domestiei, idem facit quod radix, agrestis vero omnino et ventositatem sanat et urinam provocat et menstrua.

46 Dictamnum calidum est et extenuat umores veluti puleium.

47 Difryges mixtae virtutis est id est calidae et frigidae. est enim et stypticum et acre. idcirco et difficillimis et malignis vulneribus est medicamen optimum.

48 Dactuli calidae virtutis sunt, et impositi triti stomachum confortant qui cibum reiciet.

49 Elebori habent virtutem calidam, et extergunt umores, et faciunt ad lentigines et scabias et impetigines. niger eleborus syringa extenuat, et ad dentium ⟨dolores⟩ facit coctus in aceto, ita ut ipsum acetum in ore teneat. eleborus vero niger umorem nigrum deponit per ventrem, albus per vomitum purgat ipsum umorem melancholicum.

50 Erpyllus in tantum calidae virtutis est ut et menstrua et urinam provocet.

51 Eupatorium herba extenuat et dispergit umores, urinas

4 *Simon s.* Stafilina grece. Theo. Pris. est pastinacha agrestis quam multi ceras dicunt.
add. Simon s. Ceras. Theodorus Priscianus libro de simplici medicina sic vocatur a multis staphilina agrestis id est pastinaca *(cf. Diosc. 3, 52. Ps. Apul. de herbis c. 80).*

1 facit *G.* 2 iubant *G.* stiptice est *G.* ad renes lapides facit *G.* 3 oris *add. Gal.* curat *G.* 4 bastinaca *G.* 5 et *om. G.* 6 ventrem *G.* idem: id *G.* 7 quod: quo *G.* orina *G.* 9 velut ipolegium *G.* 13 obtimum *G.* 14 De dactali. Dactali *G (Gal. XII, 151 cf. Orib.).* inpositi *G.* 15 confortans q. c. reiciens *G (cf. Th. de diaeta)* 16 De elibori. Eliborus ab& *G.* 17 scabies et inpetigines *G.* 18 siringa *G.* dentium (*om.* dolores) *G (cf. Orib.).* 20 humore nigrum *G.* vomica *G.* 22 De erpillo. Erpillus *G.* in tantum *etiam Or. (quia εἰς τοσοῦτον Gal.).* 23 horinam provocat *(sic) G.* 24 erba *G.* d. humores hurinas q. *G.*

quoque provocat sine calore et epatis constrictiones purgat. et est stypticum et viscera confirmat.

52 Euforbium causticum est et umores extenuat.

53 Epithymum virtutem calidam et siccam habet nimis, et si quis cum aqua coxerit et dederit potionem, melancholicum umorem deducit, aut si pulvere facto scripula tria dederit in calida aqua.

54 Eruca virtutis siccae et diaforeticae est. et quam maxime utendum est foliis et floribus eius. facit ad faucium tumores et dentium dolores.

55 Folium calidam virtutem habet, quemadmodum spica nardi.

56 Fu calidam virtutem habet, quemadmodum spica nardi. et radix ipsius odorabilis est.

57 Flommus herba virtutis siccae et austeris. idcirco fluxum ventris constringit, et aqua ipsius cocta ad dentium dolorem facit.

58 Ferulae semen extenuat umores, medulla vero ipsius vi-

---

8 *Simon s.* Cizomo (*pro* Euzomo) apud Theodorum Priscianum li. de simplici medicina est eruca que zeuzomum *(sic ed.)* dicitur (*cf. Simon. s.* Eruca . . . euzomium vocari reperi in quam plurimis locis).

[*Simon s.* Fecula Theo. Prisci. li. de simplici medicina est uva pinguis cocta usque ad crassitudinem mellis et refrigerata.]

18 *Simon s.* Cachreos Theodorus Priscianus li. de simplici medicina. ferula inquit cuius semen acrocis etc. deinde immediate facit aliud cap. de ferula cum quo concordat cum D(ioscoride) de ferula. quare videtur quod sit alia species ferule. liber antiquus de simplici medicina ferula quam greci nartecos vocant cuius semen cachrios sucus galbanum dicitur. *sequitur apud Sim.* Cacrios = *κάχρυς i. e. semen libanotidos ex Diosc. 3, 79 (de galbano v. Diosc. 3, 87). Simon. s.* Kagechiron est species aromaticorum sed Theodorus Prisc. l. de simpl. med. dicit quod kakrios est semen ferule.

---

1 & istipticū *G.* 3 cau | ticum *G.* 4 Epitimum *G.* ab&. velut *(quod omisi)* nimis *G.* 6 pulveres f. iscripula *G.* 7 calda *G.* 8 De eruce. Eruce *G.* diaforitice *G.* 9 utendus *G.* 11 *φύλλον* (*μαλαβάθρου*) *Gal. XII, 153.* 14 odorabili *G* (*ἀρωματώδης Gal.*). 15 erba *G.* austeris *(sic) G.* 18 De ferula. Ferula *G* (*νάρθηξ Gal.*). humores *G.* 19 istipticam *G.*

ridis virtutem stipticam habet, et facit ad eos qui sanguinem expuunt aut fluxum ventris patiuntur.

59 Ficus virtutem habet mediocriter calidam et ventrem ⟨purgat⟩. sicca ficus id est carica calidiorem et diaforeticam habet virtutem.

60 ⟨Glycyriza virtutem⟩ tepidiorem habet, et oris et arteriae asperitates temperat vel sitim compescit.

61 Glycyside paeonia nuncupatur virtutem habet siccam et umores extergit. et magis sicca est et ad extergendos umores utilis, quam ut calida. facit ad menstrua provocanda, si quis in modum magnitudinis amygdali cum mulsa dederit potui. purgat quoque et epatis constrictiones et renum. et ventris fluxum retinet, si coctum in vino austeri biberit. dicitur etiam, si alligata collo fuerit, ⟨quod⟩ infantibus epilempticis remedium praebeat.

62 Glaucium virtutem habet frigidam et stypticam, et curat ignem sacrum.

63 Gypsus virtutis siccae est, terrae adfi⟨nis⟩. denique facit ad sanguinem narium constringendum. ustulata plus siccat.

64 Gingidium virtutem habet amaram et stypticam, est et calidum et frigidum. et siccat magis et est stomacho aptum, quoniam stypticum, caloris vero parum habet.

---

8 *Simon s.* Glicidis et gliciscidis est peonia Theodo. Prisci. Item Alexander . . .

20 *Simon s.* Gingnidium est fumus terre ut Theo. Priscia. libro de simplici medicina.

---

3 De fico. Fica *G.* ventrem siccat. | ficus id est carica calidiorem *G* (*ubi pro* siccat *scripsi* purgat. sicca). 4 *post* calidiorem *iterum rubr. ponitur* Fico *(sic)*. Fica & diaforiticam etc. *G (ubi rubrica duplicata pertinere videtur ad ficum siccam i. caricam, omissa vero esse novi capituli propria sc. glycyrizae cf. Gal. XI, 858. itaque ad c. 59 pertinent verba (rubricae interpolatione abrupta)* et diaforiticam ab& virtutem, *ad novum cap. sequentia* tepidiorem ab&t et oris *etc.* 7 conpescit *G.* 8 De glicisius. Glicisius peonio n. *G.* 9 & ⟨ma *add. al. m.*⟩gis *G.* 10 umores *(hic) G (sed v. 9* humores, *ut vulgo).* 12 potū *G.* et: ad (renum) *G.* 13 si coctam: & cocta *G.* 14 quod *addidi.* 14 epilēticis *G.* 15 preveat *G.* 17 igne agrum *G* (*ἐρυσιπέλατα Gal.*). 18 sicci est aere adfixus denique *G.* 19 ustulata: *καυθεῖσα* (*δὲ γύψος*) *Gal.* 20 De gingidum. Gingidū *G.* 21 sicca *G.* estomaco apta *G.* 22 istipticum G.

65 Galla virtutem frigidam et siccam habet. unde et fervores faucium curat.

66 Graminis radix mediocriter sicca est et frigida. unde et plagas recentiores consolidat, si tunsa imposita fuerit velut cataplasma. ignem sacrum vehementer infrigidat. apozema quoque ipsius renes purgat, si quis biberit.

67 Hedysaron quod appellatur pelecinus. huius fruticis semen colorem quidem rubeum habet, ex utraque parte vero acutum est quemadmodum bipennes, quos Graeci peleces appellant. amarum quoque est et stypticum. nam ad bibendum stomacho aptum est, et viscerum constrictiones solvit.

68 Herba senecio virtutem mixtam habet, et frigidam simul et mediocriter umores dispergit. et facit ad indignationes nervorum, si quis eam cum axungia veteri imposuerit.

69 Hippuris virtutem habet stypticam cum amaritudine. idcirco siccat umores asperitudine nimia, vulnera etiam recentia et maxima cataplasmate facto consolidat, etiam si nervi incisi fuerint. et ramicellos curat, et sanguinem iactantes, nec non et fluxum muliebrem rubeum continet, et dysentericis re-

---

7 *Simon s.* Hedicorion Theo. Prisc. li. de simplici medicina hediscorion quod appellatur pellecinus huius fructus semen colorem quidem ruffum habet ex utraque parte acutum est qnemadmodum bipennis quas greci pellecas vocant amarum quoque et stipticum etc.

[*Simon s.* Eraclea . . . Theo. Prisci. li. de simplici medicina Eraclion inquit quod alii abrotanum dicunt etc. *confert idem etiam Diosc. 3, 26.*]

---

1 De galla. Gallae *G.* 2 facium *G.* 2 De gramen. Graminis *G.* 4 consoldat *G.* inposita *G.* 5 igne agrū *G.* infrigdat *G.* apotima *G.* 7 De hetisaron. H&isaron *G.* pellicenos *G.* huius: usus *G.* frutici *G.* 8 & utramque partem *G.* 9 pelicas *G.* 11 constrictionesolvit *G.* 12 De sinition. Erba sinition *G* (Erigeron *Gal.*, Hirigeron *Orib.*). *ad v. 13—15 cf. Ps. Apul. c. 75.* 14 nervorem *G.* acxungia v. inp. *G.* 16 De hipporis. Hippuris *G.* istipticam *G.* 17 umores *(sic)* asperitudinem nimium *G.* 18 consoldat *G.* 19 ramos cellos *G* (ἐντεροκήλας *Gal.*, introcellicos *Orib. ed.*) = ramices. non et: noc& *G.* 20 desintericis *G.*

medium est. si cocta in vino austeri fuerit in potione data, fluxum ventris continet.

70 Isatis qua tinctores utuntur, virtutem nimium siccam habet. et vulnera consolidat et fluxum sanguinis constringit.

71 Hordeum virtutem habet siccam et frigidam. plus vero polenta sicciorem habet.

72 Herba siniaca virtutem habet frigidam.

73 Iris virtutem habet calidam mediocriter et temperatam ex austeri et dulci. est tamen siccae virtutis, et curat vulnera, et constrictionem pectoris solvit et curat.

74 Ibiscos id est althaea, quae est malva agrestis, virtutem habet malacticam et diaforeticam. denique et duritias mollit, si etiam tunsam cum axungia imposueris.

75 Isopyrum id est fasiolum semen virtutem habet mixtam, etenim amaram et austerem. denique spissos umores spargit vel resecat, praecordia quoque purgat, facit et ad sanguinem iactantes.

76 Herba iu virtutem habet frigidam et umectam. deinde folia ipsius contusa tumores qui ex fervore nascuntur consolantur, id est aut singula imposita aut certe commixta cum polenta.

---

3 *Simon s.* Hysatis dicitur rubea tinctorum secundum Theo. Priscia. libro de simplici medicina.

14 *Simon s.* Hysoperide fasilium semen virtutem habet mixtam est enim amarum et austere etc. Theo. Pri. libro de simplici medicina.

---

1 potionem *G.* 3 De hisitis. Hisitis quati tontores *(sic) G.* 4 consoldat *G.* 5 De hordeum. Hordeus *G.* 6 polenta (τὰ δ᾽ ἄλφιτα πολὺ καὶ τῶν κριθῶν ξηραντικώτερα *Gal. XII, 45*). 7 De herba siniaca. Herba siniaca *(sic) G* (?). 8 De hiris. Hyris *G (deest Gal. et Orib.)*. 11 De ıbicoss (s superscr.) *(deinde in ras.)* Ibiscose id est altea *G*c (ἐβίσκος ἢ ἀλθαία *Gal.*). mala agreste *G.* 12 diafor&icam *(hic) G.* 13 tunsa *G.* acxungia inp. *G (cf. Ps. Apul. 39)*. 14 De isopo. Isopo neuasilinon semen *G.* virtute hab& *G.* 15 austeram *G* (austere *Sim. cf. supra 37. 61. 69. 73*). [e]spissis humores [e]spargit *G*c. 16 precordiam *G.* 17 lactantæs *G.* 18 De herbam. Herbā virtutē *etc. G (cf.* Iu i. viola *Orib.)*. 19 consolantur *G* (παρηγορεῖ *Gal.*). 20 inposita *G.* conmixta *G.* 21 pulenta *G.*

77 Idaeae herbae radix virtutem habet stypticam nimium, et fluxum sanguinis ventrisque fluxum et dysentericos et profluvium mulierum curat, si aut in potu dederis aut cataplasmate facto imposueris.

78 Ladanum virtutem habet calidam et temperatam, et mollit tumores et furunculos commixtum cum cera, quemadmodum aliis medicamentis commixtum facit.

79 Lapathum virtutis mediocriter calidae est, et dispergit umores. semen eius stypticum est, et facit ad fluxum ventris vel ad dysentericos.

80 Lapis haematites virtutem habet frigidam et stypticam, facit ad conficienda collyria trachomatica. ipse quoque tritus in mortario diligentius facit ad eos qui sanguinem per orem mittunt, si datus fuerit in potione, omnia quoque vulnera exsiccat. facit ad oculorum dolorem, si fricatus in cote infusus oculis fuerit. — lapides qui in scorpionis marini cauda inveniuntur virtutem habent extergendi, denique lapides vesicae minutatim confringunt.

81 Lini semen virtutem mediocriter calidam habet, et est umectum. unde et tumores consolatur.

82 Lycium virtutem habet siccam et acidam et stypticam. facit ad dysentericos et tumores ani, facit et ad subtritiones femorum vel paronychia.

83 Mastice composita est ex contrariis virtutibus, et constringit

---

1 De ide erbe. Ide erbe *G* (*'Ιδαία ῥίζα Gal.*). istipticam *G*. 3 in potū *G*. 4 inp. *G*. 5 De ladanum. Ladanus *G* (*Gal. XII, 28*). 6 moll& *G*. furuncolus *G*. conmixta *G*. 7 conmixta *G*. 8 De lapatium. Lapatium *G*. 9 istipticum *G*. 10 desintericus *G*. 11 De lapisematis. Lapis ematis *G*. istipticam *G*. ad conficiendos collirios tracomaticos. ipsos quoque tritos *G*, 13 per | gremit tunc si d. f. *etc.* *G* (per ore *cf. Anthim. p. 55*). 14 ex⟨sicc⟩at G^c *(in ras.)*. 15 in cute *G* (*ἐπ' ἀκόνης Gal.*). 16 oculus *G*. scorpioni *G* (*τοῦ θαλαττίου σκορπίου gr.*). *haec aliunde addita, non ex Gal. cet. cf. Gal. XII, 205 = Orib. 141.* 19 De lini semen. Lini semen *G*. calida ab& *G*. 20 consolantur *G*. 21 De licium. Licius *G*. accidam et istipticam *G*. 22 & humorem ani *G*. facit eit s. f. *G*. subtrictiones femorum *G* (*παρατρίμματα Gal., Orib. lat.* = intertrigines). 23 paronitias *G*. 24 consita *(sic)* *G* (*σύνθετος Gal.*). & c. v. & ex constring& *G*.

et mollit. facit ad stomachi et ventris et epatis vel omnium intestinorum tumorem. calefacit enim et siccat nimium. solvit et ventrem, si quis scripulum mastices collatum cum calida aqua biberit.

84 Melanthium, quod appellatur git, virtutis est calidae et siccae, et spissitudinem umorum extenuat, denique catarrum calefactum ligatum in linteamine exsiccat. tritum quoque si quis biberit, ventositate caret. lumbricos sive in potione datum sive deforis impositum, id est tritum, occidit. lepras etiam et clavulos pedum et verrucas curat. menstrua quoque provocat.

85 Mel calefacit et siccat nimium. habet etiam acritudinem, nam vulnera sordida purgat.

86 Melilotum virtutis est mixtae. et maturat umores et dispergit. et plus calidae virtutis est quam frigidae. ad oculorum indignationem aqna ipsa cocta utimur.

87 Meconi nomen est papaver. frigidam virtutem habet, et semen eius somniferum est. agreste papaver plus quam domesticum infrigidat.

88 Mora natura habent mediocrem calorem et ventrem relaxant. inmatura vero virtutis frigidae et siccae sunt. unde et suci ipsorum tumores faucium curant. si quis quoque mora ipsa siccaverit et pulverem fecerit, et dederit unum coclearium dysentericis, magnum remedium est.

89 Murta ex contrariis virtutibus composita est, et obtinet

---

4 *Simon s.* Melantium (*post* Diosc.)...Theo. Pri. melantium quod appellatur git *(cf. Orib. 153)*.

[Mala persica *Simon s.* Kariana vocantur persica secundum Theo. Prisci.].

---

1 istomaci *G*. 2 istentinarū tumorē *G*. 3 scriptum masticem collium *G*. 4 calda *G*. 6 humorem *G*. deneque *G*. 7 ligato *G*. exiccat *G*. 8 ventositatem car& *G*. Lumbricus *G*. in potionū *G*. 9 inpositum *G*. occid& *G*. 10 clavulos: acutos *G* (*ἥλους Gal.*). verrucas *G* (*μυρμηκίας Gal. et lat. Orib.*). 13 mellilotum *G*. mixti *G*. 14 quem *G*. 15 aque ipse cocte utim⁹ *G*. 16 De miconi. Miconi *G*. domesticus infrigdat *G*. 19 De mora. Mora *G*. hab& *G*. relaxat *G*. 21 ipsarum *G*. 21—23 *cf. Theod. de diaeta p.* 243^a. morā ipsā *G*. 22 siccaverint *G*. pulver *G*. 23 cocliarium *G*. dissintericis *G*. 24 De murta. Murta *G*. obtinet *G* (*ἐπικρατεῖ Gal.*).

frigidior virtus quam calidior. habet quendam tenuem calorem. unde et nimium siccat umores. compescit diversis modis habita nimios quoque sudores ipsius constringit.

90 Medulla virtutem habet mediocriter malaxantem tumores et duritias membrorum. idcirco meliorem medullam cervinam iudicavimus, exinde vitulinas. hircorum vero et taurorum acriores et sicciores sunt. denique hircinis medullis ad dysentericos utimur cum sucis oryzae.

91 Meon calidam et siccam virtutem habet. unde et urinam provocat et menstrua.

92 Marathrum, quod appellatur feniculum, virtutem calidam et siccam habet mediocriter. unde et lac generat et menstrua provocat et urinas. radices vero ipsius si quis coxerit et deinde fomentaverit, acumen oculorum reddet.

93 Nitrum virtutem habet siccam et umores dispergit.

94 Narcissi herbae radix virtutem habet siccam in tantum ut vulnera maiora recentia consolidet et tenontum praecisiones.

95 Nymfaeae herbae radix vel semen virtutem habet siccam ut minime urat. continet etiam ventris fluxus et insomn⟨i⟩ari minime permittit. iuvat et dysentericos. nymfaea vero herba quae radicem albam habuerit, virtutis fortioris est, et facit ad profluvium mulieris, si ⟨quis⟩ radicem coxerit in vino nigro austeri et dederit potionem. facit hoc etiam nigra similiter radix ad dysentericos data.

1 frigdor. virtus q *G. cf. c. 8.* colorem *G* 2 conpescit *G.* 3 abitam *G.* ipsius *(sic)* contring& *G (lac.).* 4 mediocriter. & malaxant tumores *G.* 5 melior ámedulla cervina *G.* 6 indicavimus *G. sic interpres Galeni auctor* (καλλίστου δ' ἐπειράϑην ἀεὶ τοῦ τῶν ἐλάφων *XII, 332*). *sed Oribasius lat. p. 202*[d] utilior autem probatur, *itemque Th. de diaeta p. 243*[a]. 6 Et inde *G* (ἐφεξῆς δὲ *Gal.*). ircorum *G.* 7 ircinis *G.* 8 dissintericos *G.* orize *G.* 9 De meon. Meon *G.* urina *G.* 11 De maratrum. Maratrum *G.* fenuculum *G.* 12 ab& *G.* lactem ienerat *G.* 13—14 *cf. Diosc.* 15 De mitrum. Mitrus *G.* 16 De narcissi. Narcissi erba r. *G.* 17 ut *om. G.* consold& & tenat precitiones *G (cf. Gal.).* 19 De niffe. Niffe erba r. *G.* 20 & m. urent continentia v. fl. *G.* insomnari *sic (vid. Gal.).* 21 iub& & dissintericos. *deinde iterum rubr.* XCVI. De ninfi. Ninfi iam vero erba quem *G.* 22 abuerit *G.* 23 *addidi* quis. nigri *G.*

96 Nucleus virtutis mediocriter calidae est. et si quis exinde frequenter acceperit, ventositatem patitur. generat etiam semen et ad venerem provocat, et si quis perseveraverit edendo, umores pessimos facit.

97 Nuces virtutem habent calidam et mediocrem, velut oleum dulce. cortex vero earum viridis habet virtutem siccam et stypticam nimium. et sucus eius ad tumores faucium et ad putredines facit.

98 Nasturcium virtutem habet calidam et acrem, et ventositatem solvit et urinas provocat et lumbricos occidit, ⟨si⟩ et contusum super umbilicum posuerit.

99 Origanum virtutem calidam et siccam habet, et spissos umores attenuat et praecidit. denique facit ad catarrum et dolorem lateris, si quis cum oxymeli coctum dederit. tragoriganum vero habet quandam partem stypticam.

100 Oleum dulce mediocriter calidum est. hispanum vero quod ex viride vel inmatura oliva colligitur frigidum est.

101 Oryza habet stypticam virtutem, deniqne et ventrem constringit.

102 Orchis, quae etiam serapias nuncupatur, virtutis siccae est. hortatur ad venerem, si quis eam dederit cum vino bibendam. tumores quoque exsiccat, si cataplasmata fuerit. sordes etiam vulneris purgat. facit et ad ignem sacrum, constringit et ventrem.

103 Opopanax virtutem calidam et siccam ⟨habet et⟩ malaxat duritias totius corporis et constrictiones nervi calefacit et spargit et siccat.

104 Oleastrum virtutem habet calidissimam, semen vero

1 De nuclu. Nuclu *G (cf. Theod. diaet. p. 244 Arg.).* 4 pessimo *G.* 6 dulcem. Cortix *G.* 7 nimiā *G.* 9 De nasturtium. Nasturtius *G.* 10 solv& *G.* hurinas *G.* occidit & c *G.* 12 De origanum. Origanus *G.* 13 adtenuat *G.* precid& *G.* 14 oximelle *G.* 15 tragrorizanus (—n') *G.* quendam p. istipticam *G.* 16 Oleū dulcem *G.* ispinum *G.* 17 frigida *G.* 18 De oridia. Oridia ab& istipticam *G.* denique: διὸ καὶ *Gal.* 20 De orcisq: Orcisq; *G.* sarapias nuncupantur *G.* 21 ei addiderit c. v. bibendum *G.* 22 exiccat *G.* 23 ad igne agrum constring& *G.* 25 De opopanice. Opopanicus *G.* habet et *addidi.* 26 nerviā calefacit. & ispargit *G.* 28 De oleastrū. Oleastrus *G.* ab& *G.*

ipsius calidioris virtutis est. renum lapides ⟨in⟩arenam confractos deducit.

105 Opus cyrenaicus omnium calidior et tenuis est, unde et tumores spargit. nec non et ⟨alii⟩ nimium calidi sunt et ventositatem faciunt, id est medicus et syriacus.

106 Ostreae testa sive conchylii seu coclea, omnia combusta virtutis sunt nimiae praecipue si quis ostreae testam combusserit et pulverem fecerit, facit ad fistulas vel ad altitudinem vulneris. omnium vero testarum pulveres dentes nitidiores faciunt, et gingivas consolidant, tollunt etiam cruditiones ventris post partum mulierum.

107 Petroselinum virtutem habet calidam et siccam. nimie etiam acre et amarum ⟨est⟩, menstrua quoque et urinas provocat. et renes purgat et ventositates solvit.

108 Pix sicca quidem calefacit nimium et siccat. liquida vero extenuat, denique facit ad suspirium ⟨et⟩ ad eos qui pus eiectant, si quis ex cocliari cum melle mixtum et despumatum velut electarium dederit. ungues quoque leprosos cum ceroto mixta purgat, impetigines curat et tumores indigestos praecordiorum durat, si cum cataplasmate commixta fuerit. fortiorem ergo liquida virtutem habet.

109 Pomfolyx si lota fuerit sicciorem virtutem habet et ad omnia maligna vulnera. et sine acritudine siccat, et aptum maxime medicamen cancromaticis.

110 Piper longum quod primo nascitur sicut nuclei flores, est virtutis umectioris ad comparationem. piper vero album

1 l. & arenam confractos *G*. 3 De oposcirine. Opus cirinaie | cuius omniū *G*. 4 ispargit *G* alii *addidi. cf. Orib.* Nam alia *(p. 203)*. 5 medicos est | siriaticus *G*. 6 De ostrie. Ostrie testa sive conciliis eocloclea *G*. conbusta *G*. 7 | *(p. 172)* virtutis s̄ nimie precipue Si quis *G* (*Gal. XII, 346 cf. Or.* desiccativa). ostrie testū *G*. 8 fistolas *G*. vel adtitudinem *(sic) G*. 9 testorū pulver *G*. 10 consold at toll& enim eruditionis *G*. 12 De petrosileno. Petrosylenus *G*. 14 solv& *G*. 15 De pice. Pice sicca *G*. 16 qui osse iactant *G* (ἐμπυικούς). 17 ex cocliari os | *(p. 173)* cum melle *G*. dispumatū *G*. 18 elactuariū *G*. lebrosos *G*. 19 mixtū *G*. inp. *G*. p̄cordiū *G*. 20 cataplasma conmixta *G*. 21 liquidam *G*. 22 De pomfolia. Pomfolia si lata *G* (εἰ πλυθείη). 23 apte maximum *G*. 25 De piper longum. P. l. *G*. nucli flores & *sic G* (florescit *Orib.*). 26 ad conparationem piper[is] *G*.

acerbum est et habet virtutem calidam acriorem et austeriorem nigro pipere. stomachum confortat. nigrum vero piper siccum. et tamen nigrum et album virtutis calidae et siccae nimium sunt.

111 Prasium herba calida et sicca est nimium. epatis et splenis constrictiones solvit, pectus quoque et pulmones purgat, menstrua etiam provocat, et per nares aurigines purgat, et ad diuturnos dolores aurium facit.

112 Pyrethri radix causticam virtutem habet. denique dentium dolores qui per frigorem eveniunt sanat, si quis eam coxerit in vino et dederit in ore tenendam. facit et ad frigora, si quis eam coxerit in oleo et ante accessionem fricaverit. facit etiam et ad stuporem et paralysin membrorum.

113 Propolis calefacit et spargit et extenuat. facit etiam et ad tumores et duritias, tam sola quam etiam cum aliis commixta. sed specialiter facit ad furunculos, si tunsa imposita fuerit.

114 Quercus [quae] appellatur graece drys. omnes partes huius arboris virtutem stypticam habent, plus vero membranum quod subtus cortice et infra glandem stypticum nimium creditur esse. facit ad profluvium mulierum, ad eos qui sanguinem dant et ad dysentericos et ad ventris fluxum. folia vero arboris faciunt ad vulnera recentia, si tunsa cataplasmaveris.

115 Radix id est rafanus calidam et siccam virtutem habet nimium. semen quoque eius fortius ipsa radice est. radix etiam umores dispergit et urinas provocat et livores de facie tollit, si tunsa cataplasmata fuerit.

[*Simon s.* Psillium . . . antiqui vero latini pulicariam dicebant ut Theodorus Priscianus.]

---

1 acervum *G*. et *om. G*. [c] acrior et austeriorē. Nigro piper[is] stomacū *G*. 2 nigro v. pip *G*. 5 De prasia. Prasiā (—a *corr.*) erba *G*. isplenis *(ante ras.) G*. 7 menstruā *G*. 9 De piretri. Piretri *G*. cauticā *G*. 10 fricdorem eve | nimus *ante corr. G*. 11 tenendū *G*. 12 fricora[s] *G*. 13 [i]stupore . . . paralisim (—in *corr.*) *G*. 14 De propodis. Propodis *G*. [i]spargit *G*. 15 solā cimā &iam . . . conmixta sale *G*. 16 [i]specialiter *G*. forunculos *G*. tusa *G*. 18 De querco. Quercusq; a. g. dris *G*. 19 uius *G*. [i]stipticā ab& *G*. membrarū *(sic) G*. 20 est infra. claude [i]stipticum *G*. 25 De radices. Radices *G*. 26 fortior *G*.

116 Reum ponticum mixtae virtutis est et habet in se quendam tenuem frigorem et calorem, et extenuat spissos umores. facit etiam ad anhelitum, tollit quoque et livores, et cum aceto tritum impetigines curat. facit et ad eos qui sanguinem iactant, fluxum ventris patiuntur aut dysenteriam. si quis pulveris fecerit in potionem scripula tria cum vino austeri, etiam et ad epar facit.

117 Rosa mixtae virtutis est et constat ex aquosa et mediocriter calida. habet etiam stypticam et amaram.

118 Resinae omnes virtutem habent calidam et siccam et diaforeticam quandam plus aliae aliae vero minus. et anteponitur omnibus scinina, quae appellatur mastice, quoniam paucissimae stypticae virtutis est, unde et ad stomachi et ad ventris et ad epatis defectiones et tumores adiutorium optimum est, et leniter siccat, quoniam virtutis acrioris minime est. terebinthina tenuiorem virtutem aliis habet et melius spargit et vaporat mastice. idcirco et scabias curat et de profundo ad se trahit.

119 Storax calefacit et mollit et maturat. idcirco et tussim et catarrum et pituitam et raucos curat et menstrua provocat, si quis triti in potionem cum vino dederit scripula tria.

120 Schoenuanthus virtutem habet mediocriter ⟨calidam et stypticam⟩, et provocat urinas, et menstrua facit. etiam ad tumores stomachi ventris et epatis.

121 Scilla virtutem habet calidam, et incidit spissos umores. idcirco melius est eam assare aut coquere et ita uti, quoniam acritudo eius nimia est.

1 De reupontico. Reupontico *G.* 2 frigorem *(sic) G.* 3 anelitum *(om.* ad*) G.* 4 inpetigines *G.* 6 pulver *G.* [i]scripula *G.* 7 austerio *(sic) G.* 8 acosa *G.* 9 istipticam et amarū *(sic) G.* 10 De resine. Rasine *G.* 11 quendam plus aliis vero minus *G.* 12 omnibus. CXX De scinina. Scinina que *G.* qm̄ picrf | summi [i]stiptice v. e. (*πρὸς γὰρ τῷ τῆς στύψεως ὀλίγης μετέχειν*) *G.* 13 istomaci *G.* 15 (m.) est: sunt *G. sequitur* CXXI De terebentina. Terebentina tenuorem ... *G.* 16 allis *(sic ante corr.)* ab& *G.* [i]spargit *G.* 17 mastice (*i. e. μᾶλλον τῆς μαστίχης*) *G.* [i]scabias *G.* adsetant (*pro* ad se trait) *G.* 19 De storace. Storace *G.* 20 pituitam: pepitatem *G.* 21 tritū in po[si]tionem *G.* 22 De scibantiā. Scibantiā *G* (squinantum *Orib.*). mediocriter &p. *G.* 24 tumorosi|stomaci *G.* 25 incid& *G.* 26 quoquere *G.* 27 eius: &as *G.*

122 Smyrna, quae appellatur murra, calida et sicca nimium est. et plagas capitis pulvis ipsius consolidat et lumbricos interficit, si quis scripulum in potionem dederit.

123 Stear, id est adipes diversi. adipes virtutem porcini habent calidam et umectam, sicut et oleum. faciunt ad omnes tumores, si cum cataplasmatis commixti fuerint. adipes hircini sicciorem virtutem habent quam porcini, unde morsus intestini qui ex acritudine umorum vel dysentericos cum clysterio curamus, et solacium praebetur doloribus. adipes anserini tenuiorem virtutem habent. denique causas coli cum clysterio curamus vel oleo anetino. similis virtutis sunt et adipes gallinacii. taurini adipes calidiorem virtutem habent et sicciorem. sed adipes leonini, ut taurini, calidiores. et siccescunt et plus calefaciunt et spargunt et extenuant leonini adipes quam adipes omnium quadrupedum. ursini vero calidam virtutem et tenuem habent et tineas curant. omnes itaque adipes quantum inveteraverint, tantum calidiores fiunt ⟨magis⟩ et extenuant et siccant umores.

124 Smyrnium, id est semen holusatri, calidum et siccum et umidum, et urinas et menstrua provocat.

125 Tithymali omnes virtutem calidam et acriorem habent, et fortior est primo liquor eorum, secundo fructus et folia, tertio

---

[*Simon s.* Sion ... Theo. Pri. li. de simplici medicina Sisimbrium multi cardaminem alii sion dicunt etc.]

19 *Simon s.* Smirnion ... Theo. Prisci. li. de simplici medicina dicit smirnion esse semen alexandri. videtur per huius descriptionem quod vel est olixatrum seu alexandrum *(sic)* vel sibi simile.

---

1 Smirna *G.* mirra *G.* 2 pulver *G.* consoldat *G.* 3 interficiunt *G.* 4 De stamidem. Stamidem adipes diversos adipes virtutem p. abent ... *G.* 5 humectum. siccat & *G.* 6 cū cataplasmata conmixtum fuerit *G.* CXXVII. Item. Adipes ircinos *G.* 7 intestine q;(que) ex acritudinem humorū *G.* 8 cū clisterio *G.* 9 solatium *G.* anserine *(hic) G.* 10 abent *G.* colicū clistirio *G.* 11 uetoleo an&ico s. v. sunt. Et ad. g. *G.* galinatii *G.* 13 & taurini *G.* 14 ispargunt *G.* quam: quatuor *cod.* 16 tineas (*ἀλωπεκίαις Gal. XII, 331*). 17 magis *addidi.* 19 CXXVIII De smo(y *corr.*)rnium. Smo(y *corr.*)rnium *G.* olisatri (z *supra*) *G* (*cf. Scribon. 126*). 20 humidum *G.* orinas *G.* 21 De titimallo. Titimalus ōms *G.*

radices. unde coctae in aceto ad dentium dolores faciunt, praecipue ad comestiores eorum. liquor vero ipsorum capillos vellit, et si frequenter unxeris, capilli ipsi arescunt et pereunt. tollunt etiam verrucas, curant impetiginem.

126 Titanos, quae appellatur calx viva. vehementer comburit, extincta vero fideliter urit sed parum.

127 Tragacanthus similis in virtute cummi est. et similiter lenius aegritudines umorum exsiccat. ad renes.

128 ⟨Terebinthus . . .⟩ nam et cortex et fructus virtutem stypticam habent, sed et calefaciunt et siccant. et nimium virides si fuerint, minus calefaciunt et siccant. et si siccae fuerint, et urinas provocant et splenem curant.

129 Tribolus virtutem habet frigidam. et agrestis habet siccam et stypticam virtutem, alter autem umectus est. et facit agrestis ad lapides renum, si coctus in aqua datus fuerit.

130 Uva passa virtutem calidam et stypticam habet, et maturat umores corruptos et stomachum confortat. denique et ad potiones stomachi et epatis commiscetur, et est adiutorium optimum.

131 Venta virtutem stypticam et frigidam habet. idcirco et fluxum ventris continet.

132 Viscus virtutem habet calidam et trahit de profundo umores, non solum tenues sed etiam spissos, et solvit et spargit. continuo itaque minime calefacit, sed tardius. (133) folia

---

5 *Simon s.* Titanus. The. Pris. libro de simplici medicina est calx viva idem. Paulus ca. de idropisi. sed libro de doctrina greca ut supra (*scil.* est calx e gypso etc.). *(cf. Orib.).*

---

2 ad conmestionem (βεβρωμένοις) *G.* 5 inpetiginem titannos. que *etc. (sine discr.).* appellantur calcina viva veaementer *G.* 6 c. & istricta *G.* parum: passum *cod. G.* 7 De tragantus. Tracantus *G.* cummi: gumme *cod.* (κόμμει *Diosc.*) *G.* 8 lanius *G.* exiccet ad renes Nam et cortix et fractus . . . *(ubi principium novi capituli om. cod.).* 10 istipticam *G.* 12 et isplen c. *G.* 13 De tribui. Tribui *G.* 14 istipticam *G.* alter autem: alterita que (humectus) *G.* 16 (20) [i]stipticā *G.* matura tumores *G.* 17 & estomacū c. *G.* 18 [i]stomaci *G.* commiscitur. 19 obtimum *G.* 20 CXXXIII De uenta. Venta *G* (*fort.* Inante (οἰνάνθη *Diosc.* 5, 5). ab& *G.* 22 De visco. Viscus *G* (ἰξός *Gal. ubi seq.* ἴον τὰ φύλλα). trait *G.* 23 ispargit *G.* 24 . . . tar-

vero ipsius Violae virtutem habent frigidam et umectam. idcirco faciunt et singula et cum polentis commixta ad tumores ex fervore nascentes. faciunt et admixta . . . fervorem et oculorum.

134 Xanthium herba, quae et fasganon nuncupatur, id est gladiolus. fructus eius calidus est et umores dispergit.

135 Xyris herba, quae ab aliis appellatur iris, virtutis calidae est et extenuat umores spissos. et evaporat et siccat.

---

5 *Simon s.* Xantium herba que vocatur fagasmon *(sic ed.)* i. gladiolus The. Priscianus.

---

dius. Folia vero ipsius viridia *(sic) etc. hic (cf. c. 76) ipsius graeci libri (et translati Galeni) reliquiae latent, quia cum latinarum litterarum ordine concordant.*

1 humectat *G.* 2 cū | roentis (μετὰ ἀλφίτων) conmixta *(sic cum albo cod.)* | ad tumores & nervorenascuntur. facit & admixtā fervorem *(scil. et ad oris ventriculi f.).* 5 CXXXV De uanctium. Deuanctiū erbam quam nuncupantur īd caudioles *(cf. Sim.).* 6 & tumores distergit iris erba que ab aliis appellatur. CXXXVI De xiridia. Xirida virtutis calida est . . . *(sic cod. cf. Gal. XII, 87 ubi male* ξυρίς, ἔνιοι δὲ ξυρίδα *pro* ἔνιοι δὲ καὶ ἴριδα *sec. Diosc. p. 522.* 8 humores ispissos *G.* *sic finitur hicce libellus expleto quaternione* X *(p. 169—184, quem sequitur* XI *p. 187—202): itaque nihil deficit.*

VINDICIANI AFRI

EXPOSITIONIS MEMBRORUM

QUAE RELIQUA SUNT

EX CODICIBUS MSTIS AD LITTERAM DESCRIPTA.

I. GYNAECIA QUAE VOCANTUR.
II. EPITOMA UBERIOR ALTERA.

ADHAERET
EPISTULA VINDICIANI AD PENTADIUM.

Vindiciani gynaecia.

I. G (a. 1868)
ex cod. S. Galli 751 saec. X (p. 311—17)

[*Inscriptio sola cum fragmento quod alio postea loco interpolatum est, extat libro de incipiente secta medicina (eidem qui legitur in cod. Brux.) praemissa in eodem cod. S. Gall. 751 p. 355 hoc titulo* In n̄ dn̄ı n̄rı ihu xpı incipit vindiciano. Epl'e expositionis de natura hominis aut qualiter conpagine in utero matris suae aut quomodo numero sunt ossa hominis (Oportet antequam ypocracium precepit iuramento ...)]:

II. L (a. 1877)
ex cod. Flor. Laur. 73, 1 saec. XI f. 188

[*ubi praecedunt f.* 186^b*—*187^b tituli muscionis auctoris, *sicut in docti cuiusdam hominis apographo Vindobonensi cod. lat. 3244 ch. s. XVI post Muscionis capitula f.* 2^b *(—*6^a*)* Incipiunt dicta vindicianı auctoris de gænicia felicissimo. *alterum apographum male scriptum s. XVI præbet cod. Vat. Pal. 1214. — idem textus repetitur etiam in cod. Leopold. Strozz. 70 ch. s. XV et in cod. Aedil. Flor. 165 m. s. XV cum quinque libris „Physicorum Plinii", de quibus codd. vid. Catal. bibl. Leopold Laur. t. II p. 403 et t. I p. 469]:*

